


Champegii
Hand-Ausgaben
Gesetze
1547









ΙΑΤΡΙ-
ΚΉ ΠΡΆΞΙΣ.

SIMPHO-
RIANI CHAMPEGII DE
omnibus morborũ generibus, ex traditionibus Græcorum, Latinorum, Arabum, Pœnorum ac recentium autorum, Libri V.

ITEM EIVSDEM LIBER
unus de omnibus febrium generibus.

BASILEÆ PER HENRICHVM PETRVM.


K.U.B.T.
Dublette

ORNATISSIMO PATRITII ORDINIS uiro LVDOVICO MARTROFFIO ciui Francofurt. honestissimo M. Hopperus S.



VM nuper, ornatißime Ludouice, Henrichus Petri socer meus patris mihi loco uenerandus, in SIMPHORIANI illum de morborū generibus, libellū incidisset, de excudendo suis eum typis statim cogitauit: eò quod autor, haud sanè cōtemnendus, utilis ualde, quod ad ipsam rem attinet, sibi uidebatur: hoc imprimis nomine, quod ea ferè omnia, quæ in multis aliâs & magnis uoluminibus περὶ τῆς ἰατρικῆς πράξεως late habentur diffusa, in unum quasi fasciculum ex uarijs uariarum linguarum autoribus collecta, atq; connexa paruus hic libellus complecteretur: qui sanè sufficere ijs qui librorum multitudine destituūtur, aliquo modo poßit, et enchiridij instar esset omnibus ijs

bus ijs qui τὴν τῆς ἰατρικῆς πρᾶξιν hodie exercent. Quoniam uero exemplar, quod tum habebat, corruptum nonnihil aliquibus in locis erat: utpote male distinctum, nec non ortographiæ ratio interdum omissa, quin etiam dictiones, quæ illic legũtur, Græcæ, Latinis typis excusæ haberẽtur, quarum tamen pleræq; Græcè quoq; scribi omnino & uolunt & exposcũt: quia (inquã) hæc atq; eiusmodi tum in exemplari desiderabat, mihi reuisendum id tradidit: non quod medicinæ sim candidatus ego, quæ fortasse castigatorem requireret, sed ut id solum præstarẽ, quod quiuis alius uel mediocriter lectione cum Græca tum latina exercitatus, facile posset: hoc nempe quod paulò ante dixi de uera dstinguẽdi ratione, ac debita ortographiæ obseruatione, nec non Græcis excudẽdo typis Græcas latinè prius excusas dictiones, id solum, inquam, in hoc libello pro modulo nostro præstitimus. Noui aliâs quã sit difficile medicorum libros castigare, ubi una aliqua uocula sinistrè uel addita uel expũcta, imò apiculus unicus inuersus, aut perperam ascriptus multa sæpe hominum milia (quod DEVS omen misericorditer auertat) neci tradere potest. Cæterum quod de libelli huius ratione, ordine atq; serie multa dicã (quod tamẽ munus epistolæ nostræ propriũ erat)

erat) nihil est: quia si quis scire id expetit (quod sanè expetere omnis candidus lector debet) præfationē is hanc ab ipso libelli huius autore fronti hic adiectā legat, quæ aliud agit nihil, nisi quod omniū eorum quæ præscire nos equum est, copiosißime rationem reddit. Nec præterea opus est, ut autoris nostri institutū hoc, quod facere quidam nō minus rectè quā multis uerbis solent, magnopere laudē, per se laudatitißimū ijs omnibus, apud quos uoti sui fit compos, hoc est, qui eam inde utilitatē, q̄ pollicetur perceperint, quēadmodum percepturos multos speramus. Reliquū igitur est mi LVDOVICE, ut ad te stylū nunc conuertā, & causam breuiter dicā cur ad te scribere ego minus uerear. Anni sunt lapsi (uti scis) plus minus sex, quū apud nos hic Basileæ non sine magna ingenij tui laude bonis literis operā dedisti: ibi tum, ita ut fieri sæpe solet, factū est, ut cōmunibus ambo nos studijs incūbentes, easdemq; eorundē præceptorū prælectiones publicas auscultātes, in eam alter alterius notitiā uenimus, ut iam nō tantū salutare familiarius, & alloqui nos inuicem satis fore existimaremus, quin ipsos etiā animos nostros penitus beneuolētia, et mutua opera cōiungeremus: quod sanè ut de me erga te certo affirmare poßum, ita de te quoq; erga me planè nihil dubito.

Hanc ego tuã, mi Ludouice, amicitiã tanti ſemper feci atq; atq; facio, quãti uix aliam unq̃: non tàm ob ullã aliam rem, quã propter ſingularẽ illam tuam in omnibus modeſtiã et iudiciũ in iuuene profecto ad mirãdum. Vt hanc igitur noſtrã amicitiã, penè pro pter tẽporis longinquitatẽ, quo neuter alterum uel uidit uel literis ſalutauit, collapſam renouarẽ atq; confirmarẽ, non aliter cõmodius fieri id poſſe arbi tratus ſum, quã ſi libellũ hunc tibi gratitudinis er gô dedicarẽ: maxime cum te non prorſus alienum ab hac profeßiõe iam olim cognouerim. Quo etiã audacter magis id facerẽ, perſuaſit mihi tuus ex ſo rore charißimus nepos Io. Hẽrichus à Rheno iuue nis, ꝑfecto ut honeſtarũ diſciplinarũ hic apud nos ſtudioſißimus, ita moribus optimis præditus: qui, ut eſt mihi familiarißimus, interroganti mihi ſæpe de te atq; rerũ tuarũ ſtatu, dicere inter cætera ſole bat quã amice erga me ſis affectus, quantumúe me ſemp dilexeris: quæ (inquã) uox animũ meũ in meo hoc inſtituto cõfirmauit, & mihi, ut iam antea dixi, prorſus perſuaſit, ut ad te ſcriberẽ, & animum ita tuum erga me beneuolum agnoſcerem, meumq; ui cißim erga te promptißimum hoc pacto teſtarer. Vale Baſileæ pridie Calendas Septemb. Anno poſt incarnatum uerbum 1546.

SIMPHO-

SIMPHORIANI CHAMPEGII ILLVstrissimi principis domini ducis Calabrię, Lothoringiæ & Barri &c. primarij physici, in suam de morbis particularibus epitomen præfatio ad clarissimos uiros Salomonem de Dumbellis auratum equitem, Andream Briellū, Albertum de Podio, Petrum Tremoletum, & Ludouicum Burgēsem regiæ maiestatis consiliarios & medicos dignissimos.



MEDICINA *artium præclarißima, duobus potißimū instrumentis, ratione, uidelicet, & experimento uenatur & adipiscitur.* Ex *quorū uinculo secta illa medicinalis nostræ facultatis gignitur quæ securior, & uetustißimorū sapientißimorumq; iudicio rationabilior existit, quam logicam, id est, rationabilem uocamus. Quippe tres potißimū medicorum hæreses priscis*

seculis obseruatæ perhibentur, ut Galeno nostro in sectarum libro placuit. Empirica prima: Cuius autores solis empirijs, hoc est, experimentis contenti, corpora nostra & conseruare & curare profitebantur. Secunda methodica, quã solæ rationes, abiecto omni experimentorum magisterio, conficiebãt. Et logica tertia: quæ nec rationem respuit, nec omnino est experimentorũ expers, uerum utrunq; in unum connectens, & rationem admittit, & empirijs utitur. Sicq; ex prioribus hæc una conflatur, quæ nihil intactũ relinquit, quo ad tuenda releuandaq; à lãguoribus humana corpora opus sit. Huius mirabilis ac prope diuinæ artis autores ante Hippocratem plurimos fuisse, neminem tamẽ ante eum uel logica, id est, rationabili usum fuisse, uel ipsam exactam posteritati reliquisse cõperio. Eapropter quantum nobis consuluerit ille pater, medicorum Hippocrates Cous: & propterea quãtis laudibus, honoribus ac præconijs ueniat excolendus, non est dictu facile, utpote qui iactis fundamẽtis, & affixa radice, posteris omnibus speculandæ, lustrandæ ac recipiendæ ueritatis attulit occasionem. Cui si ob sedatam sua mira excellentiq; prudentia in Attica urbe pestem, erecta aliquando fuerit (ut historici tradunt) dicataq; aurea statua, quàm nemo inflexis genibus

nibus inhonoratam transgredi auderet. Quid nos amplius, si lex permitteret? An eum gemmali donare sufficeret? Non profecto, nisi publicis ac prope diuinis honoribus eum attollere liceret. Hic antiquißimus autor, quãuis hoc uno ab omnibus cõmendetur, propeq́; diuinus perhibeatur, quod mira quadam breuitate usus, benedictis non admiscuerit limæ locum, multa tamen sic arcta hac in sua breuitate, inexpressáq; reliquit, ut longa expositione indiguerint. Eapropter non incõsulte alij permulti doctißimi quidem, & eiusdẽm facultatis benemeriti, eandem ampliare, augere, ac (ut ita loquar) quantum humana fert infirmitas, perficere curauerunt. Et longe ante cæteros Galenus noster Pergamensis, quem medicorum principem, quia primas in ea facultate sibi uendicauit partes, communi uocabulo appellamus. Scriptitauit hic tanta in his literis, ut eius monumenta (Tortellius autor est) ad 150. uolumina facile ascenderint. Quãtum cum hoc pleriq; alij Græci, quorũ Latini non pauci optimi æmulatores fuere, in hac arte interpretãda insudarint, suis lucubrationibus, res in plano est. Ab his studiosißimi Arabes ac Pœni multa depromentes, quantum in ea ualuerint, hoc uno clarum existit, quod cum græcis & latinis de huiusce artis gloria decer

 tare

tare audent, nec cedere coguntur. De quorum numero Isaac eben, Aran Salomonis filius nulli eorũ secundus multtis ac gloriosis scriptis clarißimam et facile permeabilem reddidit medicinam. Quem sequuti Rasis Pœnus, Haly Abbas, Serapio, princeps insuper Aboaly, ac alij permulti, in medicinis nonnulla egregia quidem, imò copiosißima chartis mandarunt. Hos omnes recentioribus nostris placuit imitari. Græcos quidem perinde ac parentes præcipuos. Arabes uero & Pœnos uelut grauißimos splendidißimosq́; interpretes. Quorum omnium & Græcorũ Latinorumúe & Arabum, aut Pœnorum recentiũ opera cum uaria sint & multa ualde, in multisq́; prope inter se dißidẽtia, quæ omnia nõ minus difficile eßet legere q̃ tædiosum: Tũ ob eorũ prolixitatẽ, quorũ lectioni Aetatiuus diuturnißimi uiri decursus uix satis esset, tum ob uendicandorum, aut potius cõperiundorum tantorũ ac tam diuersorũ uoluminum penuriã, propterea optimũ duxi, nec minus, mea sentẽtia, utile, opus ex horũ sententijs aggregatũ breue quidẽ, sed cõpendium conflare, in quo canones, dogmataq; præcipua pro ægritudinibus omnibus effugãdis sanãdisq́;, quas humanũ corpus ab occipitio ad talum usq; recipit recolligere constitui. Iureq; hoc à nobis non cum leui

labore

labore æditum, LVGDVNENSIS AGGREGATORIS nomine insignire placuit, ut sic ego qui ex Lugduno antiquißima Galliæ Celticæ urbe oriundus ibiq; educatus sum, hũc nostrum laborem ex antiquißimorum autorum mentibus collectum, antquißimæ urbis titulo, optima quadratura illustrarem. Cnius sectio prima erit in libros partiales quinque, liber in singula capita scindetur. Singulumq́; caput tribus diuisionibus terminabitur. Quorum prima Græcorum et Latinorum electos sermones, cuilibet ægritudini peculiares, memorabit. Secunda, quid debis Pœni, id est, Afri, quidq́; Arabes censuerint, paucis explanabit. Tertia, recentium, quos modernos incompto uocabulo appellare consueuimus, autorum potiones, confectiones, electuaria, unguenta, malagmata, cæteráque huiusmodi remedia, siue interius sumenda, siue extrinsecus approximanda, recensendo caput ipsum claudet. Mirari fortasse quispiam non desineret, ut qui præcipuorum Arabum sententias afferre secunda diuisione pollicitus sum, bonum Haly Abbatem plerunque reticuerim, quem nostri perinde ac uetustißimum doctißimumq́; semper iudicarunt. Cui respõdeo, me Haly Abbatis lectura plurimum oblectatum fuisse, insudaßéque frequenter.

Verum

Verum dum in uisendis pariter Isaac operibus incumberem, locus occurrit in quarto febrium capite, de diebus quibus fit crisis, ubi se aliquando Pantegni edidisse, ad illud crebrè lectorem remittens, fatetur. Cum autē frequenter ad Pantegni illo suo consilio accesserim, quæsierim insuper, quid Haly abbati in dispositione regali, menti esset. In ambobus easdem prorsus sententias, eadem penè uerborum serie, in eisdemq́; capitulis notatas reperiens, iudicaui hæc fuisse eiusdē autoris opera, imò unum idemq́; unius autoris opus, posterioremq́; à priore hanc ditißimam traditionem abstulisse. Et Haly abbatem potius ab Isaac quam è diuerso, propterea quod Haly abbas Rasim memorat. Rasis crebrè Isaac sermones suo operi continentis annectit, unde clarum relinquitur Isaac longe ante Haly abbatem scripsisse. Et proterea Haly abbati satisfactū esse, cum Isaac in Pãtegni autoritate usi fuerimus. Quibus ambobus succedens Constantinus monachus, & ipso falso similiter opus Pantegni, quod Isaac fuit, sibi ascripsit. Nec putet quis Constantinum solū Pantegni nomen ab Isaac deprompsiße, ut multis placuit, illumq́; traductioni suæ Haly abbatis superposuisse, sicq́; nomine regalis dispositionis

nis mutato, illud opus in quo interpretis officio tantum functus est. sibi destinasse, non opus Isaac. Etenim Isaac ubi in feb. libro lectorem ad Pantegni uiaticumq́;, quorum ipse autor est, mandat. Si ad illa accesseris reperies profecto sermones loca q; secunda simul ut dixerit primis conuenire, nihilq́; dißidij interesse. Quare autem omnem uerborum maiestatem, facundiam, eloquijq́; Latini phaleras, relinquens quotidianam planeq́; rudem sermonem in hac æditione elegerim, si perconteris, non inconsultè hoc actum esse scias. Sunt enim nostri medici hac tempestate plurimumq́; incompti, quibus satis est, imò ex industria eos delectat ritus ac rudis sermo magis quàm latinorum uocabulorum obseruantia, non satis aduertentes tam immensam tamq́; præclaram artem barbarie fœdari flagitiosißimum esse, ac penitus nobilißimam facultatem infamare. Præterea cum & priscorum theorias empiriasq́; in unum congregare. Eandemq́; uerborum seriem, qua & ipsi uel usi sunt uel traducti in medium adducere constituerim, coactus hunc humilem stylum obseruare compellor. Reliquum est clarißimi doctores, ut qui doctrina ac literis præclaros omnes semper magni habere uestra huma-

nitate

nitate soletis, sicuti & uos longè ante cæteros doctißimi, tamdiu pro regiæ maiestatis conseruatione delecti estis, hoc opus uestris genijs, uestrisq; Mineruis dicatum, directum ac deuotum, ab æmulorum oblatratibus ac maledictis prohibeatis, ut uestro auspitio tutum, in lucem & propatula prodeat.

FINIS.

INDEX

INDEX

OMNIVM QVAE AD ARtem medicam in hoc libro continentur.

A

apople

capitis

L

lien=

N

putre-

ſynocha

Finis.

ERRATA.

Pag. 35. linea 1. qui. 39. 4. ne. 42. 3. hœdis. 78. 22. uolens. 82. 14. grauis. 91. 3. Cyprianus 92. 16. abierint. 94. 13. opopanacis. 105. 17. factos. 113. 7. distillationis. 122. 12. Gallia. 123. 7. Pœnis. 125. 14. uolatica. 135. 20. albuginis. 140. 8. candidi. 136. 3. Pani. 147. 6. ab. 157. 4. uociferantur. 157. 12. quidam. 160. 9. corrodantur. 167. 14. uidetur. 175. 20. dormitum. 178. 22. multiplicatur. 184. 18. humida. 201. 17. Eiectio. 213. 13. ὀρθόπνοιαν. 213. 21. defectione. 233. 15. pleuritidis. 265. 22. bulimos. 280. 11. similia. 287. 18. apostemata. 292. 1. exiccatum. 348. 23. prohibet. 367. 19. quædam. 369. 24. pro sicut lege scilicet. 381. 11. quidam. 398. 25. coadunantur. 451. 24. ἀγρεύει. 474. 19. pruritu. 478. 15. Sylius. 480. 4. nodis. 523.

Ex traditione autorum recentium.

FINIS.

SIMPHORIANI CHAMPERII, SERENISSIMI DUCIS Calabriæ & Lothoringiæ, &c. medici primarij, opus de morbis particularibus, à capite usque ad pedes, Liber I.

CAP. I.



VI humanos regit actus, & cũcta gubernat, ille adsit propitius, ac felix nobis, in cuius nominis gloriam nostrarum lectionum lætum auspicemur exordium. Studium cunctorũ mortalium præcipuum esse debet, ut noscant atque declinent quæ mala cernantur & noxia, asciscant & amplexentur, quæ bona sunt & salutaria. Quibus rebus maximè opus esse intelligo, si quis Philosophiam, ac medicinæ artem laudaturus sit, utranque proculdubio, & excellentißimam omnium & humano generi salutarem. Est enim Philosophia, ut Græci tradunt, uerè laudatarum omnium procreatrix quædam, & mater artium, & donum omnium longè præclarißimum, ab immortali Deo diuinitus

concessum mortalibus, lux uera illustrans hominũ mentes: cui tanquàm reginæ aßistunt reliquæ omnes, et ueluti ancillæ, utq; pedissequæ obsequũtur. Quid de medicinali sapientia multa? Hæc illius comes, hæc uernacula soror, & uera philosophiæ astipulatrix est, quæ una disciplinarum maxime fuit omnium humano generi salutaris, & magnis priscis quoq; tẽporibus celebrata præconijs, quæ primum celeberrimo autore, teste Plinio, inuentores suos cœlo dicauit, hæc enim propter summam eius utilitatem, tanti æstimari à ueteribus consueuit, ut pro Ciceronis sententia, Deorum immortalium sit inuentio consecrata, ut Apollinem, quem tanti faciebat antiquitas eiusce artis inuentorem primum fuisse tradant, quem secutus Aesculapius Medicinam quoq; uehementer auxit. Verum (ut omittã priscos illos, qui primi uel inuenisse hanc artem, uel perditam reuocasse, uel cultam amplificasse perhibẽtur, Podalirium, Machaonem, Orphæum, Musæum, Hesiodum, tum Hippocratem Coum, Galenum Pergamenũ, præclarum Auicennam Hispalensem, Asclepiadem, Erasistratum, aliosq; penè innumerabiles, qui maximæ admirationis sunt habiti, quos laudare malim quàm cum cæteris comparare) ad Gallos nostros & Italos recentioris memoriæ medicos

eos ueniam. Gloriatur Gallia Celtica Bernardo Gordonio. Gloriatur Ioanne Tornamira. Belgica Gallia Iacobo de Partibus, & Ioanne de sancto Amando. Patauium Petro Ebano. Florentia Thadeo suo & Trusiano. Christophoro de Honestis, & Bertrucio Bononia. Forum iulij Iacobo, Verona Gerardo Bolderio, Ioanne Herculano: nec parum etiam amico nostro Alexandro Benedicto. Alij præterea populi alijs. Sena uero una in primis iure gloriari possit duobus luminibus Hugone Bentio, & Bartolo Tureo quorum ingenium tota admiratur Italia. Sunt & alij hodie tam apud Italos quàm Gallos, quos possum monstrare, sed nolo blandiri uiuentibus. Medicina igitur res est sacra. Nam si & nobilis, & pulcherrima omnium illa cognitio est, quæ & nobilitate subiecti, & splendore præstat, & certitudine quadam demonstrationis antecellit, iure medicina plerisq; alijs anteponenda est, quæ diuinum opificium, id est, hominē & totius humani corporis secreta rimatur: fabricam præclarißimā perscrutatur, & compagem eius diuinæ compositionis totam patefacit hominem, id est ueram Dei conditoris imaginem seruat, iuuat, languēti salutem atq; incolumitatem præstat, & quod uere diuinū est, mortuos quodammodo medicinali ope à pernitie, atq;

ab interitu uendicat, & omnia perspicuis, & certißimis documentis ostendit, hanc qui uere, & salubriter profitentur, summis sunt honoribus efferendi, & omni laude decorandi.

De sectis medicorum. Cap. II.

Et quoniam de medicinæ generibus incidit mētio, nō incōgruū mihi uidetur, quoniam Græci termini sunt, ea hic in mediū afferre atq; interpretari. Tripartita igitur est medicina, quædam est λογικὴ seu rationalis, Alia μεθοδικὴ. Tertia ἐμπειρικὴ, uti Ausonius Gallus duobus carminibus complexus est. Triplex quoq; forma medendi. Quæ logos & methodos, cuiq; experientia nomen. Logice uel rationalis latine professores (ut inquit Celsus) hæc esse necessaria proponunt. Abditarum & morbos continentium causarū notitiam. Deinde euidentium, post hæc etiam naturalium actionum, nouißime partium interiorū. Inde logicus medicus, qui & domaticus dicitur. Empirice uero quoniam ἐμπειρία experientiam significat, inde nomen accepit, inde Empirici de quibus Celsus ita loquitur. Contra hi qui se Empiricos ab experientia nominant, euidentes quidem causas ut necessarias amplectuntur, obscurarum uero causarum & naturalium actionum quæstionem ideo super-

peruа-

superuacuam esse contendunt, quoniam incomprehensibilis natura sit, non posse uero comprehendi patet ex eorum qui de his disputarunt discordia, cum de ista re, neq; inter sapientiæ professores, neque inter ipsos medicos conueniat, hæc ille. Tertia autem species methodice intermedia est, ac ueluti in confinio utriusq;, collata, dum sit quasi quædam uia, quæ contemplatrix est eorum que in morbis cõmunis est, μέθοδος enim uia breuis dicitur, inde methodicus medicus, quem perperam methoicum uocitant.

Medicorum alia secta. Cap. III.

MEdicinam Plinius naturalis historiæ libro XXIX. in tres partes diuidit, & fuisse tres sectas medicorum ostẽdit. Primam dicit Cliuicem quæ uictu & uenenis corporibus medetur. Alia tetralepticen quæ unguentis. Et empicem uel melius Empiricen de qua dictum est. Cornelius autem Celsus ita tripartitur, una quæ uictu. Altera quæ medicamentis. Tertia quæ manu medetur. Primam, idest dieteticam. Secundam, pharmaceuticen. Tertiam, idest chirurgicen Greci nominant, hæc ille. χειρουργία est medicina manualis. Dietetica uictu medetur. Pharmaceutice uero medicamentis. Hippocrates Cous templo Aesculapij

cremato, ut Varro perhibet, medicinam eam instituit: quæ Clinice uocitata est. Debet autem inquit Antonius Musa, medicus dieticus & clinicus scire quatuor tempora causarum omnium febrium, ut initio, augmento, statu, & declinatione. Clinicus maxime debet intelligere pulsus arteriarum, & iudicia urinæ. In his siquidem intelligitur genus febris, & origo causaq;, & temporis ratio, uitæ mortisq; professio.

De rationali medicina quam logicen uocant. Cap. IIII.

Rationales seu logici ratiocinantur & conantur rerum causas perscrutari duce sciẽtia quæ triplici procedere ordine pbibetur. Prima à finis notione, quæ fit per resolutionem. Secunda ex compositione eorum quæ per resolutionem inuenta sunt. Tertia ex diffinitiõne dissolutionis, quam proprie uocandam doctrinam Heraclides Erythreus putat. Eam uerò quæ per cõpositionem ipsi attentarunt Herophili, & nõnulli Erasistratij, Atalcusq; Athenienſis. Ante Galenum ab ea notione quæ à fine sumeret initium nemo scripsit, unde tamen artes omnes uia quadam doctrinæ consistunt. At de medicinæ quidem inuentione hactenus, nunc quid sit inspiciamus.

Me-

Medicinæ diffinitio. Cap. V.

MEdicina scientia est sanorum, & ægrorũ & neutrorum corporum, ut scientiæ nomen communiter, non utiq; peculiariter sit intelligendum. Sanum autem & ægrum & neutrum ita accipiendum, ut singula trifariè dicantur, ut corpus, ut causa, ut signum. Alij uiam quandam esse aiunt medicinam, qua cognoscitur si corpus astrictum est digerẽdum esse, si laxum continendũ, si uerò mixtum uitium habet, occurrendum subinde uehementiori malo, & aliter acutis morbis medendum, aliter uetustis, aliter increscentibus, aliter subsistentibus, aliter iam ad sanitatem inclinantibus.

De subiecto medicinæ. Cap. VI.

SIcut ars omnis suum habet subiectum et finem, ita medicina subiecta quidem corpora, & medelas, finem uero sanum corpus efficere. Diuiditur autem à plerisq; medicina in partem inspectiuam & actiuam. At inspectiuam rursum distribuunt in Physiologicã, Aethiologicam, & Semiomaticam. Actiuam porro in sanandi uiam, medicandiq́; rationem. Has partes adhuc subdiuidunt, ut Physiologicum in elementa, complexiones, quæ temperamenta quoque

appellamus, potentias, humores, membra. Aethiologicum in praecedentia imperium habentia, & comprehensoria. Itidem etiam semiomaticum, in memoriam reuocatiuum, & discretiuum, inq; futurorum deprehensionem. Sanandi autem uia intuendã pueritiam, aetatem mediam, & senilem, horumq; uictum opportunum. Medicandi autem ratio in medicamine uictum, & manus operam, quam χειρουργίαν dixere Graeci.

De corporis humoribus. Cap. VII.

HVmanum corpus quatuor constare elemẽtis receptũ à cunctis est, sanguine inquã, pituita seu phlegmate, flaua et atra bile, haec (ut nostri theologi ferunt) ante primi hominis culpam tanta harmonia continuata erant, ut ex ipsis neq; mors, neq; morbus, neq; molestiae quicquàm emergeret. At soluta hominis in Deum obedientia soluta est, & humorum huiusmodi pax, dißipata cõcordia. Cum igitur sibi haec elementa constiterint, conquieuerintq;, tum sanus homo esse perhibetur. Cum uero inuicem sese protrudunt redundantia, & subtractione, tum demum mortales morbo oblanguescunt, redundante aut subtracto humore, altero humore imperante, altero autẽ oppresso. Est etiam cum duo miscentur elementa, ut in synocho febre,

febre, seu continua, nempe flaua bilis cum sanguine miscetur, fitq; tumultus animali ingens, & morbus intolerabilis, ut etiam pulsus in ipsa quatuor diuidatur elementa, principiumq; illinc nanciscatur. Proinde qui mortales ingentes ac celeres motus habent pulsuum, id ex imperio habeant humorum flauæ inquam bilis, et sanguinis. Qui uero molliter aliquo pacto atq; clementius mouentur, id propter pituitæ & atræ bilis esse deprehenditur incrementum.

De sanguine. Cap. VIII.

SAnguis primus inter omnes humores quatuor, qui in humano sunt corpore, calidior est & humidior, aëris naturam referens, cæteros in sese commixtos humores continens. Qui si superet homines, tradunt pleriq; medici, inter quos precipuus Hippocrates, esse benesperantes, innoxios, simpliciores, moderatos. Diuiduntur humores ipsi in ætates quatuor. Redundante nanq; pituita cum sanguine, pueris perhibetur ad XIIII. usq; annos, inde bilis flaua cum sanguine dominatur ad annos XXVIII. inde ad annos XLIII. pars magna sanguinis cum atra bili exhibet imperium, inde ad supremam usq; ætatem pituita, moriente corpore, seclusoq; spiritu in sese redeunt elementa.

De Cholera seu flaua bili. Cap. IX.

FLaua uerò bilis calida & sicca est, ignis proprietatem imitatur, cum externo calore presertim accenditur, uapore enim pturbat, ut in pnitiosa Causonide cõspicimus. Si uero flaua bilis supet homines, uel ei u..ina bilis rufæ, iracũdos, ingeniosos, acutos, lenes, macilẽtos, bene ualideq; cõcoquẽtes reddit. hos humores peculiaria cõceptacula cõtinẽt, uenæ sanguinẽ, stomachus pituitã, iecur fel, uesica urinã, liẽ uero atrã bilẽ cõtinet.

De Pituita. Cap. X.

PHlegma frigidum et humectum est, aquæ uim poßidens. Si superet homines cito canescentes, necnon cogitabundos, meticulosos reddet. Hic quoq; non alienum fuit ostendere Dioclis medici commotionem ad Antigonum regem, quam insignis medicus Paulus Aegineta operi suo putauit inserendam, & Antonius Musa Augusti tempore florens secutus existimauit recensendam. Quoniam, inquit, regem amantißimum disciplinarum diu uiuere cupere debemus, putaui commonẽdum unde ortus morborum esset hominibus, de quibus signis deprehendi possent, necnon eis occurrere. Hyberno ergo tempore, quoniam tum affluit pituita, unde distillationes, uuæ deiectio, ton-

sillæ,

fillæ,tußis,& id genus alia, commouemur uti calidis & maceratis cibis,sinapi, ac eruca,pipere,plurima exercitatione plus cæteris temporibus,caput purgandum. Verno tempore crescit sanguis,febris de humoribus nascitur extrarijs,ideo refrigerantibus utendum esse putant & amaris & arefacientibus,& quæ aluum cient, tepidum potendum. Aestate bilis rufa alitur, quæ acutas excitat febres, Causon,continuam,tertianam,utendum ergo frigidis & suauibus & bene olentibus,quæ facile concoquantur. Bibendum frigidum,& aqua multa, dilutum uinum, à coitu abstinendum ueneris, quo uis uirtusq; stomachi minuitur infringiturq; ac subit corporis tremor. Autumno alitur bilis atra, unde stomachi pituita febresq;. Augetur fel,citãda ergo aluus,euomere aliquãdo prodest,uenerẽ nõ affectãdã putãt. Qui per hyemẽ atrocius ægrotant, aduẽtãte Vere plerũq; moriũtur, qa quos humores noxios cogebat contrahebatq; frigus, eos calor relaxat,quia defluere nõ quæũt,iã dilabãtur necesse est.

De Melancholia quã Latini atram bilem uocant. Cap. XI.



Tra bilis sicca & frigida est, terræ naturã cõtinẽs,hæc subdolos,tacite iracũdos, auaros, timidos, tristes, somniculosos,

sæpe

sæpe inuidos facit. Et si humores omnes sanguis contineat, qui unà per omnes uenarũ riuulos, plus minusue pro corporis habitudine diffundi in singulas corporis partes recta ratione comprehendimus, qui membris alimoniam subministrãt adeo necessarij, ut eorum quocunq; aut per uim aut sponte priuetur homo, eum in pernitiem agi certum sit, ut atra bili tota reddita, per uenas itaq; & meatulos quoscũq; alimentum resudans, quemadmodum aqua per crudiusculum uas fictile dum apponitur humor, aut simile fit & demũ unitur, ut uerbis Galeni utar, in carnem conuertitur, aut aliud similare membrũ. Ex calore et frigore consistens, ex quo fit ut caro ab igne resoluatur. Calor enim non ex quolibet carnem facit, nec quolibet modo aut tempore, sed ex materia apta, & ut apte & non apte effici potest.

Corporis humani diuisio secundum antiquos. Cap. XII.

Diuidimus, inquit Diocles, humanum corpus in quatuor, caput, thoracẽ, uentrem, atq; uesicam. Cum ergo caput lãguor aliquis inuaserit, signa hæc apparebunt: superciliorũ grauitas, oculorum tenebræ, dolor capitis uel oculorum, pulsatus temporum, tinnitus aurium, oculi

lachry-

lachrymosi, facies obtusa, narium obstructio, dentiũ gingiuæ sublatæ fiunt. Cum hæc signa apparebunt, caput purgandum erit, medicamine quidem nullo, sed hoc modo: Hysopi uel origani capita cõterito, in aceti uncias duas, aquæ dulcis unciã, postridie co quito, ut ad unciam modo redeãt, inde ieiunus gar garizato, & tepidum ore contineto, quoad omnis extrarius humor è capite in terram effluat, aliquot id facito diebus, cum facies, linteo calido caput te gito. Præterea et cum mastiche æquali pondere tri ta aquam calidam dato, ut in calido gargarizet cu biculo. Dato & sinapi tritum eodem modo garga rizandum. At negligentibus eueniunt oculorum im becillitas, aurium dolor, in collo strumæ, cerebri op preßio, suffocatio, uua, angina, fluxus capillorum, pectoris stridor, hulcera capitis, uox minuitur, den tium dolor oritur, nares opplentur.

De accidentibus pectoris. Cap. XIII.

CVM circa pectus aliqua causa mala gig nitur ægritudo, hec signa erumpunt: su dor per totum corpus nedum circa thora cem, lingua crassescit, salsescunt, amarescuntùe spu ta, uiridescit latus, dolent scapulæ, dolores nulla ap parente causa insurgunt, frequenter oscitatur, uigi

liæ

liæ sequuntur, suffocationes, sitis non quiescitur, satis exsententia, insomnis, rigor pectoris, brachioru & manuum tremor, pruritus corporis, tußis arida. Hunc languorem ita curato, ut primo cibus potusq; sumatur tẽperatus, ac mediocris præsertim in cœna, postridie eius diei ieiunus uomitum ciet, quod qui uelit, prius radiculas tenues mãducet, nasturcium, mẽtham, sinapi, portulacam, inde aquam tepidam cum aceto potet, atq; ita uomat. Curam negligentibus, laterũ dolor insurgit & pulmonis, bilis atra, febres acutæ, deliriũ, lethargus, lienis uitium, epatis languor, singultus, plurima inter dormiendum inquies.

De uentris languoribus. Cap. XIIII.



CUM uenter languet, hæc se efferunt signa: dolor intestinorum, fastidium & totius corporis uexatio, cibus & potus amarus uidetur, olfactus amittitur, labor in toto corpore, febriculæ paucæ, splenis ardor. Curato ita uictu citra medicamen, plus enim prodest & tutior est uia cuicunq; morbo medearis, betarum pauca folia in mulsa decocta, alliaue cocta uel maluacea folia, uel lapatij, uel colliculos agrestes, Cũcta enim hæc

aluum

aluum subducunt. Quod si magis adhuc uelis, urticæ admisceto dilutionem in omni decoctione, suauior nanque & citra periculum est, utilis uero leuis braßica in aqua multa decocta, huius succus potus cum melle & sale, ut sint acetabula quatuor aut ciceris aut erui, aqua cocta eodem pota modo ieiuno ore sumatur. Negligentibus eueniunt uentris profluuium, tormina, lenitas intestinorum, ileos, tertiana febris, ischias, podagra, apoplexia, sideratio, hæmorrhoides, morbus articularis.

De passionibus uesicæ. Cap. XV.

CVM in uesica morbus est, hæc signa comitari solent, pauco cibo satiatur, crebra ructatio, inflatio totius corporis, color inuersus, somnus grauis, liuida urina cũ dolore fit, tumor dolorq́; circa collum. Cum talia signa eruperint, ocurrendum est morbo, excitantibus urinam, aromatibus tutißimis, feniculi & apij radices madefaciendæ uino albo bene olenti, quotidie matutino tempore cum aqua potandi bini cyathi, dauci quoq;, myrrhæ, elenij, quodcũq; horũ habueris tibi prosunt enim omnia, aquam pota ciceratiam cum uino, oleris quoq; atri radicẽ & graminis, paucula

piperis grana cum pastinaca, & petroselino in aqua coque, inde manduca, uel immitte etiam piperis aliquantulum in uinum album, ut ieiunus potet. Negligentibus eueniunt: lienis dolor, aqua inter cutem, iecinoris dolor, calculi nascuntur, renum dolor, stranguria, uentris tumor, stomachus non concoquit.

De morborum temporibus. Cap. XVI.

Morbi quatuor habent tempora, principium, ascensum, acumen, & declinationẽ; in his quæritur principium & reliqua, nam nisi morbi naturam præsagiamus & temporis mutationem, non satis idoneã adhibere curam poterimus. Principium morbi est, cum natura non amplius opponitur, superata ab ea, quæ gignit morbum, materia. Ascensus est cum dolores capiunt incrementum & febris intenditur, doloresq; exulcerant. Acies seu acumen cum hæc omnia tempus custodiunt, neq; maius neq; minus. Declinatio seu decessio, cũ dolores, difficultas anhelitus, & si ita euenit, tußis cũ febri in corpore diu agantur, hic intendenda medico acies in ægri pariter & morbi naturam. Hippocrates in continuis tenuißimum uictum esse oportere dicit, ne qua inter concoquendũ perturbatio orta, augeat morbum.

Presagia medicorum ex Hippocrate. Cap. XVII.

QVarto die in febricitantib. è naribus stillãs sanguis, tam malum quàm bonum potest portendere. Vbi necdũ cesset febris, si labium, aut naris, aut supercilium contrahatur, si non cernat, si non audiat æger nimia imbecillitate, proxima mors est. Si rigor inciderit necdum febre abeunte iam imbecillo, lethale signum est. Quibus non cessante febre spiritus difficultas accesserit, & amentia, lethale est. Quibus in febribus uel alijs morbis à proposito lachrymantur oculi, nihil alienum est, si non à proposito, alienum. Dolores & & preßiones humeri in cubita fluentes, sanguinis mißio tollit. In acutis morbis, cum febri fractæ respirationes, malum. In acutis morbis partium extremarum frigiditas, malum. In sudore horror, nõ cõmodum. Si febris non à bili ortum habeat, aqua multa calida capiti infusa febris liberatio est. In non cessantibus febribus si exteriora frigescant, interioraq́; æstuent, sitisq́; sit, lethale est, hæc Hippocrates. Idemq́; porrò quibus, inquit, in febribus hecticis fiunt rigores, difficultatẽ crisis habent, quibus accessiones fiũt qua hora abiuit febris, crastino die eadẽ hora difficultas crisis, in quibus presertim febribus

abscessus in articulos & maxillas irruperunt. Si in febre tumores non fuerint, & in gutture confestim suggillatio exoritur, lethale est. Guttur dolens subitariam indicat perniciem. Si ex febri collum distorquetur, ut uix se queat conuertere in collo tumor, lethale est. Febres nō cessantes si tertio die ualidiores fiāt magis periculosæ, quæ hoc modo relinquūt significant immunem à periculo. Quibus in febrib. inter dentes glutinosa fiūt, his ualidæ fiunt febres. Quib. tusses aridæ irrumpunt in febre causonide, non admodum sitibundi sunt. Febres inguinalibus quos bubones Græci uocant, malum, exceptis quotidianis. Captū à causonide rigore aduenīete liberatio subsequtur. A spasmo, uel tetano captū, febris adueniens liberat ab ægritudine. Febris in dieb. imparibus nisi abierit, recidiua esse cōsueuit. Frigidi sudores cum acuta febre irrūpentes, mortem significant proximā. Sudores febricitantes si inceperint boni & tertiani, & quintani & septimani & nouani & undecimani & quaterdecani & uigesimi septimani, & trigesimi quartani. Hi nanq; sudores morbos iudicant, si ita non habeant, laborem significant & morbi longitudinem, & recidiuam. Febricitanti sudor adueniens, febre non cessante, malū.

De

De motu, sensu, sanguine naturali & uitali. Cap. XVIII.

DIstribuuntur aũt inter se inuicẽ tria hæc: uena, artcrĩa, neruus. De trib. oriũtur prĩcipijs aĩal regẽtib. Ex cerebro q̃dẽ motus et sensus principiũ est neruus. Ex iecore aũt sang. Cuius fouẽdi uena uas sanguinis. Ex corde quod uitale prĩcipiũ est, uas spiritus arteria, hæc sane præsentaneo inter se inuicẽ fruũtur adiumẽto. Vena siq̃dem fomentũ neruo suggerit et arteriæ, arteria porro naturalem uenæ calorẽ et uitalẽ exhibet spiritũ. Quãobrem nõ est arteriã inuenire sine tenui sanguine, neq; uenã sine fumido & uaporoso spiritu. Diducitur & corripitur arteria harmonia quadam atq; ratione, motus principiũ à corde sumens; sed diducta ex hærentib. uenis tenuem attrahit sanguinem, qui euaporans uitali spiritui suppetit alimentum. Rursus correpta æstum, qui in ipsa est, emittens per uniuersum corpus, ac meatus impellit. Nam cor quicquid purulentum, & glutinosum habet, per os & nasum euaporari educit.

De pulsus ortu. Cap. XIX.

PVlsus is uocatur motus uitalisq; potẽtia cuius cor est principiũ, præcipueq; eius sinister uẽtriculus spiritalis nominatus;

Ingenitamq; sibi uitalem caliditatem omni corporis particulæ per arterias distribuit, sicut iecur per uenas alimentum. Proinde æstuante corde confestim totum corpus contra naturam exæstuet & frigente friget.

De uirtutibus quæ in membris sunt. Cap. XX.



Aturales potestates sunt quatuor: appetendi, retinendi, expellendi, & distribuendi. Quælibet siquidem animalis particula, suum ad se naturaliter trahit alimentũ, & tractum retinet, & retentum in suam transmutat substantiam, & superfluum expellit. Inde totum corpus capit incrementũ. Secernit aũt atq; extrudit superfluum per excrementũ feculẽtius, & per urinã, per uomitũ, per sudores, per os, per nares, per aures, per oculos, per respirationẽ, perq; sparsa spiramenta ꝑ corpus. Instrumenta altilia sunt, os, stomachus, uẽter, iecur, uenæ oẽs, intestina, biles ambæ, & renes. Os primũ uẽtriculo præparat alimẽtum, in tenues ipsum partes dentib. & lingua discindẽs. Deinde obseruatum & concoctũ alimentum à stomacho in uentrem demittitur, q̃ excipiens aluus, separat utile & membris accomodatũ à lapidoso & materioso, & eo quod inutile sit membris, & utile

quidem

quidem in humores, succosq; transmutans id remittit ad iecur per uenas emungentes & ad iecur riuulorũ modũ adducẽtes. Sũt aũt huiusmodi uenæ quæ à uentre alimentũ ad iecur eliciũt, perinde atq; radices, quæ ex terra ad stipites euehũt alimẽta. Assimilatur nãq; aluus terræ quæ alimentũ suppetit stipitib. ut radicib. uenæ. Cæterũ ab aluo humorẽ excipiẽs iecur ipsum cõcoquit, sibiq; similẽ facit. Sãguis per lienẽ purgatur, & uesicã fellis exceptricẽ, & renes. Liene quidẽ terrestre, & feculentũ attrahente, sibiq; alimentũ cõparante. Vesicula uero bilis exceptrice acutũ ex alimento, quod in humoribus continetur, colligente.

Finis libri primi.

SIMPHORIANI CHAMPERII

Liber II.

De Cephalea caput primum.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.



NVNC de corporis humani capite morbisq; loquamur, à uertice summo exorsi, ad imas usq; deuecti plãtas, nomina modo referentes, nisi speciosum dictu atq; necessariũ se-

se nobis di-entibus offeret, quod prætermissu nesa rium esse uideatur, nõ ut resectorum memb referamus historiam, quam plures nobis prodiderunt. At nostra tẽpestate insignis medicus oratorq; celebris Alexand. Benedictus nostri amãtißimus, qui, ut est acuti ingenij, doctrina bene armatus, ita non minus diserte, q̃ grauiter anatomicẽ corporis humani totam cognoscendã tradidit, ad quã lectorẽ mittendũ existimamus. Nostrũ sequamur institutũ cuncta utiliter pstringendo. Quoniã, admonente nos Plin. sumus ad naturaliũ defectuũ nostri corporis mẽtionẽ adducti, psequamur inceptũ et humanæ uitæ morb. nõ inutili curiositate narremus. His enim enumeratis ĩtelliges penè ĩpoßibile esse hominẽ uiuere sine morbo. Nã corporis et animi ualetudines id cõmune habẽt, q sanitas in utroq; uno mõ attingitur, uirtus enim animi, et sanitas corpis in quadã tẽpie, hæc humorũ, illa paßionũ est sita. Tẽpies aũt mediũ qddã est, ac mediũ uno mõ attingitur, sicut linea recta uno mõ fit flexa plurib. & signum à sagittario uno mõ tãgitur, ppterea, ut 2 Ethic. meminit Arist. Pythag. dixerũt malũ ad infiniti, bonũ ad finiti naturã attingere. Vna ergo tẽpie corpus bene ualet, male aũt ppe ĩfinitis, q ex ipsis uocab. cõstat. Sanitas enim uno uocab. exprimitur, ac morbi nomina prope infinita sortiũtur. Adeoq; morborũ numerus inualescit,

lescit,ut medici et qdẽ doctiß. atq; pitißimi in eis di
scernẽdis ambigui falsa plerũq; pro ueris accipiãt,
sed de antiquis pauca è multis in mediũ afferã. Ca-
pitis partes exteriores his noĩb.uocãtur.Sũmum ca
pitis uertex dicitur, qui aliqb.duplex repitur,ij ma
crobij et biuertices dicũtur.Βρέγμα deĩde siue sin
ciput in frõtem uergit.q infantib.palpitat.Frõs po
stea et oppositũ occipitiũ æquamentũ capil.ad sum
mũ uerticẽ βρέγμα diuidens, bina utrinq; tẽpora,
aures,oculi,anguli,exteriores paropiæ,ĩterioresq;
qui fontes dicũtur unde lachrym.profluuium.Et Eõ
oculorũ magnus ãbitus.Supcilia quorũ mediũ μεσό
φρυον dicitur à Polluce.Palpebræ in qb.lineæ rhi
tides et cilia,genæ deinde,malæ,nasus,ethmus.Na
riũ ĩterceptũ,globolus, πτερύγια siue phene,buce
mystax,labia,os,mẽtũ,quæ oĩa faciẽ numerosæ ua-
rietatis efficiũt.In capite interdũ acutus et pestifer
morbus est,cephaloẽ Græci uocãt.Cuius notæ sunt,
horror calid.neruorũ resolutio,ocul. caligo, mẽtis
alienatio,uomitus,sic ut uox supprimatur,uel sang.
ex naribus, ut sic corpus frigescat, anima deficiat,
præter hæc dolor intolerabilis, maximè circa tẽpo
ra uel occipitiũ,interdũ aũt in capite lõga imbecilli
tas,sed neq; grauis neq; piculosa,p hominis ætatem
est.Interdum grauior dolor,sed breuis,neq; tamen
mortiferus,qui uel uino,uel crudelitate,uel frigore,

uel igne, aut sole contrahitur. Hiq; omnes dolores (ut Celsus inquit) modo in febre, modo sine hac sunt, modo in toto capite, modo in parte, interdum sic ut oris quoq; proximam partem excruciēt. Præter hæc etiam inuenitur genus quod potest longum esse, ut humor cutem inflat, eaq; intumescit & præmenti digito cedit, Hydrocephalō Græci appellāt.

De Cephalea ex traditione Arabū & Penorum. Cap. II.



Ephalæa dicitur dolor capitis inueteratus quādo est per totum caput. Hemicranea autem appellatur dolor in medietate capitis. Monopagia uero dolor in aliqua parte capitis. Clauus autem in quacunq; parte minima sit fixus. Cephalæa uero recipit diuisiones plures. Diuiditur enim secundum loca & tempora, & secundum causas suas materiales siue efficientes. Secundum loca, quia quidam est dolor extra craneū existens, sicut in pelliculis & in carne supra craneum existentibus. Aliquando inter pelliculas sub craneo uel in medulla cerebri. Item dolor capitis quandoq; fit secundum uiam Crisis, & quandoq; antecedit febrem uel concomitatur uel sequitur. Item dolor capitis quandoq; est morbus per se, et non causatus ab aliquo morbo, quandoq; causatur ab alio

more

morbo, quandoq; ab aliquo humore. Item dolor capitis quandoq; est ex sola mala cõplexione cum humoris uitio, quandoq; ex mala complexione sine humoris uitio, & quandoq; ex causa exteriori, quandoq; interiori. Et est aliquando ex causa existente iuxta caput, sicut de causa priuata capitis, quandoq; de causa remota in alijs partib. cõtenta sicut in stomacho, uel epate, uel in cæteris partib. Aliquãdo autem dolor capitis est à morbo cõsimili, quandoq; est ex officiali. Omnes aũt illæ causæ & diuisiones sua habẽt propria signa, quædã tamẽ accipiũtur ab inditio patientis, sicut signa Cephaleæ ex causa exteriori, ut ex calore aëris, uel frigore, uel uigilijs, uel somno multo, uel ex casu, uel ex percußione, uel clamore, & usu cibariorum auctorum, ut est uinum forte, porri uel allia uel nuces & cætera fumosa. Quædã autem Cephalæa habet signa à dispositione totius corporis, sicut quæ fit à causa interna, ut quæ fit à repletione humorum furiosorum calidorum, ut quæ fit à febribus, uel à crisi, uel à mala complexione, uel à morbo officiali, ut est oppilatio uel constipatio, quæ de großis humoribus nascitur & uiscosis. Illa autem quæ ex mala complexione sola nascitur, tot recipit diuersitates & diuisiones, in quot mala complexio diuidi potest, sic potest intel-

ligi de cephalæa humorali. Istæ aũt ægritudines maximè discernũtur ꝑ urinas, et per circulum & granula in sũpficie urinæ cõtẽta. Quædã aũt cephaleæ sunt cũ pulsatiõe in temporib. ut hæ uidẽtur esse ex multa sang. ebul. uel ex multa uẽtositate. Alia aũt ẽ recẽs, et hæc est facilis ad dissoluendũ, quædã uero est inueterata, et appellatur galeata, et hæc est pessima, habet enim peßima accidẽtia. Vnde oculi & nerui eorum multum patiũtur, et sensus debilitantur, imò ꝑmixtio ratiõis aliqñ inde ꝓuenit, huiusmodi ergo cephalæã frequẽter incurrũt homines assueti cibis fumosis natura, sicut sunt nuces, et res ping. et homines assueti caput coopire. nõ enim tam forte est caput, qn ꝑ assuefactionẽ nimiæ coopturæ debilitetur cereb. et fiat tenerius et debilius, ꝗ. si aliqs cõsueuerit paulatim desistat, et dissuescat in tẽpato äẽre. Si ex sang. sit cephalæa, calorẽ patitur in capite, grauitatẽ in frõte, ocul. rubescũt uenæ cũ tota facie, et uenæ faciei sunt plenæ, urina rub. et ping. et corpus molle, et pulsus mollis. Si ex chol. rub. infra nares nimium habet calorẽ, et in lingua siccitatẽ, uigiliæ et sitis nõ desunt, et maior dolor est in dextra parte. Si ex chol. nig. in sinistra parte erit dolor cũ frig. uigilijs et grauitate. Si de phleg. sustinet grauedinẽ et spiritus grauẽ retentionẽ cũ querela, & dolorẽ in occipitio. Cõstãtin. autoritate Gal. Nosse opor-

oportet caput diuidi in 4. partes. Sāg. ī frōte domi natur, chol. rub. in dextra parte, phleg. in occipite, chol. nig. in sinistra, in q̄b. modis cognoscendis medicus opā dabit. Oportet aūt intueri ætatem, et ægrotātis consuetud. et unde dolor natus sit. Si sit ex capite cōsiderādum est ex quo sit humore. Si ex sanguin. uel chol. rub. incidatur cephalica, nisi ætatis cōtrarietas uel temporis, cōsuetudinis, et uirtutis occurrat. Si ergo ad phlebotomandum scarificemus, plena palma ab utriusq; pedis calcaneo. Quæ uero prosunt chol. rub. prosunt et sang. Quæ uero phlegmati & chol. nigræ proderunt.

Ex traditione scriptorum recentium quos neotericos uocant.

Diæta in cephalæa et dolore capitis sit tēpata, ut sunt carnes pullorū, pdicis, fasiani, turdi, merulæ, alaudæ, et minorū auiū, capreoli, annualis agni, porcorum extrema, scilicet pedes et aures cū agresta, pisces squam. aquæ dul. currentis, lupi, lucij, darci, dauracæ. Salsamenta, parū cimini, petrosel. cū aceto. Vinum bene limphatum. Exercitiū sit mediocre, multum enim iuuat ad fumositatū respirationem. Nemo tamē plectoricus multū moueatur, q̄a cito putresceret materia, et deueniret ad feb. uel apost. Declinantia ad frig. sunt portulacæ, lactucæ, scariolæ, maluæ, pruna, pira


&

& poma cocta, cucurbita, cucumeres, melones.

Hæmagogum sanguinem mundificans, & cholerampurgans sic fit: Recip. Ceterac. politrici, adiantos, capillorum Veneris, hypericon, scolopendriæ, seminum frigidorum maiorum mundatorũ, prunorum, uiolarum, iuiubarũ, ana ℥ 1. bulliant in aqua in cuius colatura caßiæ fistulæ, thamarindorum ana ʒ 6. aut ℥ 1. mannæ electæ ʒ 3. coletur, in cuius colatura dißolue rheumbarbari electi ʒ 2. uel loco rheũbarbari, myrobalanorum citrinorum ʒ 5. & stet tota nocte sub diuo. Mane cum syrupo uiolato uel aqua prædictæ decoctionis cũ tota substantia accipiatur. In confectione colagogi addatur istis absinthiũ in prima colatura & herbæ magis frigidæ. In secunda sem. lactucæ, portulacæ, papaueris albi, et loco rheumbarbari uel myrobalanorum potest poni scamonij ℈ 1. secundũ tamen uirtutẽ patientis. Istud hæmagogũ uel colagogum, quia parum differunt, potest dari singulis mẽsibus repletis cholera & sanguine siue sit in capite siue in stomacho, etiam in tertiana simplici & duplici et in calefactione epatis, sed non cum scammonio materia indigesta. In Cholera praßina & æruginosa datur trifera saracenica cũ rheumbarbaro & prædicto colagogo. Ita quod apponatur tertia pars

tia pars colagogi propter adustionem. Si ergo ægritudo sit ex sanguine celebrata minutione & hæmagogi datione, dentur electuaria quæ cum mūdificēt & eius feruorem temperent, ut dyaprunis simplicis, zuccarum roß. et uiol. dyaceraceos, dyarhodō abbatis, dyapapaueris, triasantali, dyacitonitē frigidum, rosata nouella cum syrupo uiol. et composito ex herbis frigidis, uel oxizaccara uel syrupo acetoso. Sanguisuga imponatur in uena frontis aut in principio nasi inter duo supercilia, aut in fine nasi, & hoc si oculorum palpebræ graues sint, dolorem tollit. In dolore ex Cholera digesta materia cum syrupis dictis, post purgetur cum colagogis uel medicinis dictis. Tertia die detur rubea in sero. Quarta minuatur de cephalica dextri brachij, post radatur caput. Deinde sequantur unctiones, emplastra, et cætera adiutoria. Vngatur ergo caput cum oleo roß. uel uiol. & aceto, & succo semperuiui, corrigiolæ, plātaginis, portulacæ, succo uuarum immaturarum, aut cum puluere santalorum, rosarum, papaueris, hederæ terrestris temperatis cum muscilagine psyllij. In dolore fortißimo adiungendum est opium. Fomentationes fiant cum aqua decoctionis herbarum frigidarū & arborū. Et si dormire nequiuerit cum oleo uiol. opium distempere-

mus

mus,et caput inũgatur cũ oleo mãdrag. A uīo abstiã ñẽdi sunt si forti laborẽt dolore,et frixis,salsis et as satis. Et somẽtation nõ adhibeãtur, nisi benè cèrtificato reumate nõ esse causã,nec cõponi.q̃ si sit prius curetur reuma,dein.dolor,aliter dolor augmẽtaretur,et morbus maior uel diuersi introducerentur. Dolore existente de phleg.digeratur materia cum oximel.cõp.ex rad.fœnic.petrosel.raphãi. Apiũ in dolore capitis et causis matricis apponi non debet. Garioph.calamẽti, rutæ,origani betonic.ex his fiat oximel,et detur oximel scyl.uel raphaninũ uel aliq̃ oximel diuret.et elect. Si est ergo ex phlegmate naturali detur dyãt.pliris,dyamargar. Si est ex salso dyãt.cum dyaprun.ana, uel rosata cũ dyacerasеos. Incisiuis frigidis ut syr.acetoso et oximel.sim. si ex dulci,eodẽ modo. Si ex acetos.uel uitreo,digeratur cũ oxim.scyl.dyacimin.dyacalamen.et in oĩb oximel ponatur thimus et rosmar. Materia digesta cũ pil.aureis,uel arab.uel cũ benedicta,uel picra, uel cũ phlegmagogo uel hydrogogo q̃ idẽ est. Qd' sic fit.Rec.fenic. petro.apij,dauci,carui,an.℥.i absinthij si uis.M i.q̃a purgat phlegma et colerã indiffe rẽter.polipod.℥ s.sem.diuret.calid.an.ʒ.ij.si uolueris q̃ purget p urinã,coquãtur,colentur,colaturæ misceatur.℥.s.myrobal. kebul.dimittãtur tota nocte sub diuo,et mane apponatur syrup.uel oximel.

& deposita actuali frigid offeratur. Potest addi huic colaturæ agaricus In dolore facto ex melan. digeratur materia cũ oximel. simp. uel scyl. uel diuretico quẽadmodũ in quartana de melãcolia naturali. Et eodẽ mõ fiãt purgationes, stuphæ, et opiat. exhibit. uel cũ melagogo, q̃ sic fit: Rec. se fœnic. petrosel. apij, an. ℥. iij. thimi, epithimi, sene. cuscutæ, an. ℥. i. s, ex his potest fieri oxim. Si uis facere cõfortatiuũ appone gurioph. piperis, macis, ciperi, yreos, corticis fraxini, cardamomi, nucis muscatæ et similia secundũ q̃ tibi uidetur, uel ex illis solis quassatis fiat decoct. in uino uel aqua usq; ad cõsumptionẽ unius, et colẽtur, colaturæ addatur myrobal. ind ℥. s. manc offerantur, uel lib. s. colaturæ adde ℥. 2. s. ind. in alia ℥. s. lap. lazuli, dimittantur tota die sub diuo. In crastino in aurora offeratur resolutio myrobal. Et cum habet tres assellationes, & attracti fuerint humores, detur alia pars, ut humores attractos per compreßionem ducat. Id potest dari sanis, lapsis, et ægris melãcholicis de mẽse in mensem, & etiã in feb. quart. et delicatis. Et si addãtur prædictæ decoct. squnanti et centaurij ana. melior erit. Purgata materia stuphetur cũ herb. dictis in cura phleg. quib. addimus lauri et hederæ arboreæ. ana. ℥. i. iunipi, calamẽti, origani, arthem. ana. ℥. i. s. Exeũti à

stupha

ſtupha offeratur methridatũ uel theriaca cum uino decoctionis gamandreæ. Si ex multitudine ciborũ & potuum doleat, uomitus prouocetur, et digeſtio confortetur, & aliquod oleum calidum auribus infundatur, fricatio fiat circa pedes, & lotio aquæ frigidæ uel aceti circa teſticulos. Et cura ebrioſorum eis ſubueniat.

De hemicranea quam nouitij Emigraneam uocant. Cap. II.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Morbus dolorem immenſum afferens fit in media cerebri parte, quem uocant hemicranicum, et frequenter in imperio dũ paroxyſmum agit. Fit autem ex influxu uaporum, uel humorum multorum, uel frigidorum, uel calidorum. Et aliquibus quidem extra caluariam doloris ſenſus affici contingit. Aliquibus uerò ad capitis intima penetrat. Aliqui porrò circa temporum muſculos uehementer dolent. Cognitiones autem ex eis quæ de Cephalæa dicta ſunt conijciantur. Antiquam et difficulter ſolubilem Cephalalgiam, uel hemicraneam à primordio curare conuenit à ſanguinis per uenam detractione, uel purgatione clyſteris prius deijciendo. Dubium autem non eſt quin ſanguine abundantes expediat lauare, ſanguinem

à

à uena detrahendo, uitioſo autem ſucco affluentes purgare, atque ita localibus utendum adminiculis perfricando, tum ueſtimento, tum digitis dimidiam frontis partem, præſertim quæ ſunt ad muſculum temporum calefiat, ante tempus paroxyſmi hoc faciendo, poſt paroxyſmum uero utendum quæ hemicranica uocitantur. Calore enim multo in doloribus ſignificante contineri quippiam refrigerans, cum calor exceſſerit utendum eſt ſatis calefacientibus, miſceatur utriſq; confirmantium quod qualitatem habeat ſtipticam. Optimum autem calefaciens eſt unguentum quod euphorbij unciam habeat unam, ceræ uncias tres, olei dulciſſimi libram, illinito autem hoc partem frontis dimidiam cum muſculo temporum. Longe autē utiliſſimū eſt ad frigidas affectiones, ut ſæpius ante balneum ſemel utare, à dolore ſeruās incolumē, hos iuuat, ita languentes etiam in aurem infuſum tepidum oleum euphorbij ſenſim iniectum, ut ſatis ſit in libram olei drachmas immittere 4. euphorbij. Naturali autem quadam ratione uel poteſtate facit euphorbium languoribus hemicranicis ipſum cum aceto diſſoluendo. Si igitur dextrum tempus doleat, perungito ſiniſtrum, ſi doleat ſiniſtrum ungito dextrū, & confeſtim ſedabitur dolor. Aliud

Archigenis: Stœchadis herbã coquẽdo cum aqua, uel hydromelle, dato cephalargicis & hemicranicis, utpote ſolũ maximũq; adiumentũ. Aliud eiuſdẽ ad omnẽ capitis lãguorem: Cerui os exurendo, & diſſoluendo cum roſaceo illinito locum, uel ocimũ diſſoluendo imponito, uel mentham cum aceto diſſoluendo illinito bis in die. Aut lapathum agreſtem & cicadas pariter diſſoluito circum illinito tempora, & frontem, & ſtatim mitigabis.

Aliud ad omnem capitis dolorem: Stercus hirundinum antequàm in terram cadat cum luto in nido comperto, aſperge aceto in uaſe ligneo & illinito. Aliud: Pyrathos capræ (quod eſt ſtercus ipſarum) diſſoluito, illinito & alligato, hoc facito mane & in meridie, & medeberis.

Ex traditione Pœnorũ & Arabum.

Fit quãdoq; ægritudo praua doloroſa in medietate capitis aliquando in dextro, aliquando in ſiniſtro, & fit fortis in cõmiſſura extenſa in longitudine capitis, & accidit ſecundum plurimum cum periodo. Huius ægritudinis cauſa eſt eleuatio uaporis humorum, aut propter multitudinem eorum, quãuis ſint temperati, aut propter caliditatem eorum, aut ipſorum frigiditatem,

ditatem, quamuis ſint pauci. Et ex eis ſunt quæ ſentiunt dolorem in lacertis temporum ſuorum quaſi tendantur. Et in quibuſdam eorum ſunt qui ſentiunt dolorem uehementem adeò, donec ipſi non tolerant, ut cadant ſuper eos manus omnino. Cauſa autem in illo eſt, quia hæc occaſio eſt ægritudo panniculi continentis craneum capitis præter quod cutis ſit uacua à dolore. Eleuatio autem horum uaporum & humorum fit in uenis & alaurida, id eſt, in uenis großis, aut in arterijs, aut in utriſq; ſimul. Et fortaſſe expellũt mẽbra quæ ſunt intra craneũ, ſcilicet cerebrũ, & uelamina, ſupfluitates quæ ſunt in eis ad exteriora, et fortaſſe eleuãtur ad caput ex reliquo corpore uapores et humores mali. Confectio epithematis ad hemicraneã et dolorem capitis calid. Recip. Sem. hyoſcyami, ſem. lactucæ, ſief memithe, roſ. ſantal. faufel, radic. mãdragoræ, opiũ, fiant ex eis collyria, & diſtilletur ex eo in aurẽ cũ oleo roſ. & aceto uini pauco. Cõfectio caputpurgij ad dolorẽ cap. et hemicran. cal. et dolorẽ auriũ cũ calid. & pulſatiõe. Rec. Opij, cãphoræ ana, fiãt collyria ſimilia lenti & diſſoluatur 1. aut 2. in oleo uiol. & diſtilletur in aurẽ & naſum et eſt bonũ expertũ. Cõfectio epithem. ad dolorẽ cap. frig. & hemicraneã ex uentoſ. groſſa, & dolorẽ auriũ frig.

Recip. Castorij, euphorbij, opij, styracis liquidæ, piperis, foliorum rutæ, calamenthi, sinapis, ana fiant trochisci & embrochetur, & dissoluantur in oleo, & sit oleum costinum aut nardinum, & dissoluatur cum aliquo de illis, & distillentur in aurem quæ est in latere doloris. Auicenna ponit emplastrum cuiusdam mulieris narratum per aliquos medicos quod est efficax, & fit ex decoctione radicum cucumeris asinini & absinthio in oleo & aqua & ex decoctione fit embrocha, & ex substantia rerum fit emplastrum.

Ex traditione autorũ recentium.

Pilulæ ad hemicraneam: Recip. Myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum ana ℥ 2. croci orientalis, mastiches ana ℈ 4. scammonij ℥ s. aloës epatici ad pondus omnium, tẽpera cum succo fœniculi, da eunti dormitum secundum uirtutem patientis, picra etiam ualet multum. Aliquãdo est dolor capitis cum molestatione magna, ut infirmus quasi sentiat percussiones & malleationes in capite, nec uocem, nec sonitum, uel lumen, nec splendorem pati possit, quod ex duabus causis cõtingit, ut ex cholera rubea, uel ex uentositate grossa si caput debile sit. Si ex cholera rubea, est caliditas cum percussione nimia. Ex uentositate,

uentositate, grauitas & tintinnositas. Morbus hic fit ex humoribus adhærentibus craneo. Aliquando in superioribus cranei, ut cutis tacta dolet. Et nota quod radix papaueris masticata, humores capitis per nares purgat. Pilulæ capitales: Recip. Scammonij, mastiches absinthij ana, confice cum succo absinthij. Aliæ capitales ualentes capiti: Recip. Aloës, colochintidis, absinthij, succi fœniculi, mastiches, scāmonij ana, piperis longi, cētaurij, basiliconis, bethonicæ, herbæ perforatæ, origani, ungulæ caballinæ, filicis, osmondæ, iringorum, radicis saluiæ ana, tempera cum succo absinthij uel fœniculi, da 5. uel 7. Abstineant á cimino, aniso, et aromatibus, quia subleuant uapores. Vtatur tamen uino odorifero & ueteri.

De uertigine, scomaticis, Cap. III.

Ex Poßidonio & Archigene.



Vertigo est morbus capitis tenebrositatē inducens qui Græcè σκοτωμία dicitur, quod à uerbo græco σκότωμαι deducitur, quod est uertiginor. Turbo etiam latinè dicitur. Calidis enim & acutis uaporibus ad caput ascendentibus, et in cerebro animalem spiritum uertentibus, primum quidem obtusitates quædam in oculis procreantur, inde etiam in auribus tinnitus

continui, & audiendi difficultates. Præcipue hoc euenit circa ciborum concoctiones exurgẽtibus ex somno, intensa autem ægritudine fiunt oculorum uertigines, & tenebræ oboriuntur, ut sibi uideantur cuncta spectare uertiginosa, idq́; accidit, cum propere sedilibus exurgũt aliqua antecedente in concoctione. Diuturno autem lãguore leui de causa obtenebrantur, adeò ut aliquando cadant, præcipue circumuertuntur, quod alijs fit multis cõuersionibus, hoc illis una, ac si quem alium circumuolui uideant, obtenebrantur, & si turbinem uel quiduis aliud rotari prospexerint, idem subeunt, uiuẽdi siquidem spiritus circumuoluto incidit turbini. Mouetur ipse quoq; illo circumlato, atq; ita inæqualem & turbulentũ & inordinatum humorẽ et spiritus efficit motum. Ignari autẽ ægritudine cõsueta cohibendo excremẽta, & incõcoctiones, et iuges æstuationes, et ebrietates languorẽ efficiunt. Comitatur aũt ipsos alui retentio, & ob hoc multa spiritalitas & tenuium urinarũ, & paucarũ excrementũ, materia caput occupante, ut plurimum sunt graciles, & in omni iniectione turbidi. Si igitur sanguinolentiora uidebimur nobis in oculis spectare, ad uesaniam sunt accommodatiores. Sin autem purpureum spectemus, ad comitialem morbum. Potentia igitur

igitur ualida existente, & nihil aliud aduersetur, sanguis est detrahēdus. si ægritudinis principium sit, & si etiam intercedens tempus aliquod, in sanguinis autem detractione cernendum nec globatim exhauriamus ob eam causam, quæ euenit collabendi, quare multis est utendum ablationibus ex interuallo. Inter efficatiora autem purgamina, purgari solent concoctum fœniculum oximelle, habeat etiam diaphœnicon, et rutæ & scammonij compositiones, & gargarismata ex origano & oximelle. Inde etiam naribus cyclamini uel radicis bliti, si perdurarit, secato ad tempora supra aures arterias, prius subducendo aluum hiera, uel clystere. Nutrimenta sint boni humoris, quæ facile digerantur, sine flatu prorsus bona stomacho, & aluo bona, quæ urinam prouocent. Vinum paucum & album & tenuissimum, nec admodum uetus. His congruunt aluminosa suapte natura lauacra, maxima uero & prima & ultima horum custodia.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.



Vertigo & σκοτομία uisus est corruptela, & subito apparēt patientibus oīa quasi uolubilia nebulosa seu tenebrosa. Causa istorū nimia est humorū abundātia cū uento

sitate mixta, humores isti cum uentositate mouentur, uel fumo in capite de quolibet mēbro sicut stomacho ascendente. Ioannes Damascenus: *Pedes infirmi in aqua calida sunt ponendi, à uino abstineant, caulibus, lentibus, lactucis & similibus.* Auicenna: *Quæ ex ipsa fortis est, similis est epilepsiæ, uerum tamen non fit cum spasmo sicut epilepsia. Et uertigo quidem frequēs proprie in decrepitis, nunciat apoplexiam. Et quandoq; soluit uertiginem Soda accidens. Et scias quod scotomia & uertigo cum prolongantur, tunc ægritudo est frigida. Cumq; paroxysmus excitatur, tunc adiuua cum fricatione inferiorum extremorum. Scotomiā uero & uertiginem factas propter uacuitatem stomachi, sedat acceptio bucellarū infusarum in rob fructuum stipticorum.* Haliabbas: *Ex humore fit phlegmatico qui in uenis adunatur, quæ cerebrum circum obambulant, aut cholerico humore, aut sanguineo qui in uenis est, nec dissolui potest, uoluiturq; in uenis circa cerebrum, & fit ab inde uertigo, aut ex grossa uentositate quæ his concluditur uenis nec dissolui potest, sed circūuoluitur cerebro & uertiginem parit. Fit etiam ex oppreßione quæ cerebro accidit, præ alicuius carnei oßis ex confractione, aut alia quauis cerebrum opprimēte causa.*

Ioannes

Ioannes Serapio: Cognoſcitur quod eſt per comitatem ex malitia digeſtionis, & ex dolore quæ eſt in ſtomacho, & ex deſtructione deſiderij, & ex debilitate animæ, & nauſea, & ex commotione doloris quandoque, & quiete eius alia uice. Et fortaſſe accedit uertigo ex humore frigido qui annexus eſt cerebro. Inquit Ioannes: Aut ex humoribus cholericis, & differentia quidē eſt inter ægritudinem uertiginis & ſodam, quod ſoda non quieſcit uelociter, & uertigo quieſcit uelociter.

Ex traditione autorum recentium.

IN ſcotomia ex uitio cerebri minutio fiat de cephalica ſi nihil obuiauerit, & dentur hiera picra, et hiera Gal. hiera fortiſsima, aurea et rubea in ſero. Et ophtalmicū naribus fiat, et pilulæ diacaſtoreæ binæ diſsolutæ cū uino naribus inijciantur, uel ſuccus cucumeris agreſtis cum aqua tepida inſtilletur, uel hiera picra, duæ ſint partes aloē & tertia aromatica, ſi ſit ex ſtomacho catharticū dare oportet, & uomitū prouocemus, & à cibis indigeſtibilibus & melancholicis & inflationem facientibus & nocturnis cibis prohibemus, et à cibis groſsis ut caulibus, leguminibus, & forti uino. Cibis digeſtibilibus utantur, ut

pullis, perdicibus, auiculis in aqua non degẽtibus, piscibus aspratilibus, carnibus annualis agni, lactentibus hœdi, brodio cicerum rubeorum, ouis sorbilibus. Si sit ex cholera, utantur pilulis confectis ex quãtitate aromaticarum specierum ad quarum pondus ponatur rheumbarbari, & ad pondus rheumbarbari, & specierum ponatur aloë lotum, & conficiatur cum succo absinthij, uel cum melle ad conseruationem, uel dentur pilulæ regis Siciliæ quæ uisum clarificant, auditum confirmãt, spiritualia confortant, singulas superfluitates à capite & stomacho expellunt, sanitatem custodiunt, sine omni immutatione diætæ ter uel quater ducũt. Recip. Calami aromatici, cinnamomi, cubebæ, nucis muscatæ, spicænardi, macis, carpobal. epithymi, uiolarũ, azari, gariophilorum, mauicis, myrobolanorũ ana omniũ, ʒ 2. turbith, colochintidis ana ℥ 3. agarici, senæ, rheumbarbari ana ℥ s. aloës succocitrini ad pondus omniũ, cõfice cum oximelle ut melius seruentur, da 5. 7. uel 9. secundum tenorẽ uirtutis semel aut bis in hebdomada, utantur dianthos, diamargariton, gariophilatũ. Omnis cibus eorum condiatur cum sale sacerdotali quod sic fit: Recip. Salis ℥ 1. satureiæ, maioranæ, origani, piperis grana 9. carui, coriandri, cimini,

mini, cinnamomi, zingib. ana ʒ 2. pulucrizentur & puluis usui reseruetur. Sal Marcelli expertum ad omnes humores capitis, phlegma de cerebro educit, hydropicis, sciaticis, arteticis, podagricis mire subuenit: Recip. Salis armoniaci tosti ℥ 12. piperis nigri ℥ 5. cimini, zingiberis, piperis albi, fœniculi, cinnamomi ana, ℥ 4. gariophyl. galangæ, zedoariæ, cubebæ, cardamomi ana ℥ 3. hyssopi, thymi, origani, carui, anisi, apij, petrosel. leuistici ana ℥ 1. s. tere & in puluerē redige. Eo omni prandio utatur loco salis.

Digerentia. Recip. Syrupi de stœchados ℥ 1. oximellis ℥ s. fiat decoctio simplicium ducentium ad caput. Caputpurgia: Recip. Aquæ maioranæ lib. 1. aceti scyllitici ℥ 2. & misceantur. Ad idem: Recip. Aceti scylliticilib. 1. puluerís origani, pyrethri, macropiperis, sinapis ana ʒ s. misceantur, & est forte.

Ad idem expertum: Recip. Folia hermæ, morsus gallinæ, & fricentur nares & faciet fluere humiditatem. Et in caputpurgijs & gargarismis debet apponi aliquid salis, ut cerebrum stimulet.

De Le-

De lethargo ex traditione Græcorum & Latinorum. Cap. IIII.

Ex Archigene & Poßidonio.


Ethargus interdũ pro furioso ponitur, & phrenetico. Horat. Vt Lethargicus hic cum sit pugil & medicum urget. Videturq; lethargus non absimilis phrenesi, de quo loquitur Archigenes. In phrenesi difficilis somnus prompta ad omnem audaciam mens est, ut in hoc marcor & inexpugnabilis pene dormiendi neceßitas. Lethargi bina sunt principia. Quibus quidem circa præcordia & intestina primi languores in parem morbum cerebrum agunt: quibus circa cerebrum inceperit & quibus statim à principio morbus obuenit, quibus porrò ex dilapsu aliquo acutarum ægritudinũ, præsertim à phrenitide uehementius ob stuporem immittentia medicamina refrigeratis dilapsus in lethargum efficitur. Iam uero sæpißimè etiam à synocho febri delapsus in lethargũ est, atq; ex alijs complurimis ægritudinibus, in quibus præcipue exhaustiones plures sunt cõsecutæ, quandoq; autem etiam in longis febribus cõtingit in periodum ipsos somno demergi & consopiri sicut in amphemerinis cõtingit febribus, et hemitri

teis,

tæis, est & in quartanis. Et alij quidem cum spasmo è contractione neruorum inferuntur. Alij ex aggregatione, & unam quidem demersionem sustinent, in qua postremo periculum subeunt. Alij in periodis deferuntur & rursus reuocantur. Consideranda itaq; est species delationis, qui enim per periodum somno consopiuntur manifestiorem habent pulsum. Qui uero morbum habent nimium & difficulter mobilem, hi etiam experrecti aliena efficiunt & obliuiosi efficiuntur. Qui uero in periodum nihil huiusmodi sustinent, & hi cum graui et sublata respiratione deferuntur, ut stertant, & cõpunctiones & gemitus referat expressos dolores. neq; afferre queat recumbentes quod pars rationalis oblæsa sit. Alij autem quietissimè uidentur cõsopiri, & quibusdã membra constringũtur, & rugæ et pallor subest, alijs diffundũtur circa uigores paroxysmorum. Hoc ergo lãguore occupatis, hæc cõsiderent: reuellitur hypochondriũ, & cogitur aluus, & ui excitati ab cõsedentibus rursus in somno rapiuntur, & ipsis aduenit obliuio, frequẽter ad mingendum festinent, exhibito eis scaphio, ipsum manu tenendo obliuiscũtur. Intenso aũt ac perseuerante malo, totum corpus turbidum tanquam morticinũ euadit, supini prostrati ad pedes deflu

unt

unt proijciendo manus et crura. Nares quibusdam distillãt, ipsis os deducitur, inferior gena residens & depressa spectatur, lãguores ergo Lethargũ cõsecuti hi sunt. Media inter phrentiidẽ & lethargũ ægritudo, quæ species est amentiæ & mẽtis alienationis, hãc uero medici uocare cõsueuerũt catochẽ & catalepsin, quæ in humore magis accidit melancholico, periculosior autẽ hic morbus est lethargo. In febribus autẽ cõsimilis est lethargo, & aliquando quidẽ uidentur dormire, aliquãdo aũt incõcussa habent cilia, aut oculis frequenter obnutãt serãdo & reserãdo. Aut intenti et emißitijs intuentur oculis, & tanq̃ cõcretos & immobiles tenent oculos, ac si manũ oculis obiectes non cõniuent, obmutescunt & carent sensu, neq; audiunt, neq; respõdent. Ferũt aũt manus suas aliquãdo in caput & nasum tanq̃ pigrescentes nõ cum sensu, pulsus exigui, turbidi parũ admodũ absunt ut deficiant, flatus quandoq; densus, quandoq; rarus, & ex interuallis quibusdã uehementer respirãt, alui & urinæ astrictio nõ ab ariditate. Habent siquidẽ humorẽ & multũ ac (ut paucis concludam) neq; omnino similes sunt phreniticis, neq; lethargicis. Alia aduenit ægritudo frigidis & humidis inuadentib. cerebrũ humorib. quæ Carus dicitur cũ hebeti febre, cõsequitur

autem

aũt sensus alienatio, et immobilitas totius corporis cum detrimẽto principaliũ actionũ, deducũtur omnifariã oculi. Differt Carus à Lethargo q, in lethargo interrogati respondent, neq; omnino muti manẽt. At Caro circũuenti somno profundißimo detinẽtur, q cõpuncti sentiũt q dem, sed nec loquũtur, neq; oculos deducũt. Cura horũ sit, ut lethargicorũ.

Ex traditione Pænorũ & Arabum.

QVãdoq; accidit cerebro apostema ex humore phlegmatico putrido faciẽte euenire febrẽ, & accidit ex illo obliuio, & subeth, quod est q a subeth nõ accidit nisi quoniam febris nocet actioni partis sensibilis quæ est illic adeò donec non recipit paßionẽ nec euigilat, & obliuio nõ accidit nisi quoniã pars qua fit imaginatio læditur per febrẽ quare non attendit. Et intentio quidem obliuionis est quia nõ recipit res quæ sunt in seruatione, neq; accipit eas . Et cũ uis curationẽ subeth & alenationis, oportet ut consideres in eis quæ dixerunt antiqui scilicet in uirtute & arte et acquisitione & ætate & regione, et quæ illis sunt similia. Auicenna: Lethargia dicitur apostema phlegmaticũ factũ intra cranceũ, et hãc ægritudinẽ comitatur obliuio. Et cũ lethargia est in substãtia cerebri, subeth est fortior, et difficultas motuũ maior

Si autem.

Si autem est in uelaminibus, dolor est fortior, & motus leuiores. Hæc ægritudo plurimum generatur à comestione ceparum, & à repletione nimia stomachi, & multitudine potus, & multitudine comestionis fructuũ. Constantinus. Perfectio memoriæ & facilitas recordationis, substantialem cerebri puppis stabilitatem, & eius innuit perfectionẽ. Econtrà hominem obliuiosum & durè intelligentem necesse est faciant, quod fit cum in puppi cerebri humores nascuntur phlegmatici, qui ferè nihil horum prætermittunt memoriæ. Si ex uicino sit tẽpore cum multa oscitatione & oris apertione, neq; meminerint os claudere ex multa phlegmatis frigiditate et humiditate cum in puppi cerebri superat, et animatum spiritum suffocat, hæc infirmitas uocatur Lethargia. Galenus tamen uocat frigidam phrenesim, quæ sæpius contingit senibus in frigidis et humidis regionibus. Si autem patiatur puppis cerebri de phlegmate et de cholera rubea commixtis, redditur infirmus quasi mortuus, oculos tamen habet apertos, anima nullam molestationem tolerat. Quiescit cum phlegma infrigidatur et humectatur, expergiscitur et ex siccitate ac acredine choleræ rubeæ. Est & alia species quæ stupor mẽtis dicitur, et est quasi somnus oculis clausis, quod fit duo
bus

bus modis, uel enim infirmus nimium est somniculosus, uel parum. Nimia somniculositas tribus modis constat, uel de sola humiditatte, sicut ebriosi patiuntur, uel de sola frigiditate, sicut in niuem uel glaciem cadentes sustinent, uel de utroq;, sicut in apoplecticis uidemus & lethargicis. Secūda parua, scilicet somniculositas, non est somnus sed quasi pigritantis dormitio, quod non contingit nisi ex defectione & dissolutione uirtutis. Et hæc infirmitas uix aut nunquàm curatur.

Ex traditione autorum recentium.

LEthargus seu lethargia oppreßio est cerebri cum oppreßione euaporationū. Et est paßio puppis cerebri obliuionem mē tis inducens, quæ aliquando est uera, aliquando nō uera. Vera autem fit ex phlegmate, nō uera ex phlegmate & cholera mixtis. Fit autem aliquando cum apostemate, & tunc cum febre. Cum autem fit sine apostemate, fit sine febre ut in senibus. Accidit autem in febre, ut quotidiana continua, & apostematibus peripneumoniæ & hemitriteo minori ex traductione materiæ ad puppim. Si cholera est, anteriorem partem petit, ut in phrenesi propter similitudinem, cholera in illa parte magis nutritur. Si

phlegma, ad posteriorem partem quæ ; hlegmatica est. Signa ergo apostematis in posteriori cellula sunt, febris continua, somnus multus, obliuio, uocati uix respondent, oris apertionē uix meminerūt claudere, quod ex multa frigiditate & humiditate phlegmatis cōtingit. Si aūt ex solo phlegmate sit, signa phlegmatis simplicis apparebunt, ut urina turbida quasi subiugalium, pulsus mollis, magnus æstuosus, somnus profundus, anhelitus tardus & defectus. Si ex phlegmate mixtis accidentia sunt permixta, ut modo uigilant, modo graui somno opprimantur, urina coloratior, & pulsus uelocior. Signa mortalia: cum liuiditate faciei, tremor membrorum & faciei, sudor in capite solo, sanguisuga apposita non adhæret. Si ergo sit ex phlegmate, in loco iaceat luminoso, patiens trahatur per capillos & barbam, utatur colloquijs multis, fiant fricationes fortes pedum & manuum cum sale & aceto scylliti co. fumus fœtidus in narib. apponatur, ut ruta, licinīū extinctū, fumus capillorū ustorū, aut cornu cerui et galbani. In nulla aūt lethargia apponantur repeußiua à principio, ne augmentetur frigiditas, & stupor, sed raso capite fiant inunctiones mediocriter calidæ, sicut de castorio distemperato cum succo apij, & fœniculi. A principio fiat clystere mollificatiuum si constipatus sit, deinde mordicatiuum.

tum. Mollificatiuum fit ex malua, uiolis, branca ursina, bismalua decoctis in aqua, cuius colaturæ admisceatur furfur triticeũ, & fricetur inter manus, & iterum coletur, colaturæ admisceatur oleum uiolarum uel commune, & fiat clystere. Mordicatiuum fit ex absinthio, abrotano, calamentho, origano, menta, mercuriali decoctis in aqua marina uel salsa, in cuius colatura resoluatur furfur triticeum, & iterum coletur, in cuius colatura ponantur mellis ℥.3, salis gemmæ ʒ.2, & inijtiatur. Et in clysteri possunt poni medicinæ calidæ, ut benedicta, dyaphœnicon secundũ discretionem medici. Si corpus sit plectoricum, & fortis est patiens, fiat phlebotomia de cepalica, sed tamẽ multũ cõsiderãda est uirtus, et dispositio ac cõplexio ægri. Et licet tamẽ patiens nõ sit fortis, extrahatur sanguis à naribus cum setis porcinis. Sanguisugæ frõti apponãtur. Inungantur nares & palatũ cum aurea alexandrina distẽperata cũ uino calido. Nihil uiolẽtũ, uel uehemẽter calidũ narib. uel palato apponatur, ne ex forti dissolutione spiritus animalis suffocetur. Nulla ergo fiat uiolẽta sternutatio, nec sæpe, potest aũt fieri ex pipe, castorio, cũ oleo uiol. uel lacte mulieris tempatis uel puluere rutæ. Epithemata fiãt ex mediocriter calidis, ut chamomil. melliloto, aneto,

apio, castorio cum similibus. Et si fiat balneum, caput aqua non tangatur, molestiam enim magnam inferret. In lethargia sine febre sit diæta calida & sicca. post purgetur phlegma, postea detur theriaca, maximè si cerebrum turbatum fuerit. Postea fiat emplastrum de sinapi, euphorbio, distemperata cum aceto. In lethargia autem cum febre non uti multum calidis, nec purgationibus fortibus nisi in declinatione debemus. Debet autem diæta esse declinans ad calidum cum sit temperata. Electuarium ad memoriam restaurandum & cerebrũ confortandum: Recip. Cynamomi, rosarum, uiolarum, zingib. cardamomi ana ℥.i, anthos, dragagãti, balsamitæ, maioranæ, corticis citri, ciperi, liquiritiæ ana. ℥.i. squinanti, spicæ, gariophilorũ, cubebæ, folij, fisticorũ, galãgæ, senæ, spodij, coralli, mastiches, macropiperis, storacis calamitæ, serici incisi. ana. ℥.ij, musci. ℈.s, syrupi rosati quod sufficit & cum zuccaro fiat electuarium in forma liquida aut solida.

De phrenitide siue phrenesi. Cap. V.

Secundum Græcos & Latinos.



PHrenitis siue phrenesis est morb. lædẽs mentem & ad insaniam furoremq; deducens. ἀπὸ τοῦ φρενός, à mente & parte

te rationalis animæ id est, deturbatio mentis, & ex cordis uitio nasci à quibusdam putatur. Serenus uero Samoniacus. Ex cerebri uitio phrenesis furiosa mouetur. Amissáq; refert frondens amentia uires. Latinè delirium dicitur. Inde phreneticus qui eo uitio laborat, qui latinè delirus uel mente captus dici potest. Sunt tamen tria insaniæ genera. Incipiam ab insania quæ & acuta in febre est, Græci phrenesim appellant. Illud inter omnia scire oportet interdum in acceßione ægros desipere & aliena loqui. Quod non quidem leue est, neq; incidere potest, nisi in febre uehementi, non tamen æque pestiferum est. Nam plerunq; breue esse consueuit, leuatoq; acceßionis impetu protinus mens redit. Secundum genus insaniæ est quod spaciũ longius recipit, quia ferè sine febre incipit, leues deinde febriculas excitat & consistit in tristitia, quam uidetur bilis atra contrahere. Tertium insaniæ genus est ex his longißimum adeo ut uitam ipsam non impediat, quod robusti corporis esse consueuit. Huius autem ipsius species duæ sunt. Nam quidam imaginibus non mẽte falluntur, qualem insanientem Aiacem uel Orestem poëtarum fabulæ ferunt, quidam animo desipiunt. Hæc sunt tria insaniæ genera, de quibus uide Celsum lib. tertio, cap. 18. Phrenitis inflãmatio

circa cerebri tuniculas cum febri acuta comminutionem ac distractionē inferens intelligentiæ & mētis. Raro autem phrenitis à principio se conijcit febri. In multis ferè incipit à die quinto uel sexto, uel adhuc seriuscule eodem fermè periculo succensa, proinde alij quidē die septimo, alij nono abalienari detrahiq; incipiunt. Differentiæ autem phrenitidis plures, uerum maximè principales tres. Aut enim phantasticum solum oblæsum, in ipsis uero custoditur rationale & memoriæ conceptaculum, aut rationale solum offenditur, conseruatur autem phantasticum & memoria. Aut etiam phantastici & rationalis est offendiculum, sed memoria conseruatur. Memoria uerò delcta in febrilibus ægritudinibus pariter ut plurimum aboletur etiam rationale & phantasticum. Anteriore ergo cerebri parte oblæsa phantasticū duntaxat offenditur. Media uerò aluo offensa cerebri auerso fit rationalis, parte uero quæ ad neruulū posterioris cerebri tēdit oblæsa, uis recordandi amittitur, cū ipsa frequēter duo reliqua. Quibuscūq; igitur offensum est phantasticū, ij iudicāt rectè, at imagines concipiunt alienas. Quib. aūt oblæsum rationale solū mēte uidēt rectè, at malè iudicāt. Cōuenit igitur parti magis offensæ adminiculari et ne quidē quicquā aliorū negligere.

Ex

Ex traditione Pænorum & Arabum.

PHrenesis calidum est apostema in quibusdam cerebri pelliculis, quam semper sequuntur uigiliæ & alienationes. Aliquando etiam apostema est in cerebri substãtia, quod pessimũ et molestissimũ est. Nascitur duob. modis, uel ex incensione choleræ rubeæ cerebrũ ascendentis, uel de sanguinis ebullitione in corde, cuius fumus cum ascenderit cerebrum fit apostema, deinde uigiliæ & alienationes comitantur & dolores. Phrenesis quæ ex qualibet alia passione nascitur, uel est ex diaphragmatis apostemate, uel ex stomachi passiõe, siue ex matrice, ex quorum colligantia per neruos cerebrum patitur. Membris quoque his in pristinum statum redeuntibus, & cerebrum sanatur, & alienatio illa quæ ex stomachi contingit uitio paulatim augmentatur, postquàm quiescit dolor, febris extinguitur, morbus tamen nõ dimittitur quia in cerebri substantia esse certificatur, unde eorum flatus debilis est, & rarus. Alienatio autem illa quæ ex augmento febris acutæ est, ex fumo est caput ascendente acuto et pũgente, febre quiescẽte & alienatio qescit. Si econtrario certificatur apostema esse in cerebro uel in ipsius pelliculis. Gal. enim inqt: Alienationẽ sequũtur acuti hũores pũgitiui præter

maniam & melãcholiam, quæ tribus modis est, uel in cerebri substantia, uel in stomacho, & sibi pertinentibus, sicut hypochõdria cum inflantur, ex cholera enim nigra in phantasmatibus, & in alijs accidentibus est diuersa, si tamẽ in quodam comitatur, ut Hippocrates in Aphorismis testatur. Si timor alicui immoretur sine causa, paßio eius est melancholica, unde omnes hanc paßionem habentes sine causa semper sunt tristes, qui interrogati cur tristantur, non habent quid respondeant. Alij mortem timent, uel quamlibet aliam rem patiuntur irrationabilem. Alij mortem amant, & nimium eandem desiderant. Galenus in lib. paßionum, non est, inquit, mirandum si cholera in fundo rationabilis animæ dominetur, & timorem, & tristitiam, aut mortis suspitionem patiantur, cum in corporibus exterioribus nihil obscuritate sit timidius, unde si aliquid obscurũ rationalis animæ partem cooperiat, neceße est ut patiens timeat, quia secũ portat unde timeat. Quod ergo nos exterius ex obscuritate huiusmodi aëris patimur, necesse est ut ex cholera nigra, cum ad cerebrum ueniat, melãcholici patiãtur, uel cum ascendat eius fumus sicut in hypochondriacis uidemus. Auicenna: Melãcholia est cum malitia æstimationis & cogitatione corrupta & timore & quiete,

te, nec est in ipsa agitatio uehemens. Mania uerò tota est agitatio, & saltus, & inquisitio, & lupinositas, & aspectus cui non aßimilatur aspectus hominis, imò luporum. Et cum mania ut plurimũ nõ est febris, sed charabitus non euacatur ab ea. Mania canina est in qua est associatio uehemens & amicitia cum obedientia, & conuenientia simul, & in ipsa non est crudelitas contentionis sicut in mania lupina. Et hanc scilicet caninam plurimum non resoluunt nisi hæmorhoides & uarices. Et dicitur melãcholia mutatio æstimationũ, et cogitationum à cursu naturali ad corruptionem, & timorem, et ad malitiam. Et non dicitur melãcholia nisi cuius euentus est à cholera nigra nõ adusta. Et multotiens fit per mutatione ex epilepsia. Multiplicatur generatio ipsius in eo cuius cor est uehementer calidum, & cerebrum ipsius est humidũ. Et hæc ægritudo plus accidit uiris, sed in mulieribus est deterior. Et species istæ scilicet melãcholiæ sunt indefinitæ, id est, indeterminatæ. Rasis: Quando aliquem febris cõclusa continua inuaserit cum forti capitis, et oculorum grauedine, & in facie atq; oculis uehemens fuerit rubedo & capitis dolor & horror luminis affuerint, & in pulsu uelocitas, & frequentiæ superfluitas inueniantur, signa phrenesis certißima iudicabuntur,

buntur, quod si lingua nigra aut citrina fiat, & per misceatur intellectus et multum fuerit alienatus, et uigilauerit multum, iam phrenesis perfecta erit. Et cum alicui cogitationes malæ sine causa manifesta acciderint, et timor et tristitia in eo præualuerint, melancholiæ principium in eo erit. Cum autem res ad hoc deuenerit, ut etiam ea quæ cogitare cœpit ore promat, uerbaq; sua atq; actus permisceat, iam melancholia perfecta est. Haliabbas: Phrenesis aut ex mala complexione fit calida, quæ cerebro et ipsum operienti et circunuolūēti accidit operimēto, aut ex calido, quod in operimento fit cerebri, apostemate, uel in ipso cerebro, aut si quæ in uenis cerebri sunt, choleræ fuerint multiplicatæ. Et quæ ex apostemate fit, difficilior est et fortior. Apostema autem calidum ex cholera fit rubea, aut ex sanguine et aliquotiēs aliquid admiscetur phlegmati. Isaac: Phrenesis absolute dicitur apostema calidum nascens in pelliculis cerebri ex ebullitione sanguinis in corde existentis, quam consequuntur uigiliæ & alienatio, et nonnunquàm phrenesis est apostema in uentriculis cerebri quod est peius & molestius.

Ex traditione autorum recentium.

Causa phrenesis ut plurimum est incensio cholerae rubeae in uentriculis cerebri existentis, et ebullitio sanguinis cordis, quia sanguis in corde bulliens, cum cholera rubea emittit fumum ad caput, generatq; apostema calidũ et cholericũ. Hæc est causa ueræ phrenesis, quæ est per se morbus et non per alium. Quidam arbitrati sunt quod fumus quidam ebulliente cordis sanguine ad caput ascendens calidus sit et humidus, quod falsum est. Fumus enim ad caput saliens si fuerit humidus eliquabitur, et inferius ducetur, in pectoris concauitatem descendet. Si aũt illius fumi humiditas ad pectus descenderit, in diaphragmate apostema generabit, et pleuresis nuncupabitur. Pars uero fumi quæ in capite remansit dissoluta, per poros cũ sudore et fumo egredietur. Sed phrenesis quæ fit ex ebullitione sanguinis nõ est simili modo, quia fumus qui oritur est calidißimus et siccißimus de genere choleræ æquæ ad cerebrũ ascẽdens nullã habet humiditatẽ qua poßit eliquare et inferius ad diaphragma descendere ut illic generet apostema, unde est necesse est cerebro inuiscetur, et apostema generet, q phrenesis dicitur. Differt enim phrenesis à pleuresi, quia causa phrenesis est de fumo calido

igneo & ſicco. Cauſa uero pleureſis fumus calidus & ſanguinolentus. Proinde antiqui phreneſim febrem appellauerunt cauſon, & pleureſim febrem acutam. Eſt & alia ſpecies phreneſis accidentaliter alium ſequens morbum, ſicut phreneſis quæ fit propter pleureſim, quæ fit duobus modis. Vno modo propter neruorum colligantiam quam cerebrū habet cum diaphragmate, quemadmodum cerebrum patitur ex paßione ſtomachi & matricis propter colligantiam neruorum quam habet cum eis. Vnde aliquando phreneſis fit propter putredinem quæ eſt de phlegmate, quia cum putrefit aſcendit fumus ad caput & generat phreneſim. Et aliquando fit per uſtionem choleræ & mutatione eius ad choleram nigram. Hoc genus phreneſis peßimum eſt & difficile ad curandum. Et quia diſputatio eſt de acuta febre cum phreneſi, dicendum eſt quod ipſa phreneſis fit propter choleram rubeam in cerebro bullientem, & ad cerebrum aſcendentem, dicamus ergo eius ſignificationes. Hæc phreneſis uera plurimum iuuenibus accidit cum labores magnos faciunt, & eorum complexio calida eſt & ſicca, & tēpus æſtiuum & regio, & aër calidus et ſiccus. Sed oportet nos intelligere, quia cum quædā res aliam ſuperat, extinguitur uirtus rei quæ uincitur,

tur,

tur, ſicut uidemus fieri in ebrietate. Fumus enim ui ni cooperit & uincit lumen mentis & uirtutem & actionem ſenſus & uoluntarij motus. Simili modo fit in hoc morbo, quia cum extraneus calor naturalem cooperit, ac uincit calorem, lumen & ſplendorem eius extinguit, & facit conſtipationem ſtuporem atq; defectionem. Habet enim hæc ægritudo hæc accidentia quæ ſunt ab ea ſeparabilia, nec ei accidunt niſi cum febris augmentatur, habet etiam alia quæ ſunt inſeparabilia, ſicut dolor capitis et ſpiritus anguſtia, & cum ſtatus febris appropinquat, ad eum ueniunt accidentia, ſicut ſitis nimia, & ſiccitas oris & palati, linguæ aſperitas & ninigredo, & anguſtia, & cordis tremor, ſtupor & defectio, mutatio faciei à naturali ad innaturalem colorem, ſicut ad citrinitatem. Si cauſa phreneſis ſit cholera rubea in cerebro bulliens, aut in ruborem, ſi cauſa eius fuerit ebullitio ſanguinis in corde exiſtentis, quod ſi patiens hæc in æſtiuo tempore fuerit, calor illius erit pungitiuus & intolerabilis in toto corpore, et alienationes et uigiliæ eis ſæpe generantur & cetera accidentia quæ dicta à nobis ſunt in libro febrium de cauſonide. Sed in melãcholia quæ eſt ſine febre ſigna principij eius ſunt, exiſtimatio mala, timor ſine cauſa, uelocitas iræ, dile-

ctio

ctio solitudinis, tremor, uertigo, sonitus, tinnitus, et propriè mirachius. Species istæ indefinitæ sunt, qui dam eorum timent casum cœli super se, quidã quod terra absorbeat eos, quidam latrones timent, alii qui lupos ne ad eos ingrediantur. Quãdoq; res pro priè habent in hos impreßionem, & cum hoc quan doq; imaginantur res coram oculis suis quæ non sunt sanæ, & quandoq, imaginantur seipsos reges factos, aut lupos, aut dæmones, aut aues, aut instru menta artificialia. Quidam eorum sunt qui rident & proprie quorũ melancholia est sanguinea, quia imaginantur res placidas. Quidam sunt qui plorãt propriè quorũ melancholia est pura. & quidã dili gunt mortẽ, & quidã eorũ abhorrent. Et aliquãdo causa melancholiæ est in cerebro per essentiam, ali quando facta est comitate totius corporis, aliquãdo causa est in splene, aliquãdo in stomacho, aliquando est in mirach. Cholera nigra faciẽs melancholiam, cum ipsa est cũ sanguine tunc ipsa est cũ gaudio, et comitatur ipsum tristitia uehemens, si aũt est cum phlegmate, tunc ipsa est cũ pigritia et paucitate ca liditatis ipsius & quiete, si est cũ cholera, est cũ agi tatione et læsiõe, & dæmonio, et est similis maniæ, si uero fuerit cholera nigra pura, tũc cogitatio in ip so erit plurima, audacia erit minor nisi moueatur

et irascatur. Et habet odiũ cuius nõ obliuiscitur. Curatio eius ita fiẽda est. Si uides uenas plenas tũc cholera nig. est sanguinea, phlebotoma ergo ex nigra, imò oportet ut secũdũ dispositionẽ oẽm à phlebotomia incipias nisi timor uehemẽtis debilitatis affuerit, oportet ut phlebotomiã amplifices aliquãdo ut nõ affluat subtile et retineatur grossum et inde augeatur. Cõsidera q̃ duorum laterũ capitis sit grauius, et phlebotoma cephalicã eiusdem lateris. Quandoq; erit necessariũ tibi ut phlebotomes basilicã, & ante phlebotomiã uenarũ frõtis minus, plus cũ inuenis signa cõmunia, deinde si inuenis humorẽ melancholicũ declinare ad frigus, euacua cũ pil. factis ex epithymo et aloë, et incipe à digestiõe. Pil. ex epith. et aloë ĩ prĩcipio leues in qb. est epith. deinde cũ decoctione epithym. et agarici, postea si nõ cõferũt administra hieras magnas, lapis lazuli iuuat, lapis armenus, pil. factæ ex eis iuuãt, administratio dictarũ medicinarũ in aqua casei. Si nõ cõferũt reitera curã, cũ euacuationib. subtilib. Exptũ est potare infrascriptã triferã epithymi: Rec. triferæ ʒ. 2, epithymi. ʒ. 1, hieræ ʒ. s. Omni mẽse euacua cũ hieris magnis donec remoueatur ægritudo. Odoramẽta bona uidelicet muscus, ambra, et iuuãt humectatiões, et aqua de coct. absin thij: Digestiuum usuale: Recip. seri caprini, aquarũ acetosæ ana ℥. 1, succi fol. bliti ℥. 1. s. lu

pulo-

pulorum, absinthij ana ℥. i. sachari albißimi ℥. i. s. istum accipiat debite calidum, eo utatur quatuor diebus cõtinuis. Aliud: Recip. Sirupi de pomis ℥. i, de bizantijs ℥. s, de epithimo ʒ. iij, aquarum acetosæ ℥. ij, lupulorum, buglossæ ana ℥. i. misce. istud assumat debite calidum post cœnam per octo horas. Solutiuum minoratiuum: Recip. Casiæ electæ ℥. i, diasenæ ʒ. ij, thamarindorũ ʒ i, aquarũ lupulorũ, buglossæ, endiuiæ ana ℥. ij, fiat potio, istud accipiat ꝑ octo horas post finem cœnæ calidum. Solutiuum eradicatiuum: Recip. solutiuum suprascriptum, adde rheũbarbari electi ʒ. i, epithimi ʒ i. s, spicæ grana iij, mellis, passularũ ana ℥ s. rheũbarbarũ prius minutim incisum, deinde leuiter trituratum & non pistatum infundatur in dictis aquis per horas 12. deinde optimè exprimatur & coletur, ultimo reliqua addantur, & fiat potio, & assumat calidum. Confectio confortatiua: Recip. Gemmarum electuarij de gemmis sine speciebus ana ʒ. i, specierum diarhodõ abbatis, trochiscorũ de rheũbarbaro ana ℈. i. radicum capparorum, specierũ triasandalorum, sem. acetosæ ana ʒ. s. zuccari albißimi ℥. 6. misce, & cum aqua acetosæ fiat confectio solida in morsellis, ʒ. iij. pro morsello, accipiat morsellum mane dieb. alternis & post assumptionem stet ieiunus horis

tribus. Hæc digestiua & solutiua & confortatiua ualent contra accidentia melancholica & cholerica. In cura phrenesis phlebotometur primo de basilica patiens, & si adhuc sufficiat uirtus fiat phlebotomia de uena in medio frontis, sed secundum Alexand. de illa quæ est in summitate nasi, uel intromißis setis porcorum per nares fluxus sanguinis prouocetur. Hoc autem facto à principio, raso capite superpone oleum rosatũ cum aceto fortißimo infrigidato in niue, deinde folia stiptica superponantur, ut sunt folia plantaginis, lanceolatæ, uel etiam caulis & salicis. Ponantur in domo obscura picturis uacua, quia picturas multum diligit intueri, spargantur folia salicis, myrtæ, ros. & omnia aromatica frigida per domum, odoret camphoram. In fronte capitis pone opium, si uirtus sit fortis, si debilis sit, opium caue, utatur syrupo papaueris, bibat aquam hordei cum semine papaueris. Postquam feceris hæc, fiat clyster: Recip. Absinthium, maluam, uiol. sem. frigida mundata cum aqua decoctionis istorũ fricetur furfur & coletur, in colatura ponatur ℥ s. diaprunis uel oximellis laxatiui ʒ I. salis gemmæ ad quantitatẽ ℥ s. misceatur & hoc fiat sæpe, lapso autem spatio 24. horarum, iam potest opinari apostema esse collectũ in

E prora,

prora, & appropinquare ad hoc quod confirmetur cum materia ſit uelocis motus, et ſi ſit inſtantia uigiliarum reſoluentibus inſiſtatur, ut cum ſucco apij, uel accipiamus catulum ſciſſum & calidum ſuperponamus, uel gallum cum interioribus ſuis per medium ſciſſum, hoc fiat pluries, hoc enim attrahit materiam & attractam conbibit, talia tamẽ attractiua in principio caueantur, & magis repercuſsiuis utantur. Si autem uirtus fuerit debilis, ut nec clyſtere, nec phlebotomiam poßit tolerare, ſolis ſuppoſitorijs eſt utendum, primo lenitiuis, & poſtea mordicatiuis. Diæta uero ſi uirtus ſit fortis aut nulla ſit, aut tenuißima donec uideatur phreneſis remitti & feb. alleuiari, & tunc erit diæta ingroſſanda, & poſt quartum diem & ad minus poſt ſeptimum uinum exhibeatur.

De epilepſia ſeu comitiali morbo. Cap. V.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Comitialis morbus ſeu maior morbus, multis nominibus ab autorib. medicis appellari ſolet. Aliqui ſacrũ, alij epilepſiã, alij lunaticũ, alij aũt herculeũ, quod Hercules eũ morbũ paſſus ſit, nominarũt, alij caducũ morbũ maluerũt appellare, unde Seren. ait: Et ſubiti morbi ſpecies

cui

cui nomen ab illo. Quod fieri nobis suffragia iusta recuset. Sæpe etenim mẽbris atro lãguore caducis. Consiliũ populi labes horrẽda diremit. Ipse deus memorat dubiæ ꝑ tẽpora lunæ. Conceptũ talis quẽ sæpe ruina profudit. Morbus iste inter notißimos est, homo subito concidit, ex ore spumæ mouentur, deinde interposito tempore ad se redit, & per se ipsum consurgit, id genus sæpius tam uiros quàm fœminas occupat, ut Celso placet. Morbusq; ipse aut recens consumit, aut durat usque ad ultimum uitæ diem. Et lunaticus dicitur, quod eum qui inter lunio natus est hunc morbum ferè pati compertũ est. Comitialis autem idcirco dictus est, quod hoc morbo laborantes in comitijs maximè detegi solebant. Interrumpebantur comitia quo die aliquis concidisset. Erant autem comitia conuentus populi à simul itando ita appellata. Sacrum ideo dictum uolunt quasi execrabile, eò quod sputo eum solemus abominari, alij dicunt ideoq́ue quod sacram partem corporis, id est, cerebrum occupat. Et ideo etiam Græcè ἱερὰ νόσος, id est, sacra paßio dicitur. Inde uenit Epilepticus, qui uulgo caducus dicitur, quo uocabulo utitur Firmicus maternus sæpe. Germani hunc morbum sancti Valentini uocãt, et nos Galli morbum sancti Io. uocamus.

Sunt comitialis morbi tres differentiæ, omnium autem ipsorum commune est cerebrum oblanguescere, aut in ipso primo consistente languore, uel per consimilem uentris, oris ægritudinem, raro autem fit tertia species morbi comitialis à parte aliqua, cui insederit languoris exordium, siue sentiat ipse ægrotans in caput ascendentem morbum. Perspexi (inquit Aëtius) in puero principium affectionis à memoria factum, hinc tempore subsequenti in copiam peruenisse, ac lumbos et spinam ad ceruicem in caput usq; conscendisse. Cumq; capiti inhæsisset non ulterius proserpsisse. Idem solet accidere ubi à Scorpione quispiam cõpunctus sit, aut à uirulẽto aliquo attactus. Quidã enim à Scorpione compunctus aiebat, se uideri grandinibus sauciari, eratq; totus frigore suffusus, sudorq; obrigebat, uix tandem oblatis adiumentis euasit incolumis. Fieri igitur non impoßibile est, ut in membro aliquo principali huiusmodi gignatur essentia citra causam aliquam extrinsecus inuehentẽ, eamq; præsertim cum in parte neruosa consederit, continue uim remittit in principium. Si diuellas magnum digitum pedis ipsius in quancunq; partem, & ex fluente sanguine labia prolapsi illinias, cõfestim suscitabitur. Ne continuè cadant, inquit Archigenes, eryngij mõta

ni nominati, cuius folia angusta & minora, & flores aurei coloris, oculi faciem habentes, huius radicem incidito & diligenter cribellato, ex eo dato acetabulum ad dies 5. mellis immittendo quantum satis sit, ut craßitudinē habeat, idq; facito ad 365. dies, nam ad annum ita faciendo non sines morbū inuadere. Inquit Aesculapius: Oxalida seu oxilapathum præcipue uiridem plurimum dato quotidie à prima luna ad 30. usq; dies, ipsa autem oxalis herba uiridis data cum uino insanientibus in statum adducit suum naturalem. Arguit epilepticos suffumigatio, qua conseruantur, bitumen, gagates lapis, cornu caprillum, & odor caprini epatis tosti, & iecur ipsum mansum.

Ex traditione Pænorum & Arabum.

Epilepsia non est nisi spasmus corporis totius, ueruntamen non est semper, & est cum nocumento actionum membrorum principalium. Et fortasse accidit cum læsione stomachi & in quibusdam membris cum læsione aliorum membrorum sicut manuū & pedum. Paulus uero algenti dixit se uidisse hanc ægritudinem accidisse ex matrice, & illud fuit in muliere prægnante, & postquā ipsa peperit quieuit ægritudo.

Generatur aũt hæc ægritudo, secundum intentionẽ Galeni ex humore qui oppilat meatus uentriculorum cerebri, humor uero iste grossus secũdum plurimum est uiscosus phlegmaticus, & fortasse est in modico decliuis ad choleram nigram, et secundum sententiam Aristotel. non generatur nisi ex uentositate grossa quæ oppilat meatus uentriculorum cerebri, & prohibet ipsam subtilitatem penetrare, et dare membris motum, propter illud ergo epilepsia accidit subito et quiescit subito. Quod est quia uentositas est uelocis motus. Constantinus primo uiatici. Epilepsia apoplexiæ est uicina, locus enim est idem, & materia unde nascuntur frigida est & grossa. Sed tamen apoplexia totius uirtutis per mẽbra discurrentis ablatiua est. Epilepsia uero cum motu est disturbatio, unde medici epilepsiam uocant apoplexiam paruã. Quæ tribus ex causis est, uel est ex phlegmaticis humoribus, uel melancholicis nascentibus in prora cerebri, uel ex uentositate frigida & grossa dominante cerebro, uel ex humoribus cuilibet alij membro dominantibus sicut stomacho, cum enim humor aliquis nascitur in his mẽbris, fumus eius per neruos ascendit ad cerebrum, große ßitudine, cuius ui oppilantur spiritus animalis, unde caducus morbus cõcreatur sine ullis acciden
tibus

tibus antecedentibus & ore ſpumant. Epilepſiam quæ ex humoribus in prora cerebri fit, timor & grauitas capitis præcedunt, & pigritia atq; tenebroſitas in oculis. Accidentia uniuerſalia ſenſus ablatiua & uoluntarij motus ſunt hæc: mens cito corrumpitur & patiens ſpaſmatur, ſed tamen cito ſanatur. Aliquando & egeſtio et pollutio hanc paßionem comitantur, & urina præter uoluntatem emittitur. Hæc paßio ſemper tēporibus uenit determinatis, unde Galenus: Epilepſia quæ creſcēte luna uenit ſuam materiā ſignificat humidißimā. Auicenna: Multotiens ſentit epilepticus aliquid eleuari ex pollice pedis ſui, aut alterius partis quod eſt ſicut uentoſitas frigida, & tendit uerſus cerebrum ipſius. Cum ergo peruenit ad cor & cerebrum ipſius, incurrit epilepſiam. Et nos teſtificamur uidiſſe res mirabiles in hac ægritudine. Etiam epilepſia fieri poteſt propter uermes aſcarides. Et quidam modus epilepſiæ compoſitus cum ſincopi, nominatur præfocatio matricis. Epilepſiam ſecundum plurimum antecedit ſpaſmus, deinde poſt ipſum fit epilepſia, & illud quoniam ſi confirmatur ſpaſmus eſt epilepſia, motus ſternutationis eſt quaſi motus epilepſiæ leuis, & epilepſia eſt quaſi ſternutatio multa & fortis.

Et cum accidit epilepsia plurimum est ex phlegmate. Et epilepsia melancholica fortis est et deterior. Et habens epilepsiam post 25. annos moritur cum ea. Epilepsia autem mulierum & infantium, & omnium quorum est sanguis paucus, est parua propter constrictionem uenarum, & coitus plurimus, & delitiæ, & quies, & paucitas exercitij est ex causis epilepsiæ.

Ex traditione autorũ recentium.

Epilepsia humor est frigidus humidus, quo uentriculi cerebri non perfectè oppilantur, prohibens animam ad declarandam actionem quoad natura uias cerebri ex illo humore exoppilauerit. Vulgus uero dicit accubatum & iram dei esse, & aliquando concomitatur stupor cum ipsa, aliquando permutatur ad paralysim sicut & apoplexiam, & paralysim multotiens præcedit stupor. Et spasmus non necessario coniungitur epilepsiæ, ut quando epilepsia est in subiecto in quo uirtus est impotens ad expellendã materiam, ad extremitates neruorum & origines, ut quando causa epilepsiæ est uapor aut materia subtilis substantiæ et non multum acutæ qualitatis, quorum non est causare spasmum. Cura epilepsiæ quando est in principio: Recip. Syrupi de

stœchados

stœchados ℥ 1.oximellis simplicis ℥ s.aquarum maioranæ ℥ 1.s.saluiæ ℥ 1.acetosæ ℥ s.misce.

Minoratiuum: Recip. Pilularum de hiera de scriptarum in recepta infrascripta, agarici ana ℈ 1.zingiberis grana 2.agaricus infundatur in oximelle simplici, deinde misce, & fiant pilulæ 7.

Pilulæ de hiera de quibus supra: Recip. Specierum de hiera picra partem 1.aut de hiera Galeni maiori, aloës succocitrini electi partes duas, misce, & cum syrupo de stœchados fiat magdaleon pro pilulis. Eradicatium solutiuum: Recip. Pilul.fœtidarum de hiera de quibus supra, agarici ana ℈ 1.zingiberis grana 2.misce ut in primo minoratiuo, scilicet infundēdo agaricum in oximelle simplici. Solutiuum facile: Recip. Pilularum alephanginarū ℈ 2.agarici ℈ 1.agaricus infundatur in oximelle simplici, deinde misce & fiant pilulæ. Cerebri & neruorum confortatiuum & causarum tam antecedentis quàm coniunctæ digestiuum & resolutiuum: Recip. Radicū pœoniæ ℈ 2.specierum diamusci dulcis ʒ 1.s.caßiæ ligneæ ℈ s.sacchari albißimi ℥ 6.pistanda pistentur, deinde omnia simul misce & cum aqua maioranæ & saluiæ ana, fiat confectio solida in morsellis ʒ 3. pro quolibet. Aliud cerebri confortatiuum efficatius:

catius: Recip. Specierum diambræ ℈.s. oßis de corde cerui ℈.1.radicis pœoniæ ℈.2. carpobalsa mi,galliæ moschatæ ana ʒ.s. linguæ arietis ℈.1. sacchari albißimi ℥.8.puluerizāda puluerizētur, fiat confectio ut supra. Aliud efficatius : Recip. Radicum uitis albæ,radicum aristolochiæ rotundæ ana ℈.1. radic.andacochæ , radicis pentaphyllon ana ℈.s.spicæ,epithymi ana ʒ.s sem.plātaginis ʒ. 2.corallorū rub.ʒ.1. puluerizāda puluerizentur, deinde ex omnib.simul mixtis fiant pilulæ 7.pro ʒ. Digestiuum usuale : Recip. Aquarum betonicæ, saluiæ ana ℥.1.maioranæ ℥ .1. s. radicis pœoniæ puluerizatæ grana 2.sacchari albißimi ʒ.2.misce. Caputpurgium & cerebri confortatiuum : Recip. Aquarum maioranæ ℥. 1. succi foliorum bliti ℥.s. nigellæ ℈.s.pœoniæ ℈.1.mannæ electæ ℥.s.omnia misceantur. Cerebri confortatiuum:Recip.Theriacæ Andromachi ʒ.1.s. Cerebri & nuchæ cō fortatiuum:Recip.Vnguenti de bdellio Mesuæ ℥. 1.corallorum rub. ℈.2.seminis plantaginis ℈. 1. oleorum liliorum alborum ℥. 1. spicæ ℥.s. ladani quod sufficit ad omnia simul tenacitatem faciendam,ceræ nouæ, quod sufficit pro unguento molli. puluerizanda puluerizentur , & fiat unguentum ad lentum ignem. Cura epilepsiæ confirmatæ in

qua

qua potest dari syrupus talis: Recip. Syrupi de stœchados ℥.1. oximellis scyllitici ℥. s. aquæ saluiæ, aquæ maioranæ ana ℥.1. s. pulueris seminis pœoniæ ʒ.s. misce. Pilulæ efficaces: Recip. Pilularum de hiera maiori, cochiarum, agarici ana ℈ 1. salis gemmæ, grana 2. misce & cum electuario Indo quod sufficit ad incorporãdum formentur pilulæ 7. Pilulæ faciles: Recip. Pilularum de hiera simplici ℈.2. agarici ℈.1. salis gemmæ gran. 1. misce, & formentur pilulæ cum dicto electuario. Confectio: Recip. Myrobalanos chebulos conditos numero 2. diamusci dulcis ʒ.3. diacastorij ʒ.s. aromatizentur cum seminibus nigellæ, siseleos, pœoniæ ana quod sufficit ad aromatizandum. Clyster: Recip. Mercurialis M.1.s. maluæ M.1. stœchados, maioranæ, radicum fœniculi, petroselini, centaurij minoris ana M.s. seminis cartami ʒ.3. caßiæ fistulæ, hierepicræ ana unc.s. sacchari rub. unc. 1. uitellum oui 1. olei anethi unc.3. herbæ, radices semina bulliant sufficienter, deinde optimè exprimantur & colentur ultimo, duobus cyathis dictæ colaturæ reliqua omnia addantur & fiat clyster. Masticatorium: Recip. Siselcos drachmam unam, mastiches drachmam s. nucis moschatæ scrupulum unum, pyrethri drach. 1. ceræ quod sufficit

ad in

ad incorporandum misce & fiant pilulæ paruæ, olfaciant rutam sæpißimè. Masticet sæpe mastichen. Caputpurgium: Recip. Aquarũ maioranæ ℥ 2. pulueris radicum ireos ʒ 2. nucis muscatæ ℈ 1. misce. Summum remedium est mutare aërem humidum in siccum, ut Auicenna prima tertij cap. 2. de epilepsia, et Hippocrates 2, Aphorismorum: Analepsia seu catalepsia eandem habent curam cum prædictis, & cum scotomia & dolore capitis ex causa remota. In nulla epilepsia debẽt dari opiata nisi stomacho inanito & purgato. Omne enim anthidotum, excepto sale sacerdotali & Marcelli & diacitoniten, & similibus confortatiuis, stomacho inanito conuenit exhiberi.

De incubo & succubo. Cap. VII.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

INcubare dicuntur ij qui dormiunt ad accipienda responsa. Vergilius: Pellibus incubuit stratis. Incubare etiam pro coire accipitur, unde incubi dicti sunt Syluani et Fauni, quos improbos quandoq; fuisse mulieribus compertum est, & earum appetisse & peregisse concubitum. Item quidam esse dæmones quos nonnulli

nulli Clusios nuncupant, hos nonnulli existimant spiritus esse elemẽto aëreo corporatos. Nam ut hoc elementum etiam cum agitatur flabello, sensu corporis, tactuq; sentitur, ita hos dæmones hanc etiam pati libidinem posse, ut quando possunt sentientibus fœminis misceantur. Dæmones quidam scripserunt animas hominũ esse & ex hominibus fieri lares, si meriti boni sint. Lemures seu laruas, si mali. Dæmones enim aliquando humana corpora sunt ingredientes, uel uiuentia adhuc, uel iam mortua, & sub humana specie modo ineuntes mulieres, qui incubi dicuntur, modo se uiris subijcientes qui uocantur succubi.

Ex traditione Theologorum.

INcubus ab incubando dictus est, eo, scilicet quod appareat phantasma graue incubare homini in somnis ac si cum eo cubaret, quod phantasma homines dormientes secundum plurimum reputant esse dæmonem, quod, ut uolunt Theologi, aliquando est uerum, sed minus post aduentum Christi cum antea cum hominibus magis conuersarentur. Propter quod sciendũ de intentione Augustini 15. de Ciuitate dei, quod reperiuntur dæmones qui dicuntur incubi & succubi. Imò unus & idem est incubus, postea succubus.

bus. Vnde dæmon aliquando suscipit formam quã ex aëre conficit, colorem enim suscipit per multam condensationem sicut aqua per congelationem. Assumit ergo formam alicuius mulieris cum aliquo uiro consuetæ, & cum illo succubo uir coit putans coire cum muliere cuius formam dæmõ assumpsit, cum dæmon sit succubans in modum mulieris & recipit sperma, quod conseruat, & factus postea incubus accipiens formam uiri alicui mulieri consueti, & secum coiens interdũ ipsam imprægnat. Nec est dicendum inde genitum esse filium dæmonis, sed uiri cuius sperma recipit, quod postea in matricẽ iniecit, sicut nec imprægnata in Lanello secundũ quod recitat Auerrois peperit filium Lanelli, sed eius qui spermatizauerat in Lanello. Et hoc modo affirmant multi fuisse genitos gygantes, quorũ maior copia fuit antè diluuium quàm post. Legitur enim in historia beati Bernardi quod dæmon siue incubus annis pluribus cum muliere quadam dormiuit, etiam marito mulieris in eodem lecto condormiente, hoc tamen nephas ignorante. Itaq; tandẽ mulier pœnitentia ducta ualens deinceps licentiare & expellere incubum, non potuit, ubi beato Bernardo conquerens, qui ipsum dæmonem ardentibus candelis excommunicauit, & sic mulie-

rem

rem liberauit ab incubo. Item beatus Augustinus 15. de Ciuitate dei ait: Creberrima fama est, multiq; experti sunt, uel ab illis qui expertos se audisse affirmant Syluanos atq; Faunos, quos uulgo incubos uocant, improbos sæpe mulieribus extitisse, & earum appetisse & peregisse concubitum. Item in historijs Arcturi regis Britanniæ sæpius leguntur huiusmodi accidisse.

Ex traditione Pænorum & Arabum medicorum.

INcubus describitur ab Auicenna prima tertij tractatu quinto, capite proprio sic: Incubus est ægritudo in qua homo sentit cum somnum ingreditur fantasma graue super se cadens & comprimens ipsum, & angustiatur eius spiritus, & intersecatur uox ipsius & motus eius, & fortasse præfocatur propter pororum oppilationes, & cum ab ipso separatur excitat eum subito. Rasis Pœnus cum huic non succuritur, quando aßiduus fit & multiplicatur, perducit ad epilepsiam, & fit ab aßiduatione multitudinis sanguinis in corpore. Et signa eius sunt: Rubedo oculorum, & diminutio somni.

Cura

Cura eius est uẽtosatio cruris aßidua post phle botomiam saphenæ, & minoratio cibi, & dimißio uini. Et fit ex dominio phlegmatis, & signa eius sunt tarditas sensuum, & multitudo sputi, & muscilagines, pigritia corporis, & mollificatio eius, & cura eius est cura epilepsiæ phlegmaticæ.

Ex traditione autorum recentium.



Ncubus est ægritudo quia sensibiliter lædit operationes. Si enim accipiatur incubus pro oppilatione est ægritudo in uia. Si uero accipiatur pro istis actionibus læsis, scilicet motu, anhelitu, & uoce, quamuis sit actio uel actiones læse, & per consequens accidens ægritudinis, est tamen ægritudo ex eo quod motus impeditus impedit anhelitum, & anhelitus impedit uocẽ. Sentit autem homo cum somnum ingreditur phantasma graue cadens super ipsum & comprimens ipsum, quod phantasma secundum plurimum existimant esse dæmonem propter opinionem uulgarium quod dæmones de nocte ambulẽt, & cum hominibus coniungantur ipsos lædentes, illud enim nocumentum perceptum in somno facit hominem sic iudicare. Patientes incubum excitari debent, ut calor ad interiora decurrens exteriora petat, po-

ros ape

ros aperiat & spiritus effundantur, & uentositas & fumus conclusus consumatur & euanescat, plenitudini obuiet. Pallor autem & pauor in his periculosi sunt. Periculosius autem est si sine somno cadant aut quasi suffocentur, & post accessionem ad sensum non redierint, & corpus tremebundum inueniatur, ut sudor frigidus à stomacho uel capite cum nimia pulsatione cordis. Facies eorum aqua irroretur, & pede uel manu trahantur, uel uociferentur quousque ad rectitudinem sensus ducãtur. Reliqua fiant ut in epilepsia.

De apoplexia. Cap. VIII.

Ex traditione Græcorum et Latinorum.


Ttonitus dicitur stupidus, & secundum Seruium, cui casus uicini fulminis & sonitus tonitruum dant stuporem. Et fit aliquando ex morbo, hoc est ex percußione quam sæpe mors sequitur, hæc Græcè ἀποπληξία siue ἀπόπληξις dicitur. Hic morbus etiã dicitur syderatio, q̃a cum repẽtino quodã impetu eueniat, non causa aliqua inferiori, sed è cœlo ui quadã syderis prouenire putatur. Hic dicitur etiam Epiplexia, Astrobolia, inde syderati, id est, sydere percußi, & syderationem paßi. Inde etiam Apoplectici, latinè

attoniti, quorum uidelicet & corpus, & mens stupet ictu fulminis uel morbo. Scribit diuus Hieronymus, Valentinianum imperatorem subiti sanguinis eruptione mortuum esse, quæ græcè Apoplexis dicitur. unde scribit in epitaphio Nepotiani, Et ad præsidem de contemptu seculi. Persuasum autem uulgo est eum qui repentina morte corruit, euenire id gutta sanguinis è capite in cor delata. His (ut uult Celsus) sanguis mittendus est, ueratro quoque albo, uel alui ductione utendum. Tunc exhibendæ frictiones, & ex media materia minimè pingues, cibi quidam etiam acres, & à uino abstinendum. Archigenes inquit: Apoplexiæ morbus ingens natura est & celeriter graue. Primum quidem alicuius membri paralysi longitudine temporis, uel totius corporis destitutione, uel intelligentiæ obscuritate euenit, magis quidem senibus & per hyemem & statu frigido, & in magnis incoctionibus successionibusq; ingentibus & immoderatis uinolentijs. Talia nanq; habitum refrigerant, ac (ut paucis dicam) huic ægritudini succumbentes uiuunt morte contaminati, uel omnino citra sensus. Apoplexia (inquit Galenus) morbus est quo attoniti euadunt homines, quorum corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo. Sanè re-

solutio

solutio neruorum frequens ubique morbus est, sed interdum tota corpora, interdum partes infestat, ueteres autores illud apoplexiam, hoc paralysim nominarunt, sunt qui utrunque uocitent paralysim. Apoplexia repente ortum indicat suum humorem crassum, uel frigidum, uel glutinosum alueolis cerebri dominantioribus inhæsisse implesseq; ipsos, non fit ex distemperantia totius ipsius essentiæ. Magnitudinem autem periculi conijcio ab respirationis detrimento. Cum enim multum impeditam uideris respirationem, ut uix suum obtineat locum, non exiguam conijcio esse ægritudinem ex cerebri affectione. Est sanè apoplexia (ut diximus) ferè sensus ablatio, & totius corporis concussio, atque immobilitas cum principalium membrorum detrimento statim eueniens. Primum (inquit Archigenes) corpus oleo calido perungendum est, caput uero aspergēdum rosaceo cum aceto, in aceto uero præcoquendum serpillum, uel spondylum, & olfactui castorium admouendum. Succus panacis de galbano. Deducendo autem os mellicratum instillandum est, præcipue penna oleo cyprino, uel irino, uel narcissino aspergēdo immitte ipsum, et uomitus irritādus, et anus ꝑpetuo pungē

dus ruta & cumino, cum nitro & melle spiritũ pro uocando. Quod si hæc non prosint, utendum clysteribus ex decoctione furfurũ & cucumeris agrestis radice, & centaurij, nitroq; & melle, his peractis sanguis est detrahendus pronunciando periculum, & ex dextra sit manu.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.



I omnes uentriculi cerebri impleantur humiditate solius sanguinis siue phlegmatis, seu mixtorum cum alijs humoribus, & ex hac materia oppilentur uentriculi cerebri, totius corporis sensus atq; motus auferuntur, & est quasi non intelligens, non uidens nec audiens, & quasi exanimatus, omnes enim sensus animæ corrumpuntur nisi solum motus thoracis in anhelitu, qui si auferatur efficitur infirmitas molestior & peior, hanc infirmitatem Philosophi apoplexiam magnam uocant. Rasis Pœnus: Apoplexia fit ex sanguine, & signa sunt rubedo maxillarum & faciei, ita ut sit quasi suffocatus, et exuberatio alguidegi & uenarum. Et cura eius est phlebotomia ambarum cephalicarum simul in hora una, & aßiduatio uentosarum positarum super crus, et minoratio cibi, & dimißio uini & lactis, & aßiduatio.

duatio balnei. Et fit ex humoribus crudis phlegmaticis. Et signa sunt mollificatio corporis, albedo coloris, & multitudo muscilaginis & sputi. Et cura eius est hiera, diacolochintida, et cochiæ, & hiera Rufini, & enemata calida & acuta, & olfactus plantarum calidarum & odoriferarum, & musci, & galliæ, odorare rutam & castorium, & gargarismus cum sinapi & syrupo acetoso, & hierapicra, & sternutatio cum pipere & castorio, & cōdisi, & similibus. Serapio: Scias quod apoplexia accidit quando læditur origo neruorum, & læduntur cum ea membra corporis omnia, quare destruitur motus eorum, & ipsorum sensus cum nocumento operationum omnium membrorum principalium. Causa huius ægritudinis est phlegma frigidum grossum implens uētriculos cerebri & prohibēs spiritum animalē penetrare. Et scitur quod huiusmodi humor coartatur in uentriculis cerebri principalibus, in hac ægritudine non sanatur sanatione integra, sed redit ad paralysim. Quod est quia si esset in non principalibus uētriculis sicut est epilepsia, natura mundificaret eam uelociter. Auicenna: Aliquando accidit ut homo apoplexiam incurrat, & non fit differentia inter ipsum & mortuum, deinde reuiuiscit & sanatur. Et propter hoc

uolunt ut tardetur sepultura ambigui 72. horis ad minus. Apoplexia uero resoluitur secundum plurimum ad paralysin. Si apoplexia accidit cum caliditate & siccitate complexionis tunc est res praua. Aegritudo quæ est contraria complexioni non accidit nisi propter magnam causam. Et raro apoplexia accidit à caliditate. Apoplecticus clamat in aduentu eius. Cum seni acciderit uertigo concomitãs iterata, tunc illud nũciat apoplexiam. Repletio uero apostematis est ex speciebus apoplexiæ paruæ, quæ cum apoplexia fuerit febris, tunc illic erit apostema secundum plurimum. Potus eorum sit aqua mellis pura cum speciebus. Haliabbas: Hoc autem accidẽs curationi difficile est, imò incurabile si fortis sit paßio, nec facile sanatur si debilis, in paralysin & faciei transit contorsionem. Quẽadmodum Hippocrates in Aphorismorum libro loquitur dicens: Apoplexia si fortis sit curari nequit, & si debilis facile non est.

Ex traditione autorũ recentium.



Apoplexia tres habet gradus, in quadam est repletio omnium uentriculorum & panniculorum & totaliter, & hæc est maior. In quadam uero est repletio omnium sed non totaliter omnia sunt repleta, sed secundum ma

iorem eorum partem, & hæc eſt media. In tertia uero omnes panniculi humiditatem habent extraneam, ſed nō ſunt repleti niſi ad medium uel citra, & hæc eſt minor. Prima uero eſt mortalis, quia uirtus regitiua cerebri extinguitur, nec aliquid recipit de uitali ſpiritu à corde, quia uiæ ſunt penitus clauſæ, & eorum anhelitus uix percipitur, uocem habent penitus ſtrangulatorum, neque ſpuma poteſt exire, neq; poßunt ſuſpirare. In media uero anhelitus eſt inordinatus magis exiens per os quàm per nares, & bene ſpumant. Hæc autem non euacuatur à timore magno, quia ſi ſanatur difficilimè ſanatur. Non enim aliter poteſt curari niſi per mutationem in alium morbum. In minori uero ſuſpiria ſunt ordinata, & cum facilitate ſuſpirant, & hæc facilius curatur. Qui plurimum utuntur phlebotomia, & medicinis calidis reſoluentibus in ſenectute incurrunt apoplexiam, quia talia faciunt humores leuiter moueri, qui moti in ſenectute & non expulſi cerebrum comprimunt & lædunt. Habentes uero complexionem & ætatem humidam, & eorum regimen & corpus humidum, citius incurrunt apoplexiam, & maximè ſi ſit communis frigiditas. Apoplexia quæ uenit in decremento lunæ minus moleſta eſſe conſueuit.

Si apoplecticus desiderat sibi multos cibos & potus afferri diuersos & statim uisos abominatur, mortem significat, si non spes curationis beneficio medicinæ postulabitur. Si ex sanguine statim minuatur de uena cephalica si fortis sit, quod etiam summum remedium est in omni apoplexia de quocunque humore corpore existente plectorico. Et si de alio humore quàm sanguine, purgandi sunt fortibus medicinis calefacientibus & dissoluentibus et attrahentibus humores à cerebro, ut hiera fortissima Galeni, Theodoricum, stomaticum laxatiuum cum colochintida. Dentur pilulæ si sit ex phlegmate: Recip. Aloës, euphorbij ana, formentur cum succo porri. Præceperunt enim antiqui in maioribus morbis fortioribus uti medicinis. Corpore ergo mundificato si fieri potest, uel si non, statim dentur theriacæ in accessione ad potandum ℥ 2. uel potio sancti Pauli cum uino decoctionis castorij. Vomitus autem prouocetur cum euphorbio, castorio, pyrethro, digitis uel penna in ore missis. Blanca data multum ualet corpore existente forti, similiter pilulæ fœtidæ. Si ergo phlebotomiam nec catharticum suscipere potest propter defectum ætatis uel uirtutis timorem inducentis, poterit ad localia transcurrere. Capite ergo abraso fiat emplastrum

plastrum de sinapi distemperato cum fortißimo aceto admixto castorio uel euphorbio. Fiat etiam emplastrum aperitiuum ex fœnugræco, furfure triticeo in modico uino coctis. Inunctio fiat cum unguentis calidis, aperitiuis, dissolutiuis, acutis cum euphorbio, castorio, pyrethro, uel de succo apij cũ puluere euphorbij, uel succo rutæ, nasturcij, saluiæ, cum prædictis. Sternutationes fiant cum pyrethro, castorio, helleboro, & similibus. Succus centaurij & urticæ occipitio cum sale apponantur. Gargarismata fiant cum pyrethro, euphorbio, & similibus. Clyster fiat attractiuum, mordificatiuum, & laxatiuum de folijs maluæ, bliti, radice cucumeris agrestis, oleo & melle, & ut antiqui uolunt, de helleboro, mercuriali, aceto, & aqua bullitis apposito furfure & sale armoniaco, oleo & melle. Vngatur anus cum felle tauri. Suppositorium fiat de ʒ. 2. nitri ʒ. 1. s. castorij, scamnonij ʒ. s. in omnibus autem hic semper fiat processus à debilioribus ad fortiora. Cornu caprinũ cõbustũ uel aßa fœtida naribus applicentur. Et omnia ista de minori aut media apoplexia intelligimus. Maiorem enim, secundũ Hippocratem, soluere impoßibile est: Notatu dignũ est quod in apoplexia et paralysi, et spasmo de repletione summa cura est pro

uocatio febris, diæta autem sit & calida et sicca, uinum excellentißimum in declinatione

De paralysi. Cap. IX.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Paralysis neruorum est dissolutio tremorem inducens & manus præcipue reddens inutiles, tanto proteruior morbus quanto & latere minus potest, & membri magis necessarij usum excludit. Videns enim natura creasse se hominem nudum, imbecillem, ac inopem, manus excogitauit, ut hoc uno instrumento munimentorum, quæ pecudibus dederat, defectum suppleret eiq; sarciret. Παράλυσις Græcè, dissolutio neruorum Latinè dicitur, & Græcè ἡμιπληξία, hoc est, semiapoplexia, cum alteram tantum corporis partem id malum inuasit, dum enim totum corpus, apoplexia dicitur, nunc utrunque, teste Celso, paralysis appellatur & acuitur antepenultima, inde paralyticus dicitur. Hi & Græco uocabulo κλινικοὶ dicuntur. Vnde in Euangelio legimus: Petronellam κλινικὴν factam, hoc est, paralyticam, & in lecto decumbentem. Diuus Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ uidetur differentiam facere inter

ter paralyticum & clinicum, dum inquit: quem nu dum & paralyticum & clinicum non Fabiolæ uestimenta texerunt. Verum apud Hieronymum: Cypria, itemq; Plinium non legitur clinicus sed clunicus, ut sint qui morbosi sunt in clunibus atq; languẽtes. Clunes autem partes posteriores significant. Clinicus autem medicus dicitur qui medicamentis curat languentes, à lectis ægrotantium quos frequentat dictus, inde & κλινικὴ medicinæ genus. Cunctorum quidem neruorum sensu pariterq; motu deleto apoplexia nominatur, in alterutra parte dextra sinistra ue si contingat paralysis à Græcis, syderatio à Latinis nominatur partis eius cui obuenit. Hic autem inuadit morbus humoribus multis & tenacibus, & craßis neruos operientibus, quibus contra propositum nostrum motus efficiuntur. Non dubium ergo quin educendus exhauriendusq; sit humor, neque in his commodius poßis inuenire principium quàm à sanguinis è uena detractione. Quod si aduersetur ætas uel habitus, tempus, & institutio, & iam præteritus uictus reliquaq; quæ sanguinis è uena prohibent detractionem, moderatam conuenit esse ablationem, ne refrigeretur. Nam frigiditas cum ariditate morbum efficit, quare solum materia per sanguinis detractionem

detractionem comminuenda præcipue senioribus. Fiat autem ablatio à partibus sanioribus. Potus paralyticis de quo ita Archigenes in epistola ad Marsum ait: Est autem præstans remedium à me magnopere approbatũ ad huiusmodi affectiones hoc: Castorij, seminis rutæ agrestis, pyrethri, acori ana obulus, piperis grana 10. cum hydromelle cyathorum 2. dato dimidium primo. Cum fuerit confirmatior totum. Aduerte cyathum habere cerates tres cum acetabuli mensuram significat. Interim tegenda sunt menbra pelliceo tegmine, aspergẽdo oleo cucumerino uel glaucino, ætate grandioribus etiã castorium inspergendum. Expedit autem instaurare aspersionem, sitq; cibi quàm fieri posit paucitas minima, sint sorbitiones halicæ, pultis & ptisanæ succi, à sanguinis detractione cum abiernt dies aliquot. Aluus primum subducatur clystcribus, inde ex aloë & polypodio, & colochintide aspergendo purgandum. Conuenit autem etiam hiera Archigenis pro uiribus sumpta post purgationem. Perunctiones sunt potentißimæ. Aluus sit perpetuo soluta.

Ex

Ex traditione Pænorũ & Arabum.

NAtura diuisit cerebrum in duas partes, scilicet, anterius & posterius, tamen sicut lineam rectam. Cum ergo accidit aliquid ex accidentibus, & nocet lateri uni, efficit latus reliquum per operationẽ suam naturalem absque nocumento. Et propter illud creati sunt duo oculi, & duæ nares, & duo uasa cerebri, & duo testiculi, & quæ illis sunt similia. Cum ergo uincit humor uiscosus super duo uasa cerebri, tunc non accidit cũ illo nisi apoplexia, sicut diximus in illis quæ præmissa sunt. Si autem resoluatur hoc, et declinet humor ad latus debilius, sequitur illud ægritudo paralysis. Propter illud ergo mollificantur nerui omnes, neruos uero qui in altero existunt latere non consequitur nocumẽtum, oportet ergo in principio huius ægritudinis, ne administrentur ex medicinis quæ euacuant uiolenter, quoniã humor non est digestus, & est adhuc in principio. Rasis: Paralysis est duarũ specierum quarum una fit ex dominio phlegmatis super caput, & signa eius sunt signa apoplexiæ phlegmaticæ. Et cura eius est sicut cura illius. Et species eius secunda fit suc-

cessione

cessione percussionis aut casus, & signa eius sunt quod mollificatur totum corpus, aut aliqua membra eius post illud. Cum ergo remanet mollificatio secundum suam dispositionem & minuitur, tunc non est ei cura omnino, & quando minuitur & non remanet secundum dispositionem suam, tunc curatio eius est, ut emplastretur super locum ubi fuit percussio cum emplastris calidis, et inungatur comprimendo cum oleis calidis, sicut oleum de oliuis, in cuius ℥.1. sint dissolutæ castorij ʒ. 2. & euphorbij ℥.1. & sicut hoc emplastrum: Recip. Ceræ ʒ.5. & olei de lilio, & de narcisco ana ʒ.30. myrrhæ, & opopanacis ana ʒ.5. castorij ʒ.3. euphorbij pondus ʒ. 2. aggregentur omnia & fiat emplastrum ex eis in latere altero. Auicenna: Paralysis absolutè significat illud quod significat mollificatio in quocunq; membro sit. Propriè autem significat id quod est commune unius duarum partium corporis in latitudine. Et si communicaret utrisque lateribus simul & cum hoc menbris capitis esset apoplexia. Et aliquando est paralysis quæ est crisis in ægritudinibus acutis, scilicet, in apostemate cerebri cum febre continua, qua permutatur materia ad neruos. Et quodcunque membrorum mollificatorum, & paralyticorum secundum colorem

lorem reliqui corporis existens non minoratur, neque extenuatur, est de quo maior est habenda fiducia quàm illud quod diuersum est ab hoc.

Paralysis uero ueniens à remotione spondylium mortifera est secundum plurimum, sed quæ fit ab ictu non conterente neruos uehementer quandoque sanatur, si autem superfluat non est spes ut sanetur. Ad paralysim uero fit permutatio ex apoplexia, epilepsia, colica, præfocatione matricis, & febribus longis secũdum semitam crisis. Et dicitur quod cum urina infantis est uiridis, nunciat paralysim aut spasmum. Oportet autẽ ut sit intentio tua in ægritudinibus neruorum quandoq;, scilicet, stupore, spasmo, tremore, paralysi, & saltu, intentio posterioris partis cerebri. Studeas ut facias compati famem, & longam sitim tolerare. Et aqua melior est eis quàm uinum. Vinum enim materias in neruos penetrare facit, & plurimum quidem ipsius quandoque acescit in corporibus eorum, & fit acetum. Acetum autem est ex rebus quæ neruis sunt nocibiliores. Et oportet ut ponãtur medicinæ super principium neruorum mouentium membrũ, nam positio earum super membrum paralyticum nõ affert iuuamentũ de quo sit curandũ. Et oportet ut clysterizẽtur clysterib. fortib, & collyria fortia

supponantur

ſupponantur, & eorum materiæ ad inferiora inclinentur. Quandoq; plures eorum iuuantur cum his quæ infrigidant, & confortant, & prohibent materias fluere, & cum medicãtur calidis augmentatur ægritudo. Et quando aggregantur paralyſis & febris in aliquo, tunc oximel cum ſaccharo roſato eſt conueniens medicamen in illa hora. Et non properes in uſu medicinarum fortium in principio rei, imò tarda uſq; ad quartum & ſeptimum.

Ex traditione autorum recentium.

Paralyſis eſt oppilatio neruorum ſenſibilium uel motiuorum et eorum relaxatio, membra à ſenſu uel motu priuans uoluntario uel utroq;. Oppilantur enim nerui ſenſibiles & motiui ex humore phlegmatico uel ſanguineo, uel melancholico ſupra ipſos fluente & relaxante. Ad quod notandũ, quod quemadmodũ nucha oritur à pãniculis cerebri, ſcilicet, pia matre et dura, ita nerui à nucha. Ex filis ergo piæ matris & duræ fit nucha, etiã filis ulterius procedẽtibus generãtur nerui et uenæ, & ulterius progredientib. cõtexitur coriũ. In omnibus ergo his ſunt lõgitudinales et latitudines, et texẽtes, id eſt, trãſuerſantes.

Senſibiles

Sensibiles autem, ut uolunt quidam, fili oriuntur à prima parte capitis, motiui à posteriori. Sed quia in nucha coadunantur in neruis cum oriantur à nucha, mixti sunt & coadunati, unde nerui sensibiles omnes sunt motiui. Veruntamen neruorum dicunt esse diuersitatem, quoniam pars interior oritur siue contexitur ex filis interioris panniculi, exterior exterioris. Vnde secundum interiorē recipit sensum, secundum exteriorem motum. Et secundum oppilationem factum interius uel exterius (ut dicunt) aufertur sensus uel motus, uel secundum diuersitatē humoris fluentis, & diuersitatem filorum recipientium, est diuersitas ægritudinum. Quando autem humiditas indefinita fluit super neruos, oppilat ipsos, unde impeditur transitus spiritus & claritas. Fuerunt autem qui dixerunt nullum neruum concauum, nisi opticum sensum & motum subito fieri. Transitum autem spirituum, cum sint corporei, nō posse esse subitum, quare spiritus non deferre sensum & motum. Dixerunt ergo hoc per irradiationem animæ per claritatem neruorum. Si ergo umbrosa materia oppilet neruos, prohibetur transitus uirtutis illuminantis membra, quare cadit sensus et motus. Et hoc idem patet, si membrum aliquod oppiletur inter epar & membrum nutriendum, pro-

hibetur transitus uirtutis illuminantis mēbra, quare cadit sensus & motus. Et hoc idem patet, si membrum aliquod oppiletur inter epar & membrum nutriendum, prohibetur uirtus immutatiua peruenire ad ipsum, quare non nutrietur, grossum enim impedit transitum subtilis. Alijs autem secundum hoc uidetur superflua esse generatio spirituū cum sic in spiritibus uirtutes compleantur, sed dicimus huiusmodi irradiationem nihil aliud esse quàm spiritus irradiatos. Eorum ergo generatio etiam est continua, & motus imperceptibiliter uelox, ut patet in uisu. Sed cum nutrimentum membri non impediat transitū spiritus, quare nec humor oppilans uidetur impedire. Membrū enim ex quo generatur etiā nutritur, etiam ex quo nutritur oppilatur. Sed ad hoc dicendū quod nutrimentū mēbri simile est in essentia mēbro et qualitati, quare nō impedit, humor autē nō digestus, etiā si materialiter poßit esse nutrimentū, cum nō sit essentiæ cōpletæ, substantialiter nec formaliter à nutrimento est alienus, quare nec operationem naturæ suscipit, nec digestionē, unde umbrositate et großitudine transitū inhibet. Paralysis alia mortificationis, & alia remollitionis. Paralysis mortificationis habet fieri ex melancholia uel oppreßione neruorū sensibiliū, idest

cum

cum amittitur sensus uel minoratur. Principaliter paralysis remollitionis ex phlegmate uel sanguine uel oppilatione neruorum motiuorum, id est cũ motus principaliter diminuitur. De sola enim cholera nequit esse paralysis. Item paralysis alia uniuersalis, alia particularis. Vniuersalis est quæ mediã corporis partẽ uniuersaliter occupat. A læsione enim partis denominatur paralysis. Particularis paralysis est quæ fit in aliqua parte corporis, ut facie, lingua, manu, uesica, stomacho, pede. Paralysis autem sæpißime fit ex phlegmate, raro ex melancholia, rarißime ex sanguine. Accipiant cognitiones ex quo humore fuerit paralysis ex ætate, tempore, regione, & habitudine præcipue. Regimen totum in paralysi & proprie nutriens generaliter sit calidum & siccum in primo usq; ad secundum inclusiue ad libitum & secundum neceßitatem, & ipsum non transcendat secundum gradum. Singulo die uẽtris beneficiũ habeat, aut naturaliter aut artificialiter. Clyster lenitiuum: Recip. Brodij pulli optime pinguis cõpletæ decoctionis ℥.12. uitellos ouorum. 2. numero, olei liliorum alborum ℥.4. pulueris sachari ℥.1. salis cũmunis ʒ.2. misce, & fiat clyster, et potest addi casiæ fist. ℥. 1. hierepicræ ℥.s. utatur isto clysteri semel in hebdomada uel ãplius. Et si esset

tempus calidum, loco olei liliorum ponat tantundẽ olei oliuarum. Aliud efficacius: Recip. *Foliorum bliti M.1.s. mercurialis M.1. stœchados, saluiæ ana. M.s. uitellum oui.1. casiæfistulæ ℥.1. hieræpicræ, sachari rub. ana ℥.s. olei liliorum alborum ℥.3. salis communis ℥.2. herbæ istæ bulliant in aqua fluuiali quod sufficit pro debita quantitate, deinde optime exprimatur & coletur ultimo ℥.12. colaturæ reliqua addantur & fiat clyster. Solutiuum materierũ communium uirtuti familiare:* Recip. *Casiæfistulæ ℥.s. aquæ saluiæ, quod sufficit ad ipsam casiam mundificandam ab arillis suis, & ad eandem dissoluendam proportione misce, & fiat potio, stet ieiunus horis quatuor, & pro ferculo comedat blitũ cum boragine & fœniculo, & carnes hœdi pulli uel uituli aut similes. Aliud efficacius solutiuum:* Recip. *Mannæ electæ ℥.1. aquæ saluiæ quod sufficit & fiat potio ut prius. Digestiuum facile & usuale:* Recip. *aquæ mellis factæ secundum canones ad hoc quod sufficit pro decoctione infrascriptorum triũ, saluiæ partes. 2. maioranæ partem mediam, rosmarini partem unam, incidantur minutim & simul bulliant usq; ad consumptionem tertiæ partis, & ultimo colentur & accipiat calidum in aurora pluribus diebus continuis, & post stet ieiunus horis*

quatuor. Diuersiuum: Extrema fricentur cum panno suauiter calido per horam ante cibum. Si iterum uult medicamẽ efficatius tunc Recip. Syrupi de stœchados ℥. 1. oximellis simplicis ℥. s. aquæ saluiæ ℥. 1. s. aquarũ hyssopi, absinthij ana ℥. 1. misce, post uero debitam assumptionem alterius digestiuorum suprascriptorum sumat dosim ex pilulis sequentibus: Recip. Pil. alephanginarum, agarici ana. ℈. 1. salis gemmæ, zingiberis ana gran. 1. misce & cũ syrupo de stœchados formentur pilulæ 6. Caput purgium per nares attrahendum: Recip. aquæ maioranæ ℥. 2. pulueris nucis muscatæ ℈. 1. mellis ʒ. 2. misce. Digestiuum familiare: Recip. aquæ saluiæ ℥. 1. aquæ maioranæ, herbæ hysopi, absinthij ana. ℥. 1. pulueris nigellæ ʒ. s. sachari albi ʒ. 2. aut mellis ʒ. 3. misce. Solutiuum usuale & facile: Recip. pilularum suprascriptarum quantitatem ad libitum. Cerebri confortatiuum, suffumigetur camera ex thure. Hunc uerò fumum à longe recipiat & non radios directos, aut suffumigetur cum auibus cypri artificialibus, uel ligno aloës ad libitum. Cerebri confortatiuũ ut supra: Recip. Cubebarum ʒ. 1. s. cardamomi ʒ. 1. nigellæ torrefactæ ʒ. 3. misce, deinde ligentur in sindone graneo subtili & raro. Istam mixturam odoret crebro, & proprie stomacho ieiuno.

no. Cerebri confortatiuum et cordis: Recip. Theriacæ debitæ fermentatæ ʒ.1.s. aquæ saluiæ ℥.2. misce. Istam theriacã assumat stomacho ieiuno in aurora per decem horas post cœnam, & post ipsius assumptionem stet ieiunus horas 6. & interim dormiat, sed non amplius duabus horis. Aliud: Recip. Acori nutriti secundũ canones ʒ.s. Aliud: Rec. Dyacori ʒ.3. Solutiuũ aliud facile: Rec. Pil. Assai eret, agarici ana ℈.1. salis gẽmæ, zingib. ana gran.1. misce, et cum Syrupo de stœchados fiant pillulæ. 6. Istarum pilularum assumat ab una ad duas diebus continuis aut interpolatis sero dum uadit dormitum, & aliquando ante cœnam. Cerebri, uisus stomachi, et epatis confortatiuum: Recip. Myrobalanum chebulum conditum numero. 1. hunc assumat in aurora diebus ad libitum. Aliud efficacius cerebri confortatiuum: Recip. Florum saluiæ uiridis quod sufficit pro conserua delectabili, mellis electi lib.2. specierum diamusci dulcis ʒ.1. misce, deinde fiat conserua secundum canones. Cerebri nuchæ & neruorum confortatiuum: Recip. oleorum liliorum alborum unc.2. spicæ, chamomilæ ana unc. 1. specierũ dyamusci dulcis ʒ.2. misce. Ex hac unctione ungantur nucha, spondilia colli, & omnia spondilia spinæ & etiam membra læsa. Solutiuum eradicatiuum

dicatiuum: Recip. ſpecierum hieræpicræ Gal. pil. fœtidarũ, agarici ana ℈. 1. ſalis gēmæ gran. 1. zingib. gran. s. miſce, et cũ electuario Indo q̃ ſufficit ad incorporandũ formentur pil. 6. pro. ʒ. iſtarũ ſumat. ℈. 2. in aurora. Et in termino quinq; horarum poſt ipſarũ pilularũ aſſumptionē aſſumat pro lauatiuo unũ cyathũ aquæ ordei exorticati calidum ſine ſacharo, deinde poſt unā horā prandeat, iſtas pilulas aſſumat poſt cōpletam aſſumptionem digeſtiui ſupradicti. Cōfectio olei de ſerpentib. ex quo unguentum præcipuũ in paralyſi, & fit ex ſerpentib. ufis amputatis capitibus, & caudis ſpacio quatuor digitorum, interiorib. proiectis, reliquis in olla poſitis, ſupra quā ſit olla poſita pforata in fundo, bene ſigilletur in medio, ne aqua intret os ollæ ſupioris benē claudatur in caldario, in aqua bulliēte ponatur. Diſtillādo diſtillabit pinguedo cui addatur radix capparis, ſuccus cētaurij, caſtorij et ſimilia, et fiat unguentũ præcipuũ in paralyſi remollitionis. Centauriũ in uino et oleo coctũ ualet. Similiter ſinapi & eius ſemen. Poſt debitā purgationē ſingulis 15. diebus offeratur theriaca prædicto modo, & ſingulis menſib. ſtupha de calamētho, origano, ſaluia, cōſolida, maiorana, naſturcio, præmula ueris, lauendula. Exeunti à ſtupha detur aliqua conſerua ut acori ſupradicti.

De spasmo, tetano, stupore, tremore, & saltu. Cap. X.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.


Ræci spasmum dicunt, nos neruorum rigorem, illi tetanum, nos neruorum distētionem. Tetanus ceruicis est morbus qui rectam & immobilem ceruicem rigore neruorum intendit, & qui hunc morbum patiuntur, τετανικοὶ & latinè obstipi uocantur, ex quo genere ὀπισθότονος & ἐμπροσθότονος sunt. ὀπισθοτόνικοι sunt qui rigore ceruicis inflexibili laborant, & caput scapulis intenditur. ὄπισθεν enim retro significat, et τόνος intētio uel rigor. Plin. lib. 26. capite 13. In spasmaticis tremulis opisthotonicis alemoe radix bibitur ex aqua mulsa. Sunt aūt spasmatici (ut transeunter exponam) quibus aliquid intus conuulsum est, ἐμπροσθότονος uero est ubi mentum pectori ex neruorum rigore annexum est. ἔμπροσθεν enim ante significat. Spasmus membri est patientis abbreuiatio, & in longo imminutio à naturali quantitate, hocq; aut in toto fit corpore & uocatur tetanus, atq; hoc ut membrum ab utroq; æqualiter extendatur latere, fitq; rectum & in nullam declinat omnino partem, & spasmus qui non extenditur ex membri in utrunq; latus distentione. Cum

statim

statim à principio aut non multo post principium ægritudinis gignuntur spasmi & expectant, ortũq; expletionis habuerint cum sudoribus multis præcedentibus uel uomitibus, uel uentris eductionibus, uel sanguinis magna constiterit eruptio, & cum alicui humectantium confestim contigerit cunctas diuelli partes, repletione fieri necesse est. Si autẽ ex febribus exurens aduenit spasmus in uehementi totius corporis ariditate, præcipue neruosis aduenit partibus, estq; huiusmodi maximorum causa malorum & propè remedium non admittens. Cum igitur ante corporis partes intendit ἐμπροσθότονος uocitatur, cum uerò post ὀπισθότονος, at cum æque, ut in partem æqualem æque intendatur, τέτανος nominatur. In uehementi itaque ariditate spasmos, nemo unquàm medicatus est. At ex multitudine uel inflãmatu factas multi sunt medicati, affluentiam exhauriendo, inflammatum suis & idoneis curando adminiculis. Fit autem spasmus, ac residet in uomitibus uehementer diuulsorum, succurrit his cẽtaurij tenuis succus, seseli cum oxymelle uel oxycrato, castorium uero non solum potum sed etiam extrinsecus perunctum conuenit. Hæc autem proferimus eis qui obliuione sepulti sunt. Capiuntur (ait Archigenes) etiam morbo aliter quàm dictum sit,

& absautiationibus, mulieres quoq; in abortu. Qui autem in percußione tetani fiunt, non admodum sanescunt, neq; infantibus neq; senibus tetanicus aduenit morbus. Infantes nanq; comitialis morbus potius infestat, quare non est negligendum, sed è uena sanguis detrahēdus, præsertim si in percußione tetanus fiat. Est autem auferendum quantum satis, non equidem ad animæ usq; defectum, nutriēdusq; æger pauca halica cum mellicrato, exiguū sit quod probetur. Unctiones autem & astrictiones admittātur. Inde etiam cataplasmata languentibus sunt locis admouenda, quæ callandi & distrahendi uim habeant, necnon conciliandi, præsertim musculis qui ad ceruicem & maxillas & spinam intenduntur admouenda. Omnium autem efficacißimum est castorium leuigatum datum uno cochleario, post hæc perunctiones ani utiles ex ruta et opopanace. Opitulatur etiam immißio olei ex ruta cum terebinthina, dandæ sunt etiam ipsius Archigenis hieræ drachme 2. cum castorio æque cum ptisanæ succo & melle. Inde aliqua aliorum danda, ipsum quoq; per se castorium exhibendum.

Ex

Ex traditione pœnorum & Arabum.

SPasmus & tetanus sunt non uoluntarij motus, quos membra uoluntariũ motum habentia patiuntur propter repletionẽ neruorum uel inanitionem eorum. Est autem triplex, uel enim spasmus est anterior, uel posterior, uel tantum tetanus, quia spasmus tetanus. Gal. tetanus à spasmo specificatur, sed tamen in membris non apparet spasmus, quia antè & retro æqualiter nerui constringuntur, unde hoc nomẽ propriè sortitur Haliabbas. Omniũ autem harũ origo diuersitatum, aut ex repletione est, aut ex euacuatione, aut frigida mala cõplexione, aut ex calido certe aposte mate quod in neruis fit. Et attende quoniam passiones hæ, scilicet paralysis & faciei contortio, apoplexia, spasmus ex repletione, peiores sunt & uehemẽtiores tunc cum iuuenib. & pueris æstate fiũt. Quæ etenim has faciũt paßiones causæ complexionibus eorũ minime conueniunt. Minus autem malæ sunt quæ senibus & hyeme fiunt propter paßionũ eorũ cõplexionib. & tẽporib. cõuenientiã, hæc Haliab. 9. theoricæ. Auicẽna spasmus est ægritudo neruosa qua mouẽtur lacerti ad sua principia, et inobedientes sunt in dilatione. Materialis uero spasmus multotiẽs accidit secundũ semitã permixtionis ma

teriæ,

teriæ, sicut successione synanche, pleuresis et sirzē. Spasmus cum dominio siccitatis accidit, ut contrahatur lōgitudo & latitudo æqualiter, colligitur igitur ad seipsum sicut est dispositio corij positi ante ignē. Spasmus qui non proportionatur ad materiā est causa rei impedientis à qua nerui fugiunt & cōgregantur ad expellendum ipsam, & causa ista est dolor. Et omnis quidem spasmus sequēs uulnus, est mortalis. Et cui accidit quartana raro accidit ei spasmus, nam securus est ab eo. Et cum corpus in spasmo declinat ad anteriora, tunc spasmus est in lacertis anterioribus & cum ad posteriora, tunc est in posterioribus. Tetanus autem est ægritudo officialis prohibens uirtutem motiuam à contractione membrorum, de aptitudine quorum est ut contrahantur propter nocumentum in lacertis & neruis. Tetanus autem secundum uirtutem est contrarius spasmo, & ingreditur in genus spasmi introitu contrariorum in genere uno, & eius cōparatio ad causam unam est eueniens casu contrariorū. Cum duo spasmi in duabus partibus contrarijs aggregātur, fit tetanus sicut est ante & retro. Tremor est morbus officialis propter defectum uirtutis motiuæ, à motu lacertorum secundum continuitatem ipsius grauitatis. Et commouentur motus uoluntarij cum

moti-

motibus non uoluntarijs, idest, à grauitate membri factis. Tremor autem est nocumentum in uirtute motiua, sicut stupor est læsio in sensibili. Et tremor quidem in senibus medicamine non remouetur. Stupor autem morbus est officialis faciens euenire in sensu tactuali nocumentum. Cum perseuerat stupor & prolongatur, perducit ad mollificationem, aut epilepsiam uel spasmum uel alcuzen uel paralysim communem. Ex curis conferentibus stupori, est exercitium illius membri & aßiduatio motus eius. Saltus idest iectigatio, est motus lacertosus, et quandoq; mouetur cum eis cutis adhærens. Et accidit saltus ex accidentibus animalibus plurimum, ut gaudio, ira, tristitia. Serapio: Saltus fit ex uentositate grossa, uaporosa, quæ ingreditur in membrũ, & facit ipsum accidere. Sed significat quod ex humore grosso illud quod testificatur. Quod est, quia saltus fit ex uentositatibus uehementis frigoris in corporibus frigidis phlegmaticis, & in temporib. frigidis, & in regionibus quæ similantur istis. Quapropter non est inter curationem huius ægritudinis, et tremoris differentia. Rasis: Cura stuporis est phlebotomia & minoratio cibi, & completa cura est sicut cura paralysis quæ est ex frigore. Tremor autem fit propter casum uirtutis post ægritudinem.

Et

Et cura eius est, additio in cibo & somno & in rebus odoriferis. Et fit ex aßiduatione uini. Et cura eius est abolere uinum, & aßiduatio sudoris in balneo. Et fit ex dominio phlegmatis, et debilitate neruorum. Et cura est cura paralysis quæ est ex frigore. Cura etiam torturæ est sicut cura paralysis cum gargarismo & masticatione thuris & administrationis nucis muscatæ & retentione eius in ore suo, & uaporetur cum aceto in quo bullitum est calamenthum, & ungatur comprimendo cum oleo narciscino aut de lilio tepidis, & tendatur cutis frontis ad inferiora, & ligetur.

Ex traditione autorum recentium.

SPasmus est cõtractio neruorũ motũ uolũtariũ impediẽs. Cũ enim propter plenitudinẽ uel eorũ inanitionẽ cõtrahãtur propter læsionẽ ingressam sup ipsos, retrahũtur ad suũ principiũ. Vnde secundũ antiquos est cõtractio uel extẽtio neruorũ & lacertorũ in collo præcipue & ceruice existentiũ. Et notatu dignũ est q̃ nerui à pãniculis cerebri oriũtur à neruis lacerti, à lacertis fila, quæ faciũt chordã. Fit aũt ꝓprie in lacertis mediantib. q̃b. defertur motus. Vnde dico cõtra aliquos q̃ septẽ lacerti ueniẽtes in ꝓfunditatẽ sensus gustus ꝑficiũt. Lacerti enim solũ in lingua seruiũt ad facien

dum

dū motū ut ſit habilis ſecundū uoluntatē mouētis ad formationē ſermonis. Spaſmus aūt alius eſt de inanitione, alius de repletione. Spaſmus de inanitione non curatur, quia nerui aridi humectari non poſſunt niſi mediante humore. Digeſtio enim non eſt niſi à calido & humido, humidum deficit & exhalante humido ſimul exhalat quod ſecundum naturam eſt calor. Deficiente ergo calido & humido deficit digeſtio, igitur & nutrimentum. Deficiente nutrimento cadit uirtus, quare & uita cum fundetur in calido & humido. Si ex repletiõe fuerit ſpaſmus, & ſanguis fuerit in cauſa, phlebotometur de uena mediana, uel apponantur uentoſæ cum ſcarificatione circa collum et occiput, et poſtea inungatur collum, ceruix, et ſpina cum oleo rutaceo, et detur eis mel cum caſtorio. Aliqua tamen non ponunt uentoſas, utere tamen eis ſecundum quod uidebitur diſpoſitio ægri. Ieiunare debet per triduum omnis ſpaſmoſus de repletione. Si uero ex alijs humoribus ſit ut phlegmate et melãcholia, purgetur humor in cauſa quam urina demonſtrabit cum hierapicra et benedicta, uel dentur pil. ſequentes: Recip. Caſtorij, aſſæ fœtidæ, petroſel. ſerapini, ana, et formentur pil. 7. pro. ʒ. cum Syrupo de ſtœchad. da ut uidebitur, etiam ualet: Recip. piperis, opij,

pij, ana. da cum uino in pauca tamen dosi. Vngatur cum unguentis calidis et siccis, ut martiaton et aragon, oleo rutaceo Vesica plena oleo super locũ dolentem ponatur. Detur eis diacastorium, quod si non habeas distempera castorium cum melle et exhibe, uel castorium cum ruta. Sacellatio fiat cum sale torrefacto. Sternutationes et gargarismata et inunctiones fiant ut in capite de paralysi docuimus. Et nutriatur cibis subtilibus et tenuiter. Cura tetani est ut spasmi. Sed in cura tremoris et iectigationis, quia fiunt ex frigidis humorib. castorium cum uino calido iuuat, præcipue si cum nausea fiat addita lauendula uel saluia. Confortatiua generaliter dare cõuenit ut diamarg. gariophil. dianthos, diaciminũ, diasatyrion. et uinũ aromaticũ cũ specieb. cõfortatiuis cõditũ. Vngatur cum marciatõ, aragõ, cum oleo laurino uel iuniperino. Et maximè articuli cum sale confricentur. Fomentetur aqua marina, decoctione agnicasti, betonicæ, sauinæ, fiant balnea sulphurea & nitrosa, purgentur cum blanca, aut benedicta, cum hermodactylorũ puluere, & si sit ex sanguine phlebotometur, & fiant alia quæ diximus in paralysi.

De

De catarrho seu distillatione, coryza & brancho. Cap. XI.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Distillatio morbus est quando humor distillat ex capite cũ nocumento, quæ Græcè καταστaγμός dicitur, secundum nonnullos catarrhus, coryza, branchus. Distillationes *meminit Diuus Hieronymus contra Ruffinum dicens:Nemo enim unquàm carnem suam odit, regio morbo laborantes, phthisi, & catarrho, & distillationibus mortem uitæ præferant, & sua oderint corpora. Grauedo etiam significat distillationẽ humoris ex capite, quæ teste Celso, nares claudit, uocem obtundit, tußim siccam mouet, quæ Græcè κόρυζα dicitur. Hippocrates uero distillationes omnes & grauedinẽ nominat coryzas. Aliquando tamen grauedo accipitur pro torpore, & capitis grauitate somnolenta. Grauedinosi dicuntur non solum (teste Cicerone in quarta Tuscul.) qui grauedine infestantur, sed etiam qui procliuiores sunt ad hunc morbum. Rheuma uel rheumatismus dicitur eruptio siue fluxus ἀ ῥέω quod est fluo. Plin. lib. 28. cap. 8. Elephanti sanguis præcipue naris fluxiones omnes, quas rheumatismos uocant, sistit. Grauedinis & distillationis causa est cerebrum. In frigidita-*

tibus nanq; actum ad distemperamentum, in oßib. autem æstuans & succensum calore, cumq; plus ui=ni & austeri sumptũ est, repletur caput lauacráq; calidiora subiuit, & larga caloris suffusio subiuit ca put, præsertim calidum nutrimentumq́; in uentre accensum & non sedens in caput impetũ facit, ple=num caput deorsum porrò humorem transmittit, & siquidem in nares ea defluit redundantia, κορύ-ζαν eum morbũ uocant Græci, grauedinem nostri, unde grauedinosi qui ei morbo obnoxij, sin autem in guttur morbum efficit uuam appellatum gignit, quod Græci uocant κατάῤῥουν, distillationẽ nostri, hic morbus circa gurgulionem consistit, alioquin in tumorem consurgit. Expeditißima igitur est in na res osq́; fluxus delatio, est etiam cum in oculos ir=rumpit, aliquando etiam in aures. In os autem dela tionem suscipit etiam stomachus, & aspera arte=ria necnon guttur, humectatum autem guttura de=fluentibus in ipsum à capite humoribus. Primo qui dem raucam efficit uocem, postea uero pusillã red=dit, quod si augeatur intendaturq́; malum, tota uox amittitur, coalescit nanq; cum gutture ipsa aspera arteria. Et si defluxus acutus sit, non in uocem mo=do pernicies ad dicta membra peruenit, sed etiam molestißima quædam penetrat abrosio, natura hu=

iusmodi

iusmodi, cuiusmodi sæpe cutis diuinitus euadit citra causam aliquam exteriorem, ita autem etiam pulmo ipsis exhulceratur, & morbus φθόη à Græcis, à nostris Vomica dici solet quibusdam alij satis dicunt Tabem appellari. Sin autem in stomachum & uentrem defluxus conuertatur, qui frigidus sit, in frigidam distemperantiam corpora perducit. Si uero calidus, calidam exhulcerat, id quoque postea aliquando, à principio autem appetitus offendit & concoctionis, si ergo defluxus frigidus sit, sero concoquitur ac etiam non concoquitur, acutosq; efficit appetitus, qui si corrumpatur in corruptionem pulmenta perducit, uel pruritus ructusq; remittit, uel sonoros uel acidos uel alterius alicuius qualitatis cuiusuis. Ecligma ad distillationem: Mellis unciæ. 2. butyri recentis uncia, coquendo, ac diuidendo in duas partes, lingendum dato in quibus eductione opus est.

Ex traditione Pænorum & Arabum.



Catarrhus aut fit cum febre, aut absq; febre. Et cura eius est qui cum febre, phlebotomia, deinde sumere in potu aquam

hordei cum uiol. conditus & oleo amygdalarum. Et cura eius qui est sine febre, est cum decoctione hyssopi minoris, & caueat ab eis quæ sunt salita & pontica & salsa. Coryza autem fit ex frigiditate adueniente capiti, & cura eius est ut uaporetur cũ milio calefacto, aut panno calefacto, & introitus balnei in quo non madefiat caput suum cum aqua, & proijciat super corpus suum & pedes aquam calidam plurimum, & ungat pedes suos cum sambuco, & dimißio uini, & abscißio cursus ex naso per suffumigationem cum chartis de panno, aut cum panno, aut cum thure, aut cum xylo aloës. Et fit ex calefactione adueniente capiti ex sole, aut aëre austrino, & signa eius sunt pruritus, & mordicatio, & rubedo in oculis. Et cura eius est balneatio in aqua tepida munda dulci, & suctio olei uiol. cum naribus & olfactus camphoræ, & aqua rosarum, & abscißio cursus qui fit ex naso cum sulphure infuso in aceto ex quo fiat suffumigatio, & suffumigetur cum camphora supra uitreatum, & attrahat humorositatem uenientem ad nares, ut non descendat ad pectus aut ad pulmonem aut guttur cũ emunctione, quia in hoc est expulsio nocumenti catarrhi ab istis membris, & uaporet caput cũ aqua calida, & attrahat per nares uaporem eius, & mul

tiplicet

tiplicet emunctionem & non dormiat super ceruicem, & dimittat uti longo somno. Haliabbas: Est autem catarrhus superfluitatum humidarum fluxus & descensus à cerebro ad nares & gurgulionem, meri & guttur canalemq; pulmonis. Et si superfluitas hæc ad nares descẽderit Coryza uocatur, quod si ad guttur & pulmonis canalem, operimentumq; illa inuoluens aspirauerit, raucedo fiet et tussis leuis. Quod si ad pectus et pulmonem, pessima fit abinde tussis. Catarrhi autem ex calore fiunt quemadmodum æstate capiti accidit ex solis ardore, aut frigore quemadmodum fit in hyeme ex aëris frigore.

Secundum doctrinam autorum recentium.

Contra reumatis et catarrhi dispositionẽ ualet regimen in sex rerum non naturalium administratione, ut in fluxu subtili ad pectus sit qualitate ingrossatiuum et infrigidatiuum, sed remissius infrigiditatiuum quàm ingrossatiuum. Digestiuum: Recip. Syrupi de stœchados, oximellis compositi ana. ℥.3. misce, sed dosis sit ℥. 2. cum decoctione cubebarum, nucis muscatæ, anisi

mastiches, et cyperi. Solutiuum: Recip. Pil. cochiarũ ʒ. 1. Tragea confortatiua: Recip. Trium piperum ʒ. 1. zingib. ℈. 2 gariophilorum, galangæ, stœchados ana ʒ. 1. cubebarũ, nucis muscatæ ana ʒ s. anisi ʒ. 3. coriandri ʒ. 2. sachari quod sufficit, sit dosis in ieiunio unum coclear usq; ad dies quatuor, postea uero potet modicũ uini subtilis. Cератũ. Recip. Ladani ℥. 1. aloës ℥. s. pulueris pulegij, calamẽti, stœchados ana. ʒ. 1. macis, corticis citri ana ℈. s. incorporentur omnia simul addito modico aceti, & applicetur parti capitis abrasæ. Vnguentum pro stomacho in casu isto: Recip. Mastiches ℥. 1. aloës ʒ. s. cinamomi, gariophilorum ana ʒ. 1. ligni aloës, folij ana. ʒ. s. olei nardini, ceræ quod sufficit pro unguẽto, ex isto actu calido ungatur stomachus ieiunus. Si sit catarrhus subtilis & aquosus diuertatur & fricentur suauiter, & tempore paruo, stomacho ieiuno, habito uentris beneficio, cum panno lineo, brachia à cubito infra, & tibiæ à genu infra. Balneentur eædẽ partes ut infra: Recip. Viol. M. 2. hordei exorticati ℥. 1. milij ℥. 4. rosarum. M. 1. s. foliorũ uitis M. 2. foliorũ cardamomi. M. 1. s misce & bulliant & fiat lotio. Valent uentosæ siccæ & opponantur modis & ordinibus quibus supra, fit lotio. Attrahantur calida per nares ad libitum stomacho

cho ieiuno. Attractiuum per nares: Recip. Succi cau liũ ℥.2. succi anagallid. ℥.1. succi chelidoniæ ℥.s. myrrhæ ʒ.2. sarcocollæ ʒ.1. aquarum hordei, uiol. maioranæ ana. ℥.1. misce. Aquam teneat in ore ad libitum. Aliud prohibens fluxum: Recip. Boliar. terræ sigillatæ ana. ʒ.1. myrtill. papaueris alb. ana. ʒ. s. amidi ʒ.1. olibani ℈.1. spicæ ℈.2. misce, & cũ syrupo de myrto quod sufficit formentur pilulæ ad quantitatem auellanæ, teneat in ore inter genã & maxillam, & proprie in nocte. Contra branchum: Colluat sibi os stomacho ieiuno & mane cum uino saluiato, & hoc semel in hebdomada, & non calido tempore, & sit ex uino nigro mediæ uinositatis secundum hunc modum factum: Recip. Saluiæ M.1. stœchados. M.s. mellis electi ℥.2. pulueris nucis muscatæ ʒ.1. uini nigri mediocriter uinosi lib.3. saluia & stœchados minutim incisa bulliant in uino usq; ad consumptionem quartæ partis, & in fine addantur pulueres, misce & usui serua.

De λειχὴν seu mentagra siue pudendagra, quam nostri Neapolitanum morbum uocant, Itali uero Gallicum. Cap. XII.

Secundum Græcos & Latinos.


ΕΙχὴν Græcè dicitur, quæ Latinè mentagra dicitur, ut habet Plinius lib. 26. capite 1. uerba eius sunt: Sensit et facies hominum nouos, omniumq́; æuo priore incognitos nō Italiæ modo, uerumetiam uniuersæ propè Europæ morbos. Grauißimum ex his λειχῆνας Græco nomine, Latinè quoniam à mento ferè oriebatur, ioculari primum lasciuia, ut est procax natura multorum in alienis miserijs, mox et usurpato uocabulo Mentagram. Tu ne dicas lichena uti alij faciunt, quod item malum lichenas dicunt. Celsus papulas nominat. Galenus in libro qui diffinitiones medicinales inscribitur, lichen ita diffinit, Lichen est asperitas cutis cum magno pruritu. Hunc morbum nonnulli ita describunt: Morbus Neapolitanus seu lichē, est pustulæ ex uaria humorum corruptione generatæ propter nimiā aëris in calore atq; humiditate præsertim intemperiem, pudenda primum, deinde reliquum corpus cum magno plerunq; dolore occupantes. Est enim morbi genus grauißimū, occupat plerunq;

runq; totos uultus, oculis duntaxat exceptis, & in colla pectusq;, ac manus fœdo uitis furfure descendit. Tyberij primum Cæsaris principatu hic morbus in Italiã irrepsit, contagione eius per quendam Persinũ equitem Romanũ quæstorium scribã ex Asia importata. Nec fœminæ uel serui, aut ex infima plebe homines id malum sensere, sed proceres osculandi maximè consuetudine. Adueneruntq; ex Aegypto homini morborũ patente medici hanc solam curam profitentes ingenti suo lucro. Constat sane Manilium cornutum legatum Aquitaniæ sestertia ducenta ad eius morbi curam expendisse. Aliqui hunc morbum Milium uocitant. Et nos dicimus inter epidimias, hoc est morbos populatim uagantes, debere connumerari. Hæc uero aut diuina ira, ut theologi sentiũt, aut ui astrorũ, ut astrologi opinantur, uel ex certa aëris intẽperie, quẽadmodũ medici arbitrãtur, eueniũt. Hos medicos hac parte sequentes, causas naturæ proximiores nonnulli aßignant. Illud satis cõstat, eo anno quo Mẽtagra cœpit pullulare, magnã aquarũ per uniuersam ferè Europã fuisse exuberantiam. Testis est Italia, quæ prima id malum sensit, in qua Tybris ita intumuit, ut tota sit facta Roma nauigabilis. Quam rem Põponius Lætus nostri temporis poëta celeberrimus eleganti te

trasticho, publica columna impresso designauit: Tempore Alexandri sexti, nonisque decembris.

Intumuit Tybris bis senas circiter ulnas.
Insula quæq; domus facta est medijsq; repente
Circunducta uijs æquabat cymba fenestras.
Deucalioneo uix tantum tempore tellus.
Diluuium passa est, latuit cum tota sub undis.

Non aliter enim quàm in Romano Tybris, in agro Mantuano & Ferrariensi Padus, in Coloniensi Rhenus, In Venetia Athesis. In Gallia Lugdunẽsi Rhodanus, Arar et liris. In Callia Aquitanica Garuna, Gironna et Dordonna. In Gallia belgica Mosa, Mosella. In Parisiensi agro Sequana, et in Hispania Iberus, Bethis, Mineus & Tagus, extra solitos limites exundarunt. Tactis deniq; imbribus annus ille ubiq; maduit, ut terris exinde humentibus atque stagnantibus minus mirandum sit æstiuum aërem ad illam uenisse intemperiem, calidam scilicet & humidam, quam philosophi atq; medici omnium putredinum matrem esse confitentur. Similem uel peiorem aliquando fuisse, ea scilicet tẽpestate qua Gothi Italiam bellis infestabant, ex qua ingens orta est pestilentia. Quidam medici decepti similitudine,

ne, elephantiasim esse putauerunt. Alij autem impetiginem seu uolaticam dicunt. Alij esse speciem lepræ affirmarũt. Reliqui Sahaphati speciem esse maluerunt, Alij bothor, alij achores, alij phani, alij psidracia & exanthemata esse opinati sunt. Nos autẽ, si aliquando fuerit morbus iste, lichen seu mentagran aut pudendagran appellare maluimus. Pænis enim cutis qua integitur non simplex est, sed neruosæ naturæ, sensumq; tactus plurimum poßidet. Ob eam causam uenereo contractu nouus, uel saltẽ medicis ignotus prioribus syderum pestifero aspectu, morbus Neapolitanus seu lichẽ ad nos ex Oriẽte irrepsit, tanta omnium membrorum fœditate, cruciatibusq;, nocte presertim, ut lepram alioquin insanabilem siue elephantiasim horrore superet, non sine uitæ pernicie. Hæc pestis reliquas prouincias iam infestauit, quæ etiam præsanatis facile repullulat, magna omnium medicorum ambage. Ex Occidẽte uenere empirici qui magno questu urbes circumierunt, id tantum profitentes.

Iuxta mentem Pęnorum Arabum.

SCias quod causa impetiginis, quæ accidit in forma faciei, & tota superficie corporis extrinseca, est uirtus naturæ quando expellit superfluitates malas, & remouet eas à membris principalibus ad exteriora. Et causa faciens materiam est humores acuti subtiles, quæ permiscēt humores terrenos grossos. Et propter illud declinat hæc ægritudo ad duo latera similiter, quoniam acuitas humorum, & eorum subtilitas ponit, materiam acutam uelocis excitationis. Et grossitudo humorum terrenorum, & tarditas eorum contrariæ sunt ei quod dicimus, & ponūt ægritudinem difficilis motus & tardæ sanationis. Si ergo uincentes in hac ægritudine sunt humores acuti, tunc ipsa moratur tempore paruo, & resoluitur uelociter, quod si in ea uincunt humores terrestres, tunc spacium eius est longum & cum labore resoluitur. Si autem humores omnes in ea sunt æquales, tunc ægritudo est media, in mora sua & curatione. Rasis: Impetigo est res similis sahaphati siccæ, cui confert aßiduatio inunctionis, & ut fricetur uehementer, deinde liniatur cum oleo & omnibus lenificantibus, & confert etiam ut fricetur cum acetositate citri, & liniatur cum acatia & aceto et armoniaco,

&

& confert ei oleum de tritico, & oleum de corticibus nucum uiridium. Cum autem antiquatur, & fit sahaphati, indiget sanguisugis & fricatione & omni cura sahaphati antiquæ. Cõstantinus: Impetigo duobus modis fit, uel enim est æqualis in superficie corporis, & fit de cholera nigra & fece sanguinis, aliquando cum prurigine uel superficietenus combusta, cuius color est citrinus, uel rubori continuus, aut contiguus, & est furfurea fissa et pruriginosa, nascens de materia melancholica, uel cholerica nimis incensa.

Ex traditione autorum recentium.

IMpetigo est quæ uulgo uelatica dicitur, secundum alios fœdatio cutis serpẽs cum pruritu: secundum alios sicca & aspera scabies, & prominens. Alij definiunt morbum similem scabiei squamosum corpusq; dehonestantem. Caßius uero fœlix, ut allegat Simon Ianuẽsis, ita dicit: impetiginem Græci lichenas dicunt, Latini zernas. Nascuntur ex melancholico humore, rotundo schemate in superficie cutis cum ingenti pruritu, dicit & Serpiginẽ dici, cum serperæ cœperit, & dicitur impetigo ab impetu, unde Samonicus. Si uerò uitium est quod ducit ab impetu nomen, hoc matuti

na

na poteris cohibere saliua. Impetiginis autem quatuor species ponit Celsus, quas, qui uolet, apud Cornelium legat. Aliqui morbum Neapolitanum elephantiam dicunt esse non impetiginem. Plinius loquens de elleboro ait: Medetur, inquit, elephantiæ albæ & lepris. Præterea de elephantiasi dixit libro 26. capite 1. Hunc morbum usque ad tempora magni Pompei nunquàm fuisse in Italia, deinde breui restinctum fuisse. De elephantiasi loquitur Lucretius lib. 6. sub his uersibus. Est elephas morbus qui propter flumina Nili Nascitur Aegypto in media, neque præterit unquàm. Mesue autem tractatu de medicinis solitis cap. de confectione Hamec, inquit: Confert ægritudinib. cutis sicut est scabies, morphæa, lepra, cancer, elephantia & impetigo. Qui autem hunc morbum elephantiasim esse affirmant, ita diffiniunt. Elephantiasis est passio crassa & pustulosa dispargibilis præcipue secundum corpus, extrema colorem habens secundum oculorum albedinem emittens aliquantulum superfluitatem liuidam, & male olentem ex phlegmate grosso, aut ex nigra cholera proueniens, dictaq; ad similitudinem elephantis. Causa igitur elephantiasis coniuncta, ut in hac diffinitione dicitur, est cholera nigra, aut phlegma grossum actu talem

lem ægritudinem facientia, esto quod multotiens. Gal. nominet melancholicum sanguinem. Vbi est aduertendum quod merito huiusmodi causæ coniūctæ ex intentione Galeni uenari possumus elephātiasis differentiam. Nam si ex ipso phlegmate proueniat, elephantiasis alba generatur. Et propterea apud autores multotiens inuenitur elleborum mederi elephantiasi albæ. Vbi uerò à nigra cholera admixta sanguini eueniat subrubeæ elephantiasis species, accipientur ut de cholera nigra. Galenus: Inquit enim, quando niger humor qualitatibus sobrius fuerit, sanguini commixtus, subrubeam elephantiasim operatur. Itidem dicamus si à nigra cholera proueniat, tunc sub nigram ægritudinem operatur. Istarum autem ægritudinum & specierum prima est minus maligna, licet craßiores & pinguiores efficiat pustulas, quæ tunc temporis plurimum inuadit. Reliquæ uero maligniores existunt. Sed apud Paulum elephas ex melancholico & feculentiori & quasi luto sanguinis, aut flaua cholera, aut bile utrisque ultra modum adustis fit, nec mentionem facit de phlegmate, quo fit ut diuersimode accipiant elephantiasim. Dicamus nunc transeunter curam huius morbi siue fuerit lichen, siue impetigo, aut elephantiasis.

Quan-

Quantum ad diætam cibi & potus, & debitam ad ministrationem omnium quæ sub rebus non natura libus continentur. Regantur & *diætentur quemad modum in scabie impetigine, cancro, lepra, & mor bis melancholicis ab autoribus ample scribitur.* Ta *men unum moneo, ut tales hac ægritudine labo= rantes utantur tenui diæta, & quanto commodius fieri potest, tanto subtilietur magis, inspectis sem per ætate maximè & uirtute ac consuetudine.*

Quantum autem ad medicinalia. Quæcunque di= gerunt phlegma grossum aut nigram choleram sunt conuenientia, & talia sunt buglossa, borago, fumus terræ, asparagus, lupulus, pimpinella, scolo pendria, lauendula, & huiusmodi. Omnium *isto= rum aut aliquorum fiat decoctio cum iniectione sa= chari & accipiantur per octo dies ℥.4. aut 5. ma= ne.* Aliqui *cum prædictis faciunt bullire myrobala= num chebulum, aut indum, aut immittunt follicu= los senæ.* Digestiuum *usuale:* Recip. *Syrupi de fumo terræ, mellis rosati colati ana. ℥.1. aquarũ endiuiæ, lupulorũ, & buglossæ ana. ℥.1. misce, fiat syrupus, aromatizetur cum puluere diacaparis ℈.2. detur ut supra. Solutiuum:* Recip. Hermodactylorum, *my robal. chebulorum, indorum ana. ℥.1. florũ buglos= sæ & boraginis ana.* M. s. *bulliant in octo uncijs*

aquæ

aquæ ſcolopendriæ, aut lupulorum, & fuerit parum febriens endiuiæ, & facta decenti decoctione, Recip. Agarici albi & electi ℥. 1. ſalis gemmæ ℈. s. & infundantur condecenti tempore in ℥. 2. prædictæ decoctionis, et fiat expreſsio cui addatur dia catholiconis ℥. s. diaphœnicon. ʒ. 2. mellis roſati colati unc. 1. & miſceantur ſimul cum prædicta decoctione. Poterimus uti electuario Hamec, & alijs quibuſcunq; phlegmatis groſsi, aut nigræ choleræ eductiuis. Aduertendum tamen eſt quod euacuationem eradicatiuam debet phlebotomia præcedere uirtute & ætate conſentientibus. Pilulæ Galeni quas mirabiles appellat: Recip. Zingiberis, myrobalanorum Indorum, chebulorum, corticum cucumeris aſinini, uel loco eius elacterij interioris, colochintidis, ſalis Indi, hermodactylorũ, hieræ picræ, ſatyrionis ana partes æquales, ſerapini ad duplum unius prædictorum & non omnium, piſtentur piſtãda ſubtiliter & fiat maſſa pro pilulis cum aqua endiuiæ, & fiant pilulæ 7. pro ʒ. da aliquando duas, aliquando unam, aliquando tres, quarum uſus ſit de tertio in tertium ſecundum uirtutem patientis. Chamomila, oleum anethinum, ibiſcus, ualent contra dolorem membrorum in iſto morbo. Caſsia fiſtula multum ualet in mitigãdo dolores exterius

applicata. Vnguentum: Recip. Saponis albi & minuti, & in parua folia redacti unc. 3. multotiens loti in succo endiuiæ & plantaginis, deinde bulliat in succo lapatij acuti usq; ad lenem spißitudinẽ, præterea Recip. Masliches, thuris ana ℥. 3. armoniaci, sulphuris uiui, nitri ana ℥. 1. cum cera, & parum olei chamomilæ fiat unguentũ. Modus autem administrationis est, ut una die utantur hac unctione, alia die lauentur cum aqua in qua decocta fuerit malua, & excorticatum hordeum, aut farina lupinorum. Sunt tamen multi qui uolentes citius euadere in hac ægritudine, utuntur infrascripta unctione per quinque dies cooperientes se in lecto quo ad plurimum sudant, utentes tamen bona diæta. Recip. Resinæ pini, thuris, masliches, tartari albi, lithargyri auri, argenti uiui, olei laurini, olei uulpini, olei abietis, cuscutæ, succi pomorum arantiorum ana unc. 2. axungiæ porcinæ colatæ unc. 6. redigãtur omnia simul miscendo in formam unguenti. Ab hac tamen unctione caueant qui sunt debilis complexionis, & potius sophistica inueniatur quàm uera, nam uidi plures recidiuasse ut prius.

De oculo-

De oculorum morbis curationibusq; eorum. Cap. XIII.

Ex traditione Græcorum et Latinorum.

OCulus, ut in metaphysica inquit Aristoteles, ad rerum scientiam plurimum confert. Nam lõge plures, quàm cæteri sensus, rerum differentias nobis ostendit. Democritus tamen, ut altius contemplaretur, sibi oculos eruit, & sciendi desiderio maluit Tiresias esse quã Strabo. Sic enim teste Varrone, nuncupatus est quidam qui centum trigintaquinq; millia passuum per uidebat, & ex Lilybæo Siciliæ promontorio numerum nauium exeũtem ex Carthaginis portu classe deprehendebat. Oculi certe, sicut plurimum prosunt corpori & scientiæ, ita plurimum nocent conscientiæ. Propterea dicitur in Psal. Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Et Propheta dicit: Mortem per fenestras, id est, peccata per sensus ascendere. Oculi, ut ad uitia transeamus, ex omnibus animalibus soli homini diuerso colore uisuntur, cæteris in suo cuique genere, præterquàm in equis, similes, sicut & uni deprauantur, unde strabonum & pecorum cognomina. Hæc enim uitia nutricum indiligẽtia sæpe cõtrahuntur.

Mediocres oculi, optimi ab omnibus habētur. Craſſis tenuibusq; membranis conſtat oculus, calloſæ enim firmæq; materiæ propter frigora caloresq; conſtituuntur. In his humida ſaliua perpetua eſt, quoniam lubrici, ac mobiles propter occurſantia eſſe debent, & lachrymarum inde copia iugiter emanat, uel ui uel ſpontè, frigore uel impetu. Circa pupillam nigram uariat, ob id iris à quibuſdam uocatur, quæ atri coloris cernitur, uel nigri, glauci, cerulei cæſijq;, nonnullis rufi, fului, caprini, qui optimos mores indicant, & clarius cernere exiſtimant. Et modicus quoque ſitus optimorum morum indicium eſt, ſicut quibus mediocriter conniuent, qui uero rigidi ſunt impudentiam notant, qui nimium conniuent inconſtantiam ſignificant. At ex morbis, ut in attonitis, rigent. In oculis animus ipſe inhabitare creditur, ob id oſculantur, ita animum ipſum attingere exiſtimantes. Oculorum alij niſi ex longinquo contuentur, alij niſi propè admota cernunt, hi luſcioſi ſiue noctilopæ dicuntur. Quidā noctu expergefacti pauliſper aliquid contuentur cati more, mox paulatim tenebris ſe adducentibus nihil cernunt, multis à ſomno protinus aperti oculi ſcintillare uidentur. Oculorum cura uaria ferè eſt, & multiplex. Quandoquidem membrum etiam ipſum,

ipſum, oculus inquam, non ſimplex eſt, ſed uariè compoſitus, tunicis & humoribus, prætereaq; cilijs ornatus. Natura nanque à cerebro delatos neruos in oculorum regionem ὀπτικοὺς græca uoce nuncupatos, quod ſe uiſui ſuggerāt, atque pariter cum ipſis tranſmittendo partem cerebrum ambientium duarum tunicularum, quæ μήνιγγες uocitantur, augendo, ac ueluti dilatando ipſis in oculo tuniculis eſſe largita eſt. Intima autem tunica, quā uocant Græci ἀμφιβληστροειδέα ex optico neruo à natura producta eſt. Ab ea porrò porrecta tunica ῥαγοειδὴς nuncupata, à tenui meninge exorta, quæ ad pupillam circuli inſignita foramine eſt. Harum autem ambarum, quæ exterior tunica κερατοειδὴς appellata ex craſſa meninge ortum ducit. Omnium extima alba eſt, quæ forinſecus oſsi capitis obuoluta, ortum habet ex adiacentibus oculo corporibus. Humida in oculo ſunt tria, in loco intimo comprehenſum cauitate amphibliſtroides tunicæ, quod ὑαλοειδὲς à Græcis nominatur. Vitro nanq; tum ſubſtantia, tum colore conſimile eſt. Foris autem in fine amphiblioſtroidis tunicæ κρυσταλλοειδὲς humidum eſt, quod δισκοειδὲς, & φακοειδὲς uocitatur, ſimile quidem colore cryſtallo eſt. Figura uero lenti. extra circumfunditur

ὠοειδὲς humidum, quod tam colore, quàm substantia simile sit tenui albugini, quod in ouis est. Quod igitur omnium intimum est, ὑαλοειδὲς humidum ad alendum crystalloides comparatum est. Forinsecus autem circumfusum ὠοειδὲς ad id intingendum productum est, & ne permittat oculum à luce solis oblædi. Cilia uero consederunt in tunica, quæ epipephycos appellata. Horum singula morbum ab oculo arcent. Multa autem multorumq; autorũ collyria ad id apta sunt, nouisq; etiam nũc mixturis tẽperari possunt, cum lenia medicamenta & modice reprimentia facile et uariè misceantur. Est igitur Philonis collyrium quod habet cerusæ elotæ, spodij, gummi, papaueris lachrymæ combustæ singulorum ʒ.1. Illud scire oportet hic quoque omnia medicamenta singula per se teri, deinde mixta iterũ adiecta paulatim, uel aqua uel alio humore. Cleonis nobile admodum collyrium: Papaueris lachrymæ frictæ, croci, gummi, singulorũ ʒ.1.s. quibus cõteruntur, adijcitur rosarũ succus. Aliud eiusdem ualentius: Squamæ æris, quod scomonia appellant ℈.2. croci ʒ.1. spodij ℈,4. plumbi eloti & combusti drach. 1. gummi tantundem. Aliud quoq; ad idem est, maximè ubi multa pituita profluit: Castorij ʒ.2. croci ʒ.2.s. aloës ʒ.2. myrrhæ

rhæ ℈.2. lycij ʒ.1. cadmiæ curatæ ℈.4. stibis tantundem, acatiæ succi ʒ.1.s. quod miscuit, liquidum in pixidicula seruatur. Theodotus uero huic compositioni adiecit: Papaueris lachrymæ combustæ ℈.2. æris combusti & eloti ʒ.1. nucleos palmarũ combustos ℈.4. gummi ʒ.1.s. Nilei collyrium omnium optimum id habet: Nardi Indici, papaueris lachrymæ singulorum ʒ.1. gummi ℈.4 croci ʒ.1.s. foliorum ros. recentium ʒ.2. Quæ uel aqua pluuiali, uel uino leni sub austero coquuntur. Phyletos collyrium ad pustulas oculorũ, id habet: Myrrhæ, papaueris lachrymæ, singulorum ʒ.1. plumbi eloti, terræ samiæ, quæ escera uocatur, tragachãtæ singulorum ℈.4 stibis cocti, amyli, singulorum ʒ.1.s. spodij eloti, cerusæ elotæ, singulorum ʒ.1. & ℈.2. Quæ aqua pluuiali excipiuntur. Vsus collyrij, uel ex ouo, uel ex lacte est.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.

O φθαλμία est calidũ apostema nascens super pelliculas abuginis oculorum, cuius causa interior est uel exterior. Exterior uero est maior uel minor, & causa enim eius est fumus, calor solis, siue puluis. Interior est ex humoribus ad coniunctiuam tunicam confluentibus, unde oculi patiuntur apostema, sicut & cætera cor-

poris membra. Causa est defectio recipientiū membrorum, id est, oculorum, & abundantia humorum à capite manantium. Panni in oculis & albugines fiunt ex uulneribus uel pustulis, quorum utrunque est curabile. Fiunt autem ex humoribus inter uueam & crystallinum se locantibus & coagulantibus, qui si sint subtiles, succus papaueris ruffi sufficit ad medicandum. Crustula est sanguis qui ad cõiunctiuam à suis descendit arterijs cum ipsæ crepuerint. Fit autem duobus modis, scilicet, ex oculi percußione & fissura coniunctiuæ, uel ex apostemate in coniunctiua & non ex sui fissura. Lachrymæ causam exteriorem non habentes ex humoribus à capite descendentibus ad oculos esse intelligũtur. Hi humores per uenas cranei descendentes subteriores, siue superiores, qui cum sint super corneã, infirmus patitur tetenositatem in frontis uenis & temporum. Si ex uenis sint subterioribus, fiunt lachrymæ cũ sternutationibus. Si uero uideatur quod sint ex uenis cranei superioribus, uenæ in temporibus uel post auriculas incidantur, & super frontẽ desiccatiuum cataplasma apponamus. Sũt quidam à uespere in antea non uidẽtes, quibus uena cephalica est incidenda & danda hierapicra, & leni cibo nutriendi sunt, abstineãt à cœna in nocte. Huius

paßionis cauſa eſt motus humoris multum großi, unde ſpiritus ingroſſantur, & uiſus obſcuratur. Hæc ſæpe accidit in eis qui habent oculos debiles nigros & paruos, & ſpiritum uiſibilem debilem, accidit etiam ex ægritudine diuturna. Raſis: Debilitas uiſus fit ex humiditate, & ſigna eius ſunt quod additur poſt comeſtionem et ſomnum, & ſatietatem nauſeatiuam proprie, & fit ex ſiccitate, & ſigna eius ſunt quod ſit fortis cum fames adeſt, & in meridie, & alleuiatur ſomni hora & comeſtionis. Et fit ex ſtomachi læſione abſq; ægritudine in oculo, & ſigna eius ſunt quod non eſt ſemper, imò ſit fortis cum eſt ſatietas nauſeatiua, & deſtruitur omnino in tempore famis. Fiſtula in lachrymali fit ex humiditate currēte ex lachrymali. Serapio: Scias quod ungula eſt additio nerualis in tunica coniunctiua incipiens à lachrymali maiori. Et dilatatur uſq; ad nigredinem oculi. Et quando magnificatur ualde cooperit pupillam & prohibet uiſum, quod ſi ungula induratur & magnificatur & præterijt ei tempus longum, tunc eius curatio eſt cum medicinis acutis quæ abſtergunt ſicut æs aduſtum, & ſal armoniacus, & calchadis, & radix lilij. Auicenna: Imaginationes ſunt colores qui ſentiuntur corā uiſu ac ſi ipſi ſint mixti in aêre. Et cau-

ſa in eis eſt ſtatio rei non peruiæ inter glacialē & inter ea quæ uidentur. Cum autem uides imaginationes remoueri & redire, & addi, & minui, ſcias quod non ſunt aquoſæ. Et quādo cōtinuatur ſanitas oculi eius qui habet imaginationes, ſex mēſibus eſt ſecundum plurimū in ſecuritate. Et confert in principio aquæ phlebotomia arteriarum poſt aurem. Et hierapicra eſt mirabilis iuuamenti, & ſimiliter pilulæ aureæ.

Quid de his ſentiant Neoterici.



Φθαλμίæ uera, eſt apoſtema calidū cōiunctiuæ, & hæc ut plurimum ſit à materia ſanguinea uel cholerica. Si ex multitudine ſanguinis, ſigna eius ſunt, uehementia rubedinis oculorum, & magnitudo inflammationis, & multitudo tentionis. Et cura eius, eſt phlebotomia cephalicæ ex manu oppoſita oculo infirmi, & collyrium album Raſis, & diſtillatio in eo cum lacte, & ſi fuerit multitudo lippitudinis, tunc puluis albus Raſis. Si ſit ex cholera, ſigna ſunt apoſtema, inflatio, tentio, & lippitudo, et curſus lachrymarum minor, & aduſtio in oculis, & punctura ſicut punctio acus & ſpinæ. Et cura eius eſt, ſolutio uentris cum aqua fructuum, & cum decoctione myrobalanorum, & aßiduatione emulſionis lactis in eo, & effuſio-

effusionis eius in eũ, & distilletur in eo muscilago psylij, & muscilago sem. citoniorũ, & collyrium cãphoratum & opiatum, & si dolor sit fortis, & cõprimantur pedes eius, et fricẽtur & ligẽtur manus eius & pedes cũ ligatura forti. In ὀφθαλμίᾳ fiat iste syrupus: Recip. Radicũ fœniculi, petrosel. ana unc. 1. euphragiæ, maioranæ, betonicæ, chelidoniæ ana M. 1. sem. anisi, fœniculi, cinnamomi ana ʒ. s. sacchari ℔. 1. fiat syrupus, dosis ℥. 1. s. cũ aqua decoctionis maioranæ. Sumpto syrupo purgetur cũ pilul. cochijs Almansoris, & cum pilul. aureis Nicolai ana ℈. 1. s. postea sumat semel in septimana ʒ. 1. aut 2. pilul. lucis maioris secundũ Mesue. Fiat hic puluis quo utatur in cibis suis: Recip. Euphragiæ ℥. 1. zingib. cinnamomi, sem. anisi, sileris montani, maioranæ siccæ ana unc. s. gariophyl. cardamomi ana ʒ. 1. fiat puluis, lauet frequẽter oculos cũ aqua decoctionis fœniculi. Fiat caputpurgiũ cum succo bliti & succo maioranæ dissoluto in uino. In principio opthalmiæ frigidæ placet mihi medicamen Galeni, quod sic fit: Recip. Sarcocollæ ʒ. 10. sem. lini ℥. 1. aloës ʒ. 2. spumæ maris, croci ana ʒ. s. succi chelidoniæ ʒ. 3. terantur omnia ut alchool, uel bulliant in uino cum aqua rosarũ, & coletur, & ponatur intus in oculũ & grossa substãtia super oculũ.

Contra

Contra uisus debilitatem ex pano: Recip. Pilularum lucis minoris Mesue ℈.2. agarici ℈.1. salis gemmæ, zingiberis ana granum 1. misce cum syrupo de stœchados, & succi fœniculi ana, reformentur pilulæ 7. istæ pilulæ dentur secundum canones. Confortatiuum uisus & oculos clarificās: Recip. Succorum chelidoniæ ℥.s. rutæ ʒ.3. fœniculi, rosarum, uerbenæ ana ℥.s. sacchari candi, puluerizati ʒ.2. misce. De istis succis pone in oculis actu frigidis duas uel tres guttas tempore calido, uel recenti tempore calido tepidis stomacho ieiuno per horam ante cibum. Mollificatiuum & panum delens in oculo: Recip. Sanguinis columbæ extracti à uena quæ est sub ala sinistra per phlebotomiam, de isto sanguine æger imponi faciat in oculum octo diebus continuis quater in die, post dies octo transeat ad infrascripta: Recip. Succorum fœniculi ℥.s. uerbenæ, chelidoniæ, rutæ ana ʒ.1. rosarum ʒ.1.s. antimonij ℈.s. corallorum rub. ℈.1. croci granū 1. sacchari candi, puluerizanda puluerizentur, & fiat collyrium, utatur tepido non frigido nec calido, semel in die duas aut tres guttas imponendo. Panum ipsum delens fortius priori: Recip. Succorum absinthij ℥.s. fœniculi ℥.1. radicis acori puluerizatæ ʒ.s. basiliconis ℈.s. antimonij ℈.

nij ℈. 1. aloës, succocitrini ʒ. s. mellis electi ʒ. 1. pulverizentur pulverizāda, deinde omnia simul misce ut supra. Contra catharactam non confirmatam digestiuum: Recip. Syrupi de stœchados ℥. 1. oximellis, scyllitici ℥. s. aquarum fœniculi ℥. 2. euphragiæ ℥. 1. misce, & assumat sicut sumuntur digestiua. Solutiuum eradicatiuum: Recip. Pilulæ de hiera simplici, pilul. cochiarum, agarici electi ana ℈. 1. zingiberis grana 2. agaricus incisus infundatur in oximelle scyllitico quod sufficit, & fiant pilulæ 7. & assumat modo eradicatiuum. Collyrium ad dilatationem uuæ ex percußiōe: Recip. Tutiæ, croci, myrrhæ ana ʒ. 1. cōficiantur cum succo fœniculi, rutæ, et maioranæ, fac collyrium. Ad pustulam oculi cum sanie: Recip. Vini albi ʒ. 2. gariophilorum ʒ. 2. aloës ʒ. s. mellis ℥. s. stent in infusione ad solem per duos dies. Postea coletur subtilißimè & mittatur in oculum mane & sero. Ad sebel: Recip. Tutiæ, lapidis hemathitis ana ʒ. 1. ponautur in panno subtili, & postea ponantur in pane crudo, uidelicet in medio panis, & postea in furno, & postea extrahatur, et ponatur in aqua rosarum & coletur, & iterum ponatur in aqua rosarū et exiccetur, & addatur sacchari albi ʒ. 2. fiat puluis. Ad ungulam secūdum Rasim, secūdo cōtinentis

nentis

nentis ualde bonum: Recip. Thuris minuti optimè triti unc. s. aspergatur super aqua calida, & dimittatur sic p horas 2. postea collyrizetur et ponatur in oculũ. Valet etiam cinnamomũ & cyminũ ad ungulam, ut ponit Auicenna, secundo canone: Ad imaginatiões ualet fumus croci bulliti in uino et aqua, recipiendo illud ad oculos: Cõfectio lachrymas cõstringens, phlegma destruens, cerebrum calefacit, dolorem & hemicraneã expellit, oculos aperit, supercilia releuat, clarificat mirabiliter lumen, & ad iuuat illos qui non expedite loquũtur: Recip. Olibani, castorij, nucis moschatæ, gariophylorum, cardamomi, croci, foliorũ lauri, spicænardi, sem. anethi, sem. apij, sem. basiliconis, carui Alexandrini, et fœniculi ana unc. 1. nepitæ, pulegij, seminis rutæ, hyssopi ana ℥. 2. seminis hyoscyami, papaueris albi, camphoræ ana ℥. 1. s. Hæc omnia terantur subtiliter, & cribellentur præter olibanũ quod debet bullire in bono melle despumato, & liquefacto olibano cum melle remoueatur ab igne, & proijciatur in alio uase, & species prædictas similiter proijcias, & ducas usquequo cum melle bene incorporentur, & in uase uitreo reseruetur. Puluis pro recuperatione uisus: Recip. Nucis moschatæ, ligni aloês, sileris montani, mastiches, euphragiæ, carui, croci, anisi,

ci, anisi, fœniculi ana ℥.3. fiat puluis, & sumatur in cibis. Puluis quem ordinauit gentilis ad debilitatem uisus, et est mirabilis iuuamēti: Recip. Euphragiæ, betonicæ, sem. anisi, cinnamomi, fœniculi, zingiberis, cardamomi, sem. petroselini, sileris mōtani, origani, cubebarū ana ℥.2. gariophil. ℈.1. fiat puluis quo utatur patiens in cibis & extra cibū.

De ægritudinibus aurium. Cap. XIIII.

Iuxta Græcos & Latinos.

AVres semper patent, quoniam sensus is etiam dormientibus necessarius est, ut à somno excitemur. Somnus (ut Platoni placet) per aures cerebrumq; & sanguinem usque ad animam penetrat in sedem iecoris. Aristoteles uero, ab auribus meatus ad occipitis partem penetrant, sicut oculorū ad uenas circa cerebrū sparsas tendunt. Alibi olfaciendi, inquit, audiendiq; contingunt aërem externum pleni spiritus natiui, ortiq; à corde tendant ac desinant ad uenulas cerebro coniunctas. Quidam philosophi auditum portam mentis uocauerunt. Auditus enim (teste Aristotele) disciplinæ sensus est. Et qui eo carent disciplinā non capiunt, qui uero audiunt, & si cœci sunt, plurima & discere & docere apti sunt. Didimus cœcus uir

literatissi-

literatißimus, et ſacræ ſcripturæ ſacramẽta doctiſ-
ſimus tẽpore Antonij abbatis floruit in Aegypto.
Beda quoq; in omni diſciplina & in ſacra lege ap-
primè eruditus cœcus fuit. Aurium dolores ob re-
frigerationem fiunt, quæ à uentis fit, uel aquis frigi
dis, uel medicaminibus in quibus lauãtur, & ex ar
dore uel ex cutis meatu, uel introrſus ex neruo au-
ditorio ſignificatur dolor, et ex ſpiritu flatuoſo me
atũ nõ habẽs. Frigore ſolo factũ dolorẽ calefacien
tia ſtatim curãt. Cepa igitur uel alliũ ebulliẽs in o-
leo medetur cũctis refrigerationib. ſunt q euphor
bium admodũ paucũ multo oleo admixto utantur,
aut pipere accuratißimè diſſoluto cũ uino & oleo.
Prodeſt autẽ etiam amaracinũ, & optima nardus,
& laurinũ oleum, et ruta oleo cocta dulcißimo plu
rimũ cõfert. Cum aũt medicaminoſa aqua in meatũ
auris infuſa fuerit, ſtatim oleũ infundere prodeſt
abluẽdo aurẽ & molli lana macerãdo, prodeſt eti
am multũ ſi oui tenue, & albumẽ infundas cũ lacte
mulieris tepidũ immittendo. Cũcta nanq; adhibean
tur mediocriter calida. Iuuat autẽ ipſos etiã adeps
anſerina. Plurimũ nanq; per os exugens attrahit
aquã, uel calamo exugendo uel cãnali inſtilla cũ ce
pæ cũ adipe anſerina, id nãq; ualde parat. At ſi qs
eo pede ſubſultet, ac eo lateris ſuccußu moueatur,
unde

unde auris dolor uexat, facile aqua excutitur. Si auris dolor cum pondere capitis fuerit, craßi & pituitosi in causa sunt doloris humores, id potueris ex antecedente uictu deprehendere. Nitrum igitur atq; Aphronitrum auricularibus medicaminib. admiscebis, album quoq; & nigrum elleborum, amygdalaq; amara, & aristolochiam, & cucumer agreste, & bryoniæ radicem, & centaurij magni radicem, & parui comam, & irim, casiam, ac prorsus cuncta amara sine morsu ac molestia purgant meatus & abstergunt, secantq; oppilata ex craßis humoribus. Appolonij medicamẽ ad subitos sonitus, & sibilos in auribus factos: Acetum acutißimũ calefacito, & instillato, uel acetum cum rosaceo calefacito & infundito. Si perdurarit cuminum, rutam, anetũ, & gith coquito cum aceto immitendoq; rosaceum utere. Quibus uero obest audiendi difficultas, purgandi sunt hiera, uel ex aloë, & colochintide catopotijs. Rursus omnis piscis fel infusum iuuat, & perdicis & capræ. Vbi uermes orti sunt, protrahendi oriculario specillo sunt. Si longius, medicamentis enecandi. Cauendumq; ne postea nascãtur, ad utrunq; proficit album ueratrũ cum aco contritum. Elui aurem oportet uino in quo marubium decoctum sit.

Ex traditione Pęnorum & Arabum.


Egritudinum quæ in auribus fiũt, alia est cuius causa est malitia complexionis tantum, & alia est cuius causa est oppilatio, & alia est quæ fit ex uentositatibus großis quibus non est penetratio. Et alia est quæ fit ex apostemate. Et alia quæ fit ex ulcere quod est in foramine auditus. In pluribus autem horum accidunt propter illud dolores in membro de superfluitate sensus. Constantinus: Paßio auditus triplex esse uidetur, uel enim ex toto aufertur, & surditas uocatur, uel pars solum aufertur, & auditus fit grauitas, uel fit extra naturam, sicut cum auditur molendini sonus, siue cuiuslibet rei sibilus. Si ex apostemate uel alijs supradictis careant, auriculæ tamen sonitum uideãtur retinere, intelligendum est ex grossa esse uentositate, uel ex uiscosis humoribus, uel ex auditus defectione, uel qualibet alia re intercidente. Aliquãdo etiam patiũtur ex acumine sui sensus. Si ex grossa sit uentositate continuum erit, si ex großis sit humoribus uel uiscosis, grauitas infirmo gignitur, non tamen tam grauis sicut prior. Aliquando auriculæ ex complexionis patiuntur mutatione in frigiditatem, siue calorem, uel de rebus interius nascentibus

tibus

tibus sicut humoribus, uel de exterioribus, sicut aëris frigiditate uel caliditate. Ex calore sentit ardorem nimium, & refrigeratur frigore aëris, & ecõtrario in frigido. Et aliquando auriculæ patiuntur ex sanie. Si autem doluerit nimis à medicaminibus, incipiatur à extinguentib. dolorem. Si sanguis subito & sine dolore ab auribus exeat, nec aliquid aliud extrinsecus siue intrinsecus antecedat, intelligitur causa esse in capite quam natura laborat expellere. Auicenna: Nocumenta auditus quandoq; accidũt secundum semitam crisium, & secundum semitam permutationis materiæ in fine ægritudinum acutarum, quandoq; remanet post recessionẽ febris grauitas capitis, et quandoq; fit nocumentum quod est huius capituli. In dolore uero & grauitate communicant omnia, quæ sunt ex apostemate, & materia ubicunq; sint. Et ne intendes ad curationem eius adhibenda stiptica & apocrústica in principio, imò adiuues ad trahendum materiam ad apostemata cũ omni ingenio, etiam cum uentosis si non fuerit uelocis attractionis.

Neotericorum de hoc sententia.

PAssiones plures accidunt auribus, aut in auditu, aut in sibilo, aut in tinnitu, aut in dolore, aut in sanie, aut in

qualibet parte præter naturam ibidem contentã, ut apoſtemate, uel ſolutione continuatis. Iſtæ autẽ paßiones cauſas habent proprias in aure, aut in cerebro, aut in toto corpore. Adeſt ergo nocumentum in auribus, uel ex paßione, uel ex compaßione. Si ergo fiat ex compaßione, ut ſi cauſa in cerebro ſit, uel in toto corpore, ſignificatur ex nocumẽto aliorum ſenſuũ, & motuum, et ex mala complexione, uel diſpoſitione corporis & grauedine capitis & dolore. Si autem ſit ex ipſa aurium paßione, non oportet quod in alijs apprehenſiuis & motiuis aliquod ſit nocumentum. Hoc circa aures communiter eſt prænotandum. In manatione ſaniei ex aure, ſingulo die beneficium habeat uentris ſaltem ſemel, et ſi non naturaliter ſaltem artificialiter cum enemate infra ſcripto. Non ſtet in lecto amplius nouẽ horis, & in hyeme non dormiat plus ſeptẽ horis. Aërem cohabitet ſiccum & debitæ caliditatis. Portet caput cõuenienter calidum et magis in nocte quàm in die. Non teneat aures obturatas & proprie de nocte, ſed ſolũ coopertas. Iaceat de nocte ſuper aure unde fluit ſanies, exercitetur cõuenienter & proprie ſtomacho ieiuno mane & ſero, euitet melãcholias quantum poteſt, utatur gaudio uirtuoſo. Enema diuerſiuum & materierum communium eductiuum:

uum: Recip. fol bliti, maluarũ ana. M. 1. mercurialis. M. 2. ſaluiæ, ſtœchados ana. M. s. florũ chamomilæ ℥. s. ſeminum fœnugræci ʒ. 6. uitellũ oui. 1. caſiæ fiſtulæ ℥. 1. hieræpicræ, ſachari rub. ana. ℥. s. olei communis ℥. 3. ſalis ʒ. 1. et fiat clyſter, ut decet ſecundũ artem. Solutiuum minoratiuũ materierum in capite & ſtomacho peccantiũ uſuale & facile: Recip. Pil. de hiera ſimplici ℈. 2. ſalis gemmæ, zingib. ana. gran. 1. agarici ℈. 1. iſtud ſolutiuũ aſſumat in aurora, deinde dormiat per horã tantum. Quibus pilulis poteſt uti à tribus ad 5. ad libitum omnibus diebus 10. cum modis ſuis. Digeſtiuum dictæ materiæ et cerebri cõfortatiuum: Recip. Aquarũ ſaluiæ, uiolarum ana. ℥. 1. zingib. albi ʒ. 1. aquæ maioranæ ℥. 1. iſtud digeſtiuũ aſſumat calidũ per octo dies. Aliud ſolutiuũ & eradicatiuũ: Recip: Pil. de hiera ſimplici Gal. ℈. 2 agarici ℈. 1. miſce, & cum diaphœnicone q. ſufficit fiant pil. 7. Iſtud ſumat in aurora modo quo ſupra, quod ſolutiuum accipiat tantum ſemel poſt digeſtionem. Lotio à capite diuerſiua brachiorũ et crurium: Recip. Florũ chamomilæ, melliloti. ana. M. 2. ſaluiæ. M. 1. ſtœchados M. 1. s. uiolarum ℈. 1. lactucæ M. s miſce, & bulliãt in ſufficienti aqua ad tertiæ partis conſumptionẽ, & lauẽtur brachia à cubito infra, & crura à genu infra om

ni die ſemel aut bis ad libitum ante prandium, uel cœnam, utatur diebus alternis tota hebdomada ſingulis menſibus, & uti incipiat die ſequenti diem aſſumptiõis ſolutiui eradicatiui. Medicinæ ponẽdæ in aure à qua fluit ſanies: Recipe. Aquæ mellis ℥.3. aloës, thuris ana. ℈.2. myrrhæ ℈.s. Iſtius aquæ duas aut tres guttas tepidas ponat in aurem per horã ante cœnam diebus alternis, deinde teneat aurem obturatam per unam aut duas horas, & poſt aurẽ obturet, deinde dormiat cum aure cooperta, ſed foramine obturato. Mixtura: Recipe aluminis uſti, mellis ana. ʒ.1. miſce. inuoluatur tenta cum mixtura cum tenta linea & breui, et in aurẽ ponatur per horam ante cœnam cum modis in impoſitione aquæ ſupra ſcriptæ, deinde cum uadit dormitum extrahat tentam ab aure qua utatur diebus ſex intermiſsis in ſpatio. lx. dierum & ea utatur reiterando. Mixtura alia: Recip. Olei amygdalarum amararum ℥.2. myrrhæ ℈.s. croci. gran.3. aloës ℈.1. miſce, dum præſumptio eſt futuri doloris auris, tunc iſtius olei tepidi duas aut tres guttas in aurem ante cœnam imponat cum modis deſcriptis in uſu aquæ mellis, quo oleo ſolum utatur præcedentibus digeſtiuo & ſolutiuo & enemate ſupraſcriptis, & dolore præſente aut præſumptiuo de proximo fieri.

Ad

Ad ulcera in aure sumatur secundum Rasim sarcocolla, thus, myrrha, spuma maris, baurac, bolum armenum, scoria ferri, flos æris & aloës, deinde abluatur cum aqua & aceto tribus uicibus, post inuoluatur licinium cum melle in medicamine & ponatur in ea, de medicamine fiant collyria, & cum necesse fuerit distilletur in eam semel cum aqua mellis, deinde administretur licinium. Quando egreditur sanguis ex aure absq; percussione & ulcere, distilletur in ea succus porri permixtus cum aceto, aut succus granati elixati cum aceto, aut dissoluatur in aqua mellis in quo sunt mel & sarcocolla, & si fuerit antiquum sume scoriam ferri, & infunde in aceto mense uno & sit acetum apud te, et effundatur ex eo in aurem ex qua egreditur humiditas. Et quando fit dolor in aure ex paruis animalibus ingredientibus in eam, distilletur in ea aqua in qua dissoluta sint aloë & succus foliorum capparis, aut succus absinthij, aut acetum forte, & sit totum calefactum. Cum ergo sedatur dolor, & remanet grauitas fac eum sternutare cum condisi, & retine ambas nares & iam infusum sit ante illud oleum tepidum. Et similiter est cura uermis in aure. Ad sibilum aurium post purgationem distilletur frequenter in aure hoc medicamen: Recipe succi

porri ℥.1. succi maioranæ, succi rutæ ana ℥ s. castorij ℈.1. musci granum.1. misceantur omnia & bene incorporentur, & tepefiat quando distilletur. Ad dolorē auris uehementē: Recip. Farinæ fabarū unc.2. decoquātur in uino cocto et deponātur desuper. Ad surditatē syrupus: Recip. Acori, stœchados arabici, passularū ana. unc. s. liquiricæ, radicū fœniculi, cinamomi ana. ℥.2. mellis lib. s. fiat syrupus. Sumpto syrupo per sex dies, purgetur cum pilulis cochijs Almansoris ʒ.1. deinde omni septimana sumat ʒ.1. harum pilularum: Recip. Cinnamomi, zinziberis, xylobalsami, carpobalsami, acori ana. ʒ.s. spicæ, croci ana. ℈.1. rosarum rub ʒ.s. aloës succotrini & epatici ana. ʒ.3. fiant pilulæ cum succo fœniculi, sumat sero quando uadit ad lectum alleuiata cœna. Facta prima purgatione incipiat omni sero quando uadit dormitum sumere ʒ.1. huius mixtionis: Recip. Pliris arcoticon drach.2. diamargaritonis unc.1. misceantur, & non bibat cum ea, continuet longo tempore. Facta prima purgatione, incipiat distillare in aurem hec: Recip. Vini subtilis parū dulcis, urinæ pueri ana. unc 1. bulliant, cum unc. 1. mellis, & si cum hoc non uidetur fieri sufficiens abstersio, addatur parum unguenti Aegyptiaci secundum Mesue. Quando autem existimatum fuerit

quod

quod mundificatio facta fuerit, fiat hoc medicamẽ: Recip. Olibani, sarcocollæ, myrrhæ, aloës ana. ʒ. 1. dissoluatur cum uino & cum licinio ponatur in aure. Ad dolorem auris postquàm transiuit principium, oleum de corticibus ouorum commendatur ab Auenzoar, cui debes credere. Item emplastrum farinæ seminis altcæ, florũ chamomilæ ana. unc. 2. coquantur in uino dulci, & postea accipiatur cepe ualde coctũ, & misceatur cũ his, & ponatur desup.

De ęgritudinibus nasi, dentium, gingiuarum, & oris. Cap. XV.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

EMinentior faciei pars est nasus, chartilaginosus, ab osse incipit quod est inter supercilia, & hunum nominamus, qui in globulum desinit: mouetur in homine labrorum superiorum motu, in canibus sua neruorum syrigia mouentur, & contrahuntur, hac parte aërem attrahimus reddimusq́; hinc sternutamenta ciũtur, quoniam ad cerebrum certam uiam habet, polypus & carcimomata nasum infestant. Narium uena si inciditur, adeo sanguinem indesinenter quandoq; fundit, ut sistendi modus non sit. Dentem ab edendo quidam appellatum uolunt quasi edentem. Alij

autem aliter deductum esse uolunt. In dentium autem dolore, qui ipse quoq; maximis tormentis annumerari potest, à medicis remedia plurima accepta sunt, in quibus uide Celsum lib. sexto, capite 9. Sed agrestium experimento cognitum est, cum dẽs dolet, herbam mentastrum cum suis radicibus uelli debere, & in peluem conijci, supráq; aquam infundi, colariq; iuxta sedentem hominem undiq; ueste contectum, tum in peluem candentes silices demitti, sic ut aqua tegantur, hominemq; eum hiante ore uaporem excipere undiq; inclusum. Nam & sudor plurimus sequitur, & per os continens pituita defluit, idq; sæpe longiorem sæpe annuam ualetudinem bonam præstat. Hulcera autem quæ in meatibus nasi simpliciora curant, Andronius, Pasionq;, & Polydes, & Antonius Musa, & Bythimus, aliquando quidem uino dulci pastillos dissoluendo, quandoq; austero, aliquando ex aceto uinoso uel acuto iuxta casus morbi, inuenerunt medicaminum usus. Archigenes autem pinguibus in talibus usus est, plumbi scoriam dissoluendo cum uino uetere et myrtino cuiuslibet æqua parte coxit uase testaceo in prunis aßidue mouendo, cumq; spißiculatum lubricumq; fuerit medicamen tollit in pyxidẽ plũbeam, ibiq; custodit. Oribasij ad narium hulcera: Lythargiri

thargiri ʒ.6. plũbi uſti et loti ʒ.4.myrrhæ,aloës,
ana ʒ.2.cicidia ʒ.cum uino myrthino utere.Aliud
eiuſdem ad ſimpliciora naſi hulcera:Lythargiri ʒ.
6.ceruſæ ʒ.8.corticis pomi punici ʒ.4.aluminis
ſciſsi ʒ.3.uino diſſolue,& myrthinum immitte o-
leum,cuſtodi in plumbeo uaſe & utitor.Appoloni
us autem in narium ſanguinis eruptione pollicem
pedis digitum,inquit,liga pacabisq́; multam,quæq́;
cohiberi non poßit ſanguinis eruptionem, geſtetur
aqua pluuia frigida in ore,cucurbitulam in occipite
imò admoue cum ablatione. Inteſtinis magnam
admoue cucurbitulam, ſi dextra pars ſanguinem
profundit, ſi autem ſiniſtra, ſpleni. Ad cuncta
in labijs hulcera ex uitioſaque conſuetudine, O-
ſtrea exuſta diſſolutiſsima inſparge. Quidam e-
tiam non exuſta ſed diſſolutiſsima aiunt indidiſſe,
& aſſecutos quod uolebant. Ad motos dentes,
& cruentas gingiuas medicandas, ſiſtetq́; proflu-
entem pituitam & dentes albos reddit: Aluminis
ſciſsi unciæ 4.maſtiches uncia, libani drachmæ 4.
foliorum drach ʒ. ſemis,immittito porro in den-
tem dolore affectum, ac contineto quo ad os ſpu-
to imbuatur, tum expuatur. Ad malas ſine ta-
be et immotas cuſtodiendas:Bryoniæ albæ,racemo
rum ſucci, libra & dimidia, mori corticis radi-

cis

cis unc.6.coque,ut ad dimidium redeat,datoq́; calidum in ore cõtinendum,qui eo utetur, dolore nullo affligetur dentium.

Quid de his Peni & Arabes ſentiant.

ALiquãdo homines fætores in naribus patiuntur horrendos,qui multipliciter eſſe uidentur,uel enim ex humoribus ſalſis et fœtidis à capite deſcendentibus,ſeu ex alijs nõ ſalſis humoribus, & uulneribus puſtulis ſeu apoſtematibus exiſtentibus fœtentibus generantur. Aliquando ſanguis è naribus fluit,& aliquando eſt utilis & aliquando nõ utilis, ut in cauſone & phrenesi contingit,& in menſtruis,et catarrhis calidis ex motu naturæ et ſanguinis.Nõ bonus eſt fluxus ſi ex nimio eſt calore in corpore interiori,q̃ cũ bulliat fumũ aſcendere facit ad capitis partes ſuperiores,et implens uenas crepat,& eas currere facit, aliquando in uenis per ſe crepatis fluxus fit ſanguinis. Et labia aliquando fiſſuras, aliquando puſtulas patiuntur ſeu uulnera,quod ex acutis contingit humoribus, & his ſubueniendum eſt cum oleo roſato uel uiolato,& cum cæra & oleo roſato.Si puſtulæ ſint humidæ,roſa ſicca cum gumma temperata labia unge, cum ſantalis rub.roſa, gumma arabica, ceruſa temperata cum aqua roſarum. Si multa ſit concaui

tas, axungia anseris, capræ, uel medullæ bouinæ labia inungat. Auicenna: Os est uas uniuersale locutionis in homine & uociferationis, in reliquis animalibus quæ uociferant ex sufflatu. Lingua autē est ex instrumentis conuersionis cibi masticati, & incisio uel sculptura uocis, & extractio literarum, & discretio gustus. Et asperitas quidem linguæ sequitur siccitatem, & planities sequitur humiditatem, & opportunius quidem bibuntur appropriata linguæ post cibum. Et quandoq; apostematur lingua propter potum uenenorum, sicut fungorum & opij. Et quidem erat cui apostema erat in lingua, & somniauit se tenere in ore succum lactucæ & fecit & sanatus est integrè. Et quando apparēt in febre acuta bothor nigre in lingua, moritur infirmus in die secundo. Et phlebotomia confert omnibus ægritudinibus oris calidis. Si autem causa fœtoris oris est humor cholericus putrefactus in stomacho, aut in toto corpore, tunc non est aliquid magis conferens ei quàm chrysimola humida ieiune. Dentes autem sunt ex summa oßium, quib. inest sensus propter illud quod uenit ad eos ex neruis à cerebro procedentibus leuibus. Et accidit dentibus stupor, & est species dolorum eorum. Et accidunt species apostematum, & illud non est mirum. Omne enim

quod

quod recipit extensionem cum augmento nut: imẽ ti non elongatur quin recipiat extensionem cum su perfluitate. Porri enim uehementer nocent dentibus & gingiuæ proprietate sua. Si dolor est in dente remouetur cum eradicatione, & quando est in neruo quãdoq; remouetur cum eradicatione, et quã doq; nõ. Stridor dentium in somno est ei sicut spasmus, & quando multiplicatur indicat apoplexiam aut epilepsiã, aut spasmũ, aut uermes in uentre, & iste est habens uicißitudines. Congelatio est stupor quidam accidens denti propter causam retentam, quæ est stipitica aut põtica proueniẽs ab intus uel ab extra, et quãdoq; fit ex imaginatione æstimatiua cum præsens est ille qui masticat acetũ masticando cum transmißione. Idem Fen. Auicẽna octaua. Cum aũt gingiua non cessat superari & apostematur, et non sanatur, tunc indiget cauterio. Duo labia creata sunt ad cooperiendũ et os et dẽtes, & ad decorẽ & ad retinẽdum saliuam, et in hominib. ad loquendũ Rasis: Fluxus sanguinis nariũ fit propter crisim, & signa eius sunt, fit post aliquã febriũ acutarum, et nõ oportet ut restringatur nisi superfluat, & fit sine febre propter acuitatẽ sanguinis qui egreditur ex eis, et signa eius sunt, quod aduenit paulatim, & est uehemẽtis subtilitatis, et fit propter multitudinem

nem ſanguinis in corpore, quare rumpuntur uenæ & arteriæ quæ ſub cerebro ſunt, & eſt difficilis forſitan in quo non ualet cura, & ſigna eius ſunt quod fit poſt dolorem capitis uehementẽ, et rubedo in facie et oculis dominãs, et q̃ præcipue multũ utitur uino, et minorat extractionẽ ſanguinis et uenit cũ impetu uehemẽti, et quãdoq; cõfert in eo ut diſtilletur in naſo aqua niuis. Cõfectio medicaminis auferẽtis dolorẽ naſi: Myrrha, galla, colcothar, cortices granatorũ, calamus aromaticus, gariophil. et terantur & humectetur naſus cum licinio infuſo in uino odorifero, deinde ſuffletur in eum & inuoluatur liciniũ & intromittatur in naſum. Confectio medicaminis ad fluxum ſanguinis ex naribus: Aloẽs, thus, balauſtiæ, calx uiua, puluis molendini, gipſum, gallæ, terãtur cum alcohol. & ſuffletur in naſum & mittatur in naſum licinium. Ad fætorem oris: Recip. Extremitatũ myrti humidæ, cinnamomi, emblici, cyperi, ſpicæ, corticũ citri, foliorũ ſquinanti, maſtiches ana. galliæ, gariophil. nucis muſcatæ, cubebæ, zingib. ana. part. s. aggregẽtur cũ paſſis enucleatis quæ ſint duplum totius, & ſumatur ex eo ſicut nux cũ uino odorifero, et ſit poſt uomitum et ſolutionem uẽtris aliquotiens, et abſtineat à cibis uiſcoſis, et pinguibus. Confectio medicaminis ad grauitatem linguæ:

Sal armoniacum, pyrethrum, staphisagria, sinapis, piper, acorus ana. terantur & fricetur cum eis sub lingua, & supra ipsam in die multotiens. Cõfectio ad uuluam cadentem: Gallæ, balaustiæ, sal armoniacum, ana. & sufflentur super ipsam & ponantur super choclearium & eleuetur cum ea. Confectio theriacæ ad dentes experta: Asse, opij, myrrhæ, castorij ana. conficiantur cum melle. Confectio faciens stare dentes ne corrodentur: impleantur corallo & mastiche. Confectio dentifricij stringentis gingiuas & dentes, conferens rubedini eorũ: balaustiæ, spodij, rosæ cõtritæ, carmesich, alumen ana, fiat ut supra gingiuam adhæreant.

Ex traditione autorum recentium.

NAsus uocatur organum olfactus quod ex quatuor componitur, scilicet ex quibusdam carunculis neruosis à prora capitis descendentibus, quæ sunt similes capitibus mamillarum, & hæ carunculæ principale et propriũ sunt organum. Secundum est os concauum per cuius cõcauitatem ingreditur aër ferens odorem. Tertium est cartilagines colligentes et conformantes illum aërem cum odore. Quartum est lacertus per quem attrahitur & insufflatur & exufflatur aër. Cartilagines autem appellantur nares, horum autem quatuor

tuor collectio dicitur nasus. Galenus quinto de sim plici medicina dicit, quod nullum est excellentius remedium quàm compositio ex aloë & thure. In corporentur enim adinuicem cum albumine oui, di cit quod excedit omne remedium ad retentionem sanguinis, non autem est timendū de aloë: & si ape riat orifitia uenarū, hoc habet solum ueritatem ex-hibitū per interius, per exterius habet uirtutē gluti natiuā. Succus etiam basiliconis à proprietate curat attrahēdo eum per nares, uel cū licinijs appositus. Stercus etiam asininum exiccatum & in puluerem redactum, & insufflando in nares. Etiam ualet li-matia cum testa assata, & in puluerē redacta, & in sufflata in nares, uel incorporatus in albumine oui & intinctus ut supra. Item ualet bursa pastoris cir ca dolorem dentiū à materia frigida, primo solua-tur cum pil. cochijs. Calefactoriū cū pānitio, chamo mila, aceto, absinthio, milio, sale multū ualet. Collu tio cū uino calido uel aceto bullitionis sandarachæ, aut pyrethri, calamenti, origani, piperis, sinapis, multum ualet. Liniatur dens in quo est dolor cum theriaca. Fiat etiā collutio oris cū aceto bullitionis colochyntidis, aut alliorum, aut pyrethri, aut saxi-fragiæ, aut corticum radicum capparis, aut ex aceto quod multū bullierit in testa colochyntidis. Ad fæ

torem nasi & humorem uel putredinem existētem intus: Recip. Centaurij minoris. M. 1. bulliat in uino uel aqua tamdiu quousq; exiccetur, postea mittatur in nasum, & est remedium Auenzoar. Ad fœtorem oris: Lauetur os cū aceto decoctionis mētæ, balaustiæ, uel leuistici, uel maratri & panno bene aspero fricentur, ne quid ibi remaneat. Granū solis ore ieiuno omni mane teneatur. Theriaca cum methridato admixto succo mētæ illiniatur os. Vtatur pilulis in omni fœtore oris stomachū rectificātibus, & fœtorem palliātibus: Recip. gariophylatæ, nucis muscatæ, cinnamomi, macis, ana. ʒ. 7. santali rub. ʒ. 6. cubebarū ʒ 5. cardamomi ʒ 4. ligni aloës ℥. 1. galliæ muscatæ ʒ. 5. fac puluerē, tempera cum succo mentæ forma pilulas in modum ciceris, unam teneat uel duas sub lingua. Item fiat puluis de aloë optimo, & distemperetur cum succo absinthij in modū Syrupi, de hoc accipiat mane tria cochlearia, quibus acceptis accipiat alia tria statim de melle, quod fiat quotidie, hoc solo multi curati sunt. Quādo fœtor oris fit uitio dentium, dentes fricentur cū puluere cornu cerui combusti, uel: Recip. Cancrorum fluuialium, species aromaticas & camphorā. Generaliter omnia electuaria aromatica & calida placēt cōtra fœtorē oris. Cōfectio contra grauitatē linguæ:

Recip.

Recip.zingib.galangæ ana.ʒ.1.macis, nucis muscatæ,cardamomi,croci,xyloaloës, zedoariæ, doronici ana.ʒ.1.spicæ,garioph.been albi & rub. ana.℈.1.pinearũ mundatarum ʒ.s.ser . nisi, fœniculi, ana ℈.2.musci,ambræ ana.gran.3.pulueris sachari lib.1.dissoluatur sacharum in aqua decoctionis acori,& fiat confectio in uase. Confectio ad idem: Recip.Cinnamomi ℥.s. gariophil. croci, ana.℈.2. macis,cardamomi ana.ʒ.s nucis muscatæ ℈.1.fisticorum ℥.passularum,pinearum mundatarum,ana.℥.6.sachari albi lib.1.fiat confectio, aromatizetur cum ambræ bonæ.gran.3. Pilulæ quas quandoq; sumat in hebdomada:Recip.Azari,salis gemmæ, foliorũ sene ana.ʒ.1.myrrhæ, macis ana.℈.6.aloës succocitrini ʒ.5.fiant pilulæ cum succo fœniculi.

Finis libri secundi.

SIMPHORIANI CHAMPERII,

Liber II.

De Synanche, quam nostri corrupto uocabulo squinantiam uocant. Cap. I.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Συνάγχη Græcè, Latinè angina dicitur, quæ uulgo perperam squinantia dicitur, quod nec Latinum nec Græcum puto. Verum Synãtia locus est ubi duæ ualles conueniunt. Est igitur angina apostema gutturis, quod angat & strangulet fauces, à multis etiam Tonsillæ dicuntur. Plinius autem differentiam facere uidetur. Synanche autẽ dicitur à σὺν & ἄγχω quod nos ango dicimus, hoc etiã morbo sues infestantur. Galenus ait: Qualiscunq; morbus in gula uenerit et inflatione sua spiritum tenuerit, synantia, id est, suffocatio uocanda erit. Causæ multæ, inquit Aretæus, sunt anginæ, præcipua est refrigeratio ex multo æstu, & plagæ & ossa piscium cum faucibus inhæserint, potusq; frigidi. Archigenes inquit: Occultæ causa anginæ est, intenti nerui delati ad stomachum, malum hoc sustinẽ-

tes

tes membris inferioribus, pulmone inquam & corde respirandi principio æstuantibus, perturbatis autem arterijs, alijs adiacentibus immittunt partibus, neq; ea grauantur quod in his languoris causa distemperantia sit non angustiæ. Boni igitur, inquit Archigenes, in his sunt uomitus, qui ex elacterio & squama æris cum mellæ illitæ. Ego autem, inquit, hos occulte ab angina ex sinapi gargarisando leuaui, exhausiq; subito in balneum perducens, atq; ita à periculo liberaui, cum pars ea dolens tanquàm lapis esset. Aretæus autem inquit: Principium sit infra umbilicum decurrendo ad latera, & scapulas continue transferendo à loco in locum deducendo ex superius in inferna cucurbitulam, quod si suffocatio admodum properauerit, cũ aqua tere sinapi, quod leuigatum pone linteo, & pectori imponito, ex his commixtionem sinapi, nitrum, hyssopum, scyllam tostam, sulphur extinctum, cuncta cum melle sint, datoq; cochlearium lingendũ. Archigenes aũt inquit: humanum stercus, sani hominis capito, & arefacito, & linteo ligato, & exurito, et dissoluito cũ mellicrato datoq; potandum, hoc præsentaneum remediũ est eis, qui suffocantur. Antonius Musa Cæsaris Augusti medicus, caninum stercus sumit & arefacit, disijcit, et colat et utitur in an

ginis illiniendo cum melle penitißima, ut deglutiat æger. Hoc ualidius esse nõ putat remediũ: Sume, in qt Marcian. æris exusti. ʒ.2. calchãti ʒ.12. myrrhæ ʒ.1. clacterij, aphronitri singulorũ ʒ.1. fellis tauri ni ʒ.4. assumendo cũ melle illinito pẽna q̃ poßis penitißime. Medicamẽ Aesculapij ad tonsillas ita fiat: Cicidũ omphaciorũ ʒ.4. diphrygis ʒ.1. myrrhæ ʒ.3. croci ʒ.3.s mellis quantum sufficiat sine hulcere tõsillas corripit. Cunctis enim hominibus exiguæ sunt carnes à natura productæ ab utraq; faucium parte, ipsæ conseruatæ intra suam mensuram naturalẽ molesti nihil ingerunt. Cum uero morbi proprietate auctæ fuerint, supraq; naturalem suum modum excreuerint, tum potum difficilemq; anhelitum faciunt. ἀντιάδες à Græcis, à nostris tonsillæ nominatæ, ut plurimum citra ardorem sunt, & parum augentur, est etiam cum inflammatur.

Secundum Pœnos & Arabes.



SQuinantia paßio aliquando est ex humoribus à capite ad guttur descendentibus. Aliquando eadem die mortificans uel secunda, uel tertia, quia enim est peracuta & mortifera, ideo hominem subito mortificat & suffocat. Inde squinantia est uocata, quia angustat flatum, ut infirmus neq; cibum poßit, neq; potum recipere, uel

ſi recipiat paruiſsimũ eſt, humores aũt deſcendentes ſanguinolenti ſunt uel cholerici, uel phlegmatici, uel ſalſi, uel uiſcoſi. Ex melancholia enim nunq̃ hoc apoſtema fit, quia hic morbus cito præualet cũ ſit peracutiſsimus. Sed melãcholia per longũ tẽpus operatur, unde impoſsibile eſt eſſe de nigra cholera. Flatus ſquinanticorum propriè eſt longus, cauſa ſuæ longitudinis eſt ſtrictura gutturis, quod cum quantũ ſibi ſufficiat aẽrẽ in impetu trahere ſibi non ualeat, lõgo ſpatio neceſſe eſt ut expleat, anhelitus ergo breuis laudabile ſignum eſt ſquinanticis. Vnde Galen. Peſsimũ eſt genus ſquinantiæ quod infirmũ ad orthopnœã inſequitur, neq; nimiũ dolorem uel anguſtiã feciſſe uiditur exterius. In gula ſiue in collo ſi tumor non apparet neque rubor, minor in peſsimitate eſt. Si cũ tumore & rubore in gula & collo facit dolorẽ nimiũ, minor eſt in gradu tertio, cuius nõ minus dolor neq; flatus anguſtioſus, hic ergo nõ in gutture, ſed in collo, uel in gula, uel in utroque eſt. Auicenna: Ex præfocationibus quædam phlegmatica eſt magis incolumis, & eius ſanatio eſt uelocior & facilior, & quandoq; prolongatur 40. diebus. Et omne apoſtema præfocatiuum aut interficit, aut mutatur materia eius, aut collectionẽ facit & ſuppuratur. Et omnis ſquinanticus qui

moritur, spasmatur in primis. Oportet ut euacuetur in principio uniuscuiq; illorum materia, faciens illud cum phlebotomia & solutione uentris, ut attrahatur materia ad partẽ diuersam saltẽ cum uentosis super loca longinqua opposita ei, & ligatione extremitatũ dolorosa. Et nõ postponatur phlebotomia uenæ quæ est sub lingua, imò oportet ut aperiatur illa in eadẽ die, saltẽ in dispositione separationis prædictæ, scilicet phlebotomiæ, intellige hũc canonem, ut nõ sit repletio in toto, sed sit superfluitas tantũ in parte gutturis. Et ex eis quæ sunt uehementis iuuaminis, est inceptio administrationis clysteriorum fortium, nisi febris prohibeat, tunc enim sit contentus clysteribus lenibus. Et cum deglutitio sit difficilis, ponantur uentosæ super collum apud spondilem secundam, & dilatetur meatus, & deglutiat illud quod sorbet ex cibis, cumq; illud compleuerit remoueantur uentosæ. Et quandoq; intromittitur in gutture cannula facta de auro & argento, & similibus adiuuando ad inspirandũ. Mesue: Synanchia terminatur secundũ unum trium modorum, aut enim resoluitur, aut suppuratur, aut permutatur. Sed cum ad maturationẽ peruentũ fuerit, tunc ad apostematis apertionẽ studendũ est cũ medicamentis proprié aggregantib. intentiones duas

aper-

apertionis scilicet & lenificationis, uerbi gratia sicut ex medicamentis acutis, sicut balaustia, aut stercus hyrundinum misceat cum aliquo eorũ, quod est sicut succus herbæ albedusar, quoniã est sublimis. Rerum autem aperientium apostemationem huiusmodi sunt: sal armoniacũ propriè, & baurach, myrrha, assa fœtida, stercus canis albi qui diu pastus est oßibus, stercus hyrundinis. Et si adhuc non aperiatur ex istis, currendum ad apertionem eius cum ferro. Et sunt scindentes huiusmodi apostemata cum unguibus postquàm immiserint digitos in guttur, cum autem manare cœperit sanies, locetur super faciem suam & liniatur guttur ipsius, & palatum fricando ipsum digitis cum melle uel sale pauco, & frequententur gargarizationes ex eis & mundificetur locus.

Ex traditione autorum recentium.

GUttur spacium dicitur superius cãnæ pulmonis, quæ est uia anhelitus, supra quam dependet uuula. In radice enim linguæ duo sunt foramina, unum est uia cibi, & dicitur meri siue œsophagus, & aliud quod est uia anhelitus, & dicitur ἐπιγλόττ[ω]ρ siue guttur. In hoc ergo loco quandoq; ingreditur uel aggregatur cibus, unde sequitur strãgulatio, quãdoq; infigitur spina, uel ari

ſta,uel os,uel aliquid conſimile,uel ſanguiſuga, & aliquando ibi apoſtema generatur,uel compreßio, uel coarctatio,unde impeditur uox,uel deſtruitur, uel patiens ſuffocatur. Hæc omnia communia ſunt gutturi et œſophago,quia guttur deſeruit membris ſpiritualibus, ſicut œſophagus uel meri membris nutritiuis. In hac paßiõe prohibetur aër intrare ad pulmonẽ,quæ aliquãdo accidit propter medicinas uenenoſas pulmonẽ comprimentes, aliquando propter nimiam frigiditatem conſtringentem, & aliquando propter apoſtema quod eſt in gutture uel œſophago,uel propter nimiã ſiccitatem lacertorũ patitur,unde uia aëris oppilatur, uel propter diſſociationẽ ſpõdiliũ colli,unde uia aëris et cibi coarctatur. Spatio uero gutturis poteſt impediri propter apoſtema,quod oppilat meatus gutturis,aliquãdo propter cõpreßionẽ et dislocationẽ ſpondiliũ colli, aliquãdo ꝓptermalã cõplexionẽ ſiccã et humidã,unde debilitatur uirtus motiua lacertorũ. Hoc apoſtema ſcilicet ſquinanticũ quadripartitũ eſt, aut enim eſt in lacertis exteriorib. gutturis, et longe ab orifitio ſuꝑiori cãnæ, unde apparet rub. magna uerſus pectus, aut eſt in lacertis ſuperiorib. gutturis uerſus orificiũ ſuꝑius,unde apparet rubor et tumor ĩ ore, aut eſt in lacertis intrinſecis meri quib. cibus deglutitur,

titur, unde coarctat uiã aëris ꝑpter uicinitatẽ, uel in illa distãtia quæ est inter illa duo foramina, et hoc est in omnib magis piculosa, quoniã oppilat utrãq; uiam, hæc duo ultima sensui nõ apparẽt. Synanchia autem in qua os tenetur apertum, & lingua manet extensa, magis est periculosa, & interficit quãdoq; in prima die & raro durat usq; ad quartum, & dicitur canina, & non recipit curam. Omnes autem synanchiæ frequentius accidũt in Vere, et maxime si principiũ Veris sit frigidũ. Omnis synãchia in febre acuta est magis periculosa, quia impeditur euẽtatio, quandoq; magis est necessaria. Item synãchia superueniẽs in die cretica, est periculosa. Synãchia quæ nõ apparet interius in ore, nec exterius in collo, cognoscitur per constrictionem anhelitus, uel quando bibitur aqua redundat ad nares, & per tumorem & ruborem oculorum, & per rigitudinem linguæ, & per difficultatẽ motus eius, & quia uox exit per nares, & est gracilis uox similis uoci catulorum, et collum rigidum est. Si per os spuma exeat mortalis est, uel si anguli oculorũ fiant nigri uel uirides, si pulsus occultetur, & frigeant extrema eadẽ die moritur, uel si sub ascellis frigidus sudor sentiatur. Et quando est à phlegmate inter omnes minorem dolorem infert. Principalis intentio in qua

maior

maior pars curæ consistit ad prohibendum augmẽtum apostematis, est diuersio, & hæc cõpletur per phlebotomiam. Auicenna primo laudat eam usq; ad syncopim, postea timet syncopim dicendo, quod est timendum uirtute existente de illi, quia nõ possunt cibum accipere. Maxima existente repletione, debet fieri de saphena, postea de basilica uel nigra, deinde de cephalica, & nõ primo à cephalica, quia plus de materia traheretur ad superiora quàm eua cuaretur, potest etiam fieri magis uel minus copiosa secundum diuersitatẽ corporũ, & relinquitur discretioni medici. Auicẽna timet solutiua fortia, quia agitant humores, qui postea fluunt ad locũ apostematis & maximè in principio, debilia uero possumus exhibere ut: Recipe Prunorum, thamarindorum ana. ℥.1.s. coquantur cum ℥.8. aquæ ad consumptionẽ tertiæ partis, decoctiõi admisceatur mãnæ electæ ℥.1.s. & fiat potio. Diuertimus cum clysterijs, quæ non sunt acuta, nec multũ fortia. Diuertimus etiam cũ applicatione uentosarũ in spatulis, in adiutorijs brachiorũ, sed primo applicandæ sunt in partib. inferiorib. quia magis diuertũt. Diuertimus etiam cum fricationib. extremitatũ in aqua calida. Est ingeniũ etiã uulgare cum fricatione cõpressiua facta in parte syluestri brachiorum, propè iun

ðuram

ɛturam manus, ubi inueniuntur quædam parua, ad modum nerui, quæ tandiu fricentur quousq; uideãtur deleta, quod fieri non poteſt abſq; dolore, et ſic cum dolore diuertunt. Item ligetur modicum ſpongiæ cum fortiſsimo filo & in melle intingatur, deinde præcipiatur trãſglutiri, trãſglutitum fortiter extrahatur, hoc enim rumpit apoſtema & materiã à loco remouet. Idem facit fruſtum carnis aliquantulum pinguis fortiter ligatum & extractum. Inuoluatur locus cum lana ſuccida infuſa in decoctione hyſſopi, appoſito oleo oliuarũ uel camomæleon. Item in cauſa frigid. bulliatur in uino fortiter agrippa, marciaton, dialthæa, poſtea ſtupæ ibidem intinctæ circa collum inuoluantur, iſtud reſoluit & diaphoreſim operatur & ſedat dolorem. Item locus inungatur cum melle in quo decocti ſunt anacardi. Gargariſmus fiat in fine augmenti & in ſtatu cum diſſolutiuis, ut eſt oximel, ſinapi, caſtoriũ et coſtum.

De tuſsi. Cap. II.

Iuxta traditionem Græcorum & Latinorum.

TVſsis ferè propter faucium exulcerationẽ moleſta eſt quæ multis modis contrahitur, itaq; illis reſtitutis ipſa finitur. Solet tamen interdum per ſe quoq; male habere, & uix cum uetus facta eſt eliditur, ac modo arida eſt, mo-

do pituitã citat. Tußis Græcè ab altitudine uocatur, quod à profundo pectoris ueniat. Tußis uariæ sunt causæ. Nam humor à capite in asperã defluens arteriam, tußim efficit, & asperitas sola tunicæ subter illinientis intus asperã arteriam, tußim irritat. Quæ autem inter bibendum, uel comedendum incidunt, tußim mouent. Vermes quoq; in stomacho tumultũ facientes, exiguas irritant tußiculas, succus quoque acutus stomachum perturbans, & quandam irritã tem qualitatem gutturi immittendo tußis facit imaginem, uelut ex eis quæ stomachũ lancinant & sputa faciunt, nulla perturbatione asperam arteriã occupante, distemperantia quoq; frigida respirantiũ instrumentorum tußis causa est. Hi autem tußiunt mediocriter, & sine uiolentia, eo modo ut nõ solum tenere poßint & impedire tußim spiritũ retinẽdo, sed etiam mederi ei sæpe numero, respirationis retentione refrigeratas calefaciendo partes. Auxilia nunc subijciamus insistendo simplicibus medicaminibus. Indefinita igitur à ueterib. tradita remedia sunt huiusmodi: Styrax potus, nucis ponticæ magnitudine tusses pacat, & distillationes, iuuatq; raucitates. Ficus aridæ pingues madefactæ uino dulci cũ fuerint, uinum mixtum sorbendum dato, hoc nanq; attenuat, & educit scindendo & colando. Inspar-

ge dulcedinem ut farinam, & dato ad sorbendum, facitq́; ad αἱμοπτοικούς, id est, excreantes sanguinem. Aliud ad turbantes per noctem tusses. Menthæ ramulus teratur et immittatur acetum cochleari quantitate, dato inde in cubili sorbendum, est autem facile concoquibile & bonũ stomacho, & crassitudinem disijcit. Ad tußim uetustam: Cumini, piperis, seminis urticæ ana ℥. mellis dispumati acetabulũ, facito ut sint leuigatißima, sume inde & bulliant aliquantulum, inde repone, ac utitor prebendo cochlearium. Aliud ad tußim probatum: Nucleorũ pineorum frictorum, amyli, glycirrhizæ, seminis urticæ ana. ʒ. 2. iris, piperis, hyssopi, seminis cartami, amygdalarum amararum ana ℥. mellis egregie dispumati sume quantum satis, datoq́; cochlearij quãtitatem tußienti. Aliud probatũ & facit ad catharros ingentes: Styracis, castorij, piperis, cardamomi ana ʒ. 3. opij, ziziphi, hyoscyami alb. sem. ana. ʒ. 4. sume dulce aliquod uinũ et coquatur & facta ciceris magnitudine dato dormito euntibus.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.



Scias quod tußis non accidit plurimũ nisi ex humiditate quæ currit, & hæc quidẽ humiditas aut est desursum, aut uenit

de in-

de inferioribus. Quæ autem est desursum, à cerebro est. Quæ ab inferioribus, est ex membris quæ nutriunt aut ex membris respirantibus. Et accidit quandoq; tußis absq; humiditate currente ad pectus, imò qui fit in gibbositate epatis, quoniam ipsa impellit & opprimit uelamen. Et quando coarctatur uelamen, coarctatur & pectus, & constringitur. Et quando ambo coarctantur simul, accidit tussis, & fortasse accidit tußis absq; his duab. rebus, scilicet quãdo sentit canna pulmonis mordicationẽ & asperitatẽ, sicut acetũ facit accidere tußim absq; medio. Veruntamen quando aduenit cannæ pulmonis ex eo asperitas, accidit tußis, quoniã quando offenderit uirtus in humiditatẽ, accidit ex eo tußis. Et accidit tußis etiam ex malitia complexionis non rectæ, & hæc est frigida, scilicet quando facit accidere tußim, quod est quoniã plurimũ non accidit nisi ex humiditate. Cum ergo dixi quod tußis accidit ex malitia cõplexionis non rectæ, non significaui quod hoc fit in mẽbris pectoris, imò plurimũ fit in lacertis qui sunt in medio costarũ quatuor expansarum. Et ex eis declaratur q; est uelocioris sanationis. Et quãdo sentis anhelitũ, tunc poßibilis est tibi significatio super unamquãq; specierũ tußis secũdum hũc modum, quod est quia si accidit causa malitiæ cõplexionis

xionis, & si est ex caliditate, tunc qui habet eam sentit inflammationem uehementem in instrumētis anhelitus. Et accidit in facie rubedo, quam sequitur uehemens sitis, & desiderant extinctionem, & iuuātur uento uel attractione aëris frigidi, et quod spuitur est decliue ad choleram in colore suo, & suo sapore. Et si est ex frigiditate, tunc facies est plumbea, & non sentitur illic caliditas, neq; sitis, & non nocent eis res frigidæ & cōferunt calidæ, ita cognoscitur malicia complexionum simpliciū. Compositarum uero ex compositione harum simplicium. Et compositio quæ cognoscitur cum materia simplici, cognoscitur ex multitudine eius quod egreditur cum tussi, & ex eo quod sentitur ex grauedine. Si autem calida aut frigida, tunc ex significationibus quas diximus. Materiam autem quæ descendit à capite cognoscimus per sonitum, & mordicationem quæ accidit in uuula, & pulmonis cāna. Isaac: Tussis est motus animatæ uirtutis & naturalis iunctus secūdum cursum naturæ circa instrumenta spiritus operantis ad expellēdum super flua sibi nocētia, uirtus enim naturalis causa sui nocumenti instrumēta spiritus mouere incipit. Quod cum per se expellere non possit, à uirtute animata adiuuari expetit, quia cartilagines pulmonis, &

cãnales, & lacerti pectoris inobedientes sunt uirtuti naturali. Si à uirtute animata moti lacerti pulmonis constrictiui, aërem expellendo à pulmone, coguntur expellere quæ naturali uirtute uidebantur nocere et obuiare. Nascitur tußis ex omni paßione pectoris, uniuersaliter tamen ex mala complexione calida & frigida, quæ instrumentis spiritus dominatur, uel ex materia mala quæ est intus uel extra. Auicenna: Tußis est ex motibus quibus expellit natura nocumentũ à mẽbro aliquo. Et tußis quidẽ pectori est sicut sternutatio cerebro. Et scias quod quandoq; egreditur cum tußi res petrosa, similis ciceri aut grãdini. Et tußis frequens plerunq; perducit ad sputum sanguinis. Et scias quod res calidæ subtiliant materiam, & non expuitur. Et res frigidæ sicut syrupus de papauere, & pultes, aggregant materiam ad spuendum, & cum superfluunt congelant. Et syrupus hyssopi non est conueniens nisi cum quæritur absterſio congregati großi, ipse nanq; est absterſor bonus. Et raucedo cũ accidit, accidit ab humiditate pauca & cum multiplicatur, parumper tremit, & si multiplicantur plurimũ destruitur. Et ille qui sentit initium absciſsionis uocis, oportet ut incipiat ad curandũ anteq̃ fortis fit. Rasis: Quãdo fit ex re descẽdente ex capite &

commouente

commouente pulmonẽ, signum est, tußis sicca sine sputo, & fit fortis propriè in nocte post somnum. Cura eius est, ut detur in potu syrupus papaueris, & gargarizet ante somnũ, aquã decoctionis foliorum rosarũ siccarũ, et balaustiarũ, et teneat in ore suo has pilulas: Recip. Amyli, tragachanti, amygdalarũ dul. excorticatarũ, & fabarũ excorticatarũ, sem. papaueris, & corticẽ eius, gũmi arabici, et boli armenici. ana, cõficiantur cum muscilagine psyllij, et granorũ citoniorũ, et fiat ex eis quæ sint sicut lupini, teneant in ore. Si non sufficit: Recip. Thuris, masticbes partẽ 1. myrrhæ, opij, croci ana tertiam partis 1. succi liqritiæ partẽ 1. fiãt pilulæ 6. pro ℥. et sumat ex eis in nocte à trib. pilul. ad 4. Cõfectio pilularũ de styrace ad tußim quæ inquietat in nocte absq; calid. Rec. Myrrhæ, styracis, liqritiæ, opij ana fiant pilulæ sicut cicer, & sumãtur ȝ. in bora dormiẽdi. Cõfectio pilul. quæ tenẽtur in ore: Succi liqritiæ, piperis, sacchari ana formẽtur pilulæ. Cõfectio pilul. ad tußim quæ est cũ febre: Succi liqritiæ, uiol. ana ℥. agarici, quarta ℥. 1. fiant pilulæ. Cõfectio alia ad tußim siccã infestantẽ, & probibet catarrhũ calid. Opij, amyli, gũmi arab. succi liqritiæ, papaueris ana, fiãt pilulæ sicut cicer, dosis ana ℥. ȝ. ad 4. & sunt cõuenientes pueris q uomunt ex uebemẽtia tußis.

Ex traditione autorum recentium.

Digerendo materiam facientem tußim, siue fuerit calida siue frigida, diuersimode procedimus. Aliquando ingrossamus, aliquando subtiliamus, aliquando incidimus, & aliquando abstergimus, & hoc secundum uarietatem materiæ, uidelicet, si est calida & subtilis ingrossabimus cum infrigidãtibus, si grossa eam subtiliamus, si uiscosa incidimus. Facilitatiuũ sputi, tussis & anhelitus: Recip. Sacchari, uiolarum ℥.1. semin. quatuor cõmunium maiorum frigidorum ana ʒ.1. sem. maluæ ℥.1.s. passularum nigrarum par uarum transmarinarum, seminis coti ana ʒ.3. butyri ʒ.2. sebesten, pulparum ℈.8. capillorum Veneris ʒ.2. sem. lini ʒ.1.s. sem. fisticorum, granorũ pinearum ana ʒ.2. farinæ orobi, praßij ana ʒ.1.s. diatraganti frigidi ℥.s. croci grana 3. syrupi de liquiritia quod sufficit ad omnia simul debite incorporandum pro electuario. Pistanda pistentur & puluerizentur puluerizãda omnia seorsum & difformiter, ut decet secũdum canonem, deinde ex omnibus simul mixtis totum redigatur in formã electuarij. Tußim mitigans, sputum adiuuans, & catarrhum sistens: Recip. Diatragãti descriptione

Nicol.

Nicol. ℥.2. boli armeni ℥.1. diatragantum pistetur, bolus armenus puluerizetur, deinde ex omnibus simul mixtis cum syrupo de myrto fiat cõfectio mediocriter solida in mortario sine igne. istius teneat in ore ad quãtitatem auellanæ tota nocte ter in hebdomada. Capupurgium catarrhum diuertens, ipsum per nares euacuans: Recip. Aquæ maioranæ ℥.2. hordei excorticati ℥.2. succi foliorum bliti ℥.1. sacchari candi puluerizati ℥.2. Istius liquoris tepidi attrahat per nares cochlearia 3. successiue stomacho ieiuno per horam ante prãdium, semel, aut bis in hebdomada. Aliud efficacius: Recip. Caputpurgium immediate suprascriptum, mellis electi ʒ.2. Si uult medicamen efficacius utatur ut supra. Aliud efficacius: Recip. Caputpurgium immediate suprascriptum, mãnæ electæ unc. 1. misce, fiat ut supra. Pilulæ Ioan. Damasceni: Recip. Citoniorum, cucumeris, amygdalarum dulcium, fabarũ, sem. maluæ ana ʒ.8. gũmi tragachãti arabici ana ʒ.3. fac puluerem tempera cum musci lagine psylij, fac pilulas in modũ fabæ. Et si ex uigilijs tußim patitur, adde semen lactucæ & papaueris ʒ.4. uel 5. Syrupus de iuiubis ualens: Recip. Iuiubas centum, liquiritiæ ʒ.20. capillorũ Veneris, uiolar. sem. maluæ ana ʒ.10. sem. citoniorũ,

papaueris, lactucæ, tragachanti, hordei mundi ana drach. 6. penidiarum, & sacchari ana lib. 2. fiat syrupus. Syrupus de hyssopo ad tußim cholericam & dolorem laterum: Recip. Radicum fœniculi, liquiritiæ ana drachmas decem, hyßopi, capillorum Veneris, seminis citoniorum, tragachanti, maluæ ana drachmas 4. hordei mundati drach. 5. iuiubarum 25. uuæ paßæ mundæ unc. 1. ficus 6. & fac syrupum. Vngatur pectus cum cera alba, oleo uiolato, butyro, uel ex succis herbarum frigidarum, & ungulæ caballinæ, albumine oui, lacte in oleo uiolato, butyro & cera. Confectio diacimini Alexandri contra frigidam tußim: Recip. zingiberis drach 4. cimini drach. 2. cinnamomi scrup. 2. gariophylorum, nucis moschatæ, macis, folij, spicæ, galangæ, piperis longi, cardamomi ana scrup. 2. s. musci scrup. 1. mellis lib. 1. Confectio diacimini preciosi: Recip. Cinnamomi ℥. 2. gariophylorũ, ligni aloës, macis, nucis moschatæ, galangæ ana drach. 1. s. cimini scrup. 2. ambræ scrupulum unum, musci grana decem, sacchari lib. 4. fiat syrupus ex aqua rosarum, & coficiatur, admoto cimino & diambra.

De phthisi

De phthisi & peripneumonia. Cap. III.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

PHthisis exulceratio pulmonis appellatur, cum tabe et extenuatione totius corporis, ac sanguinis excreatione, et est tabescere consumi, et phthisis sputū dicitur. Pneumonia siue peripneumonia seu corrupto uocabulo peripleumonia, est inflammatio pulmonis ex uarijs causis, uel ex destillatione uehementi, uel suspirio, uel pleuritide proueniens, & dicuntur ἀπὸ τοῦ πνεύμονος, id est, à pulmone, πνεύμων enim latinè pulmo dicitur. Inde πνευμονικοὶ & περιπνευμονικοὶ qui latinè pulmonarij dici possunt, & ut Firmicus dicit in tertio Matheseos: Si Saturnus in domo Lunæ fuerit inuentus, si fuerit nocturna genitura, & minuta fuerit Luna luminibus & dominū decreuerit, facit peripleumonicos, hydropicos, podagricos, caducos, spasmaticos, &c. Tu autem corrigens non pleumonicos, sed pneumonicos legito. Plinius: Mellis quidem natura talis est, ut putrescere corpora non sinat, faucibus, tonsillis, anginæ, cibusque oris desiderijs utilissimum, arescentique in febribus linguæ, iam uero peripneumonicis, pleureticisq; decoctū.

Et à Columella in rebus rusticis. Ouis pulmonaria dicitur, cuius pulmo afficitur, illi apostema dicunt, nos abscessum corporis, Græci φθίσιν, nos tabem, illi σπασμὸν, nos neruorum rigorem, illi τέτανον, nos neruorum distentionem. Peripneumonia igitur est difficultas spirandi quãdo à pulmone procedit. Eius morbi hæc est conditio: Pulmo totus afficitur, nunc casum eius subsequitur tußis, bilem uel pus trahens præcordiorum, totiusq; pectoris grauitas, spiritus difficultas, magnæ febres, continua uigilia, cibi fastidiũ, tabes. In cura peripneumoniæ utere ecligmatis, quæ memorantur in pleureticis omnisq; uictus peripneumonicorũ sit qui pleureticorum & purulentorũ. Thorax ipsorum tegatur lana cum oleo, & nitro, & cerato, tegito thoraca et latera rutaceo, uel cyperino oleo, quæ habeat irim aridam inspersam, & ex cæra & terebinthina, & medulla ceruina, & hyssopo humido, butyro & irino, dissolutißima epithema adhibeatur, sintq; æqualium omnia partium. Cibus autem sit tenuans ptisanam coquendo, uel origanum, hyssopum paucum immittendo, potum uero paucum quantitate, malum enim pulmoni humor, sub lingua uero dato mel cõtinendum immisso in ipsum hyssopo inter coquendum & calamitate dissolutißima. Phthisis

(ut dictum

(ut dictum iam est) propriè exulceratio est pulmonis, sanguinis consequens corruptiones cum retenta sanguinis eruptione, etiam in purulentis, & peripneumonicis. Estq; aliquando morborum pleureticorum difficilimum remedium, scilicet, cum in pulmone sunt hulcerata, neq; enim curari possunt nisi absit tussis, quia tussiendo ulcera disrumpuntur malaq; redeunt, sparsis nanq; à tussi ardentibus, secundo rursus consequendus est ardor, rursusq; periculose pus repurgatur ex tussi, proinde ex cunctis cõparatur curatu non facile, neq; possũt medicamina hulceri aduenire, priusquàm in uentre fuerint alterata, quodq; pulmo respiratu perpetuo mouetur, & tussi diuellitur. Ecligma phthisicis cõgruit huiusmodi: Mellis optimi libra, uuarũ pinguium demptis uinaceis unc. 2. croci, iris, hyoscyami seminis, tragachãtæ ana ʒ. 3. styracis flami uncia, nucleorum pineorum ʒ. 6. amyli ℥. cochlearium dato ieiuno. Aliud probatum: Succum fœniculi cum melle æquali diu coquendo immitte in acetabulum unum, croci ʒ. rheupontici ʒ. 2. aliquãdo etiam hypocistidis ʒ. quod si fuerit circa guttur asperitas, immitte etiam glycyrrizæ ℥. 2. dato cochlearium post cibum. Ad phthisicos purulentos inueteratasq; tusses, purgat & obducit cicatricem:

amygdalarũ amararum, dempto cortice, ℥.2. orobi ʒ.4. hyssopi ℥.3. s. iris ℥.3. amyli ℥.2. papaueris, panacis radicis, croci ana ʒ.6. omphacij succi aridi ʒ.4. nucleorum pineorum frictorum ℥.2. mellis despumati ℔. aceti ℥. orobinum aspergatur aceto die 1. & coquatur, dato cochleariũ 1. ieiuno.

Quid de hoc Pœni & Arabes sentiant.

PHthisis est cõsumptio humectationis corporis, & mutatio augmentationis in diminutionẽ. Nascitur enim multis modis, uel ex cõsumptione pulmõis, & hæc est certa phthisis, quæ fit tribus modis, uel ex humoribus choleriçis à capite descendẽtibus, siue phlegmaticis & nitrosis, & salis in substantia pulmonis existentibus, uulnerantibus eum & putrefacientibus. Secundus modus est ex quibusdam paßionibus in substantia pulmonis nascentibus, hoc genus antecedit sanguinis screatus, ex uenis aliquorum instrumentorum ruptis in pulmone, in qua fissura nascuntur uulnera, fit & phthisis postea. Tertius modus est ex humoribus ad pulmonem aliunde quàm à capite currentibus, quod duobus modis contingit, uel ex mutatione uicinorum locorum, sicut in pleuresi, squinantia, uel ex alijs locis nõ uicinis, sicut epate, corde,

corde, & similibus. Humores hi si calidi & acuti sint, patitur infirmus ruborem in maxillis, strictu-ram faciens sitim, febris quiescit in trahendo aë-rem frigidiorem. Si apostema peripleumoniæ sit de phlegmate salso, strictus & angustus est anhe litus cum grauitate, neq; dolorem sentit, pulmo e-nim non habet neruum, unde perfectum habeat sensum, sed tamen tussim cum paruitate anhelitus, screant in tussi cum apostema eruperit, et tunc tan dem apostema certificatur, & febris adest & eti-am corpus minuitur, ungues inclinantur, maxillæ rubent. Quæ omnia pulmonis uulnera designant, unde phthisis est. Discordant medici in uulneri-bus pulmonis. Alij incurabilia fatentur. Galenus tamen sic testatur: Si quis peripneumonicis uult suc currere, succurrat antequàm apostema marcescat & putrescat, & sanabitur apostema. Si quis tan-diu negligat quo ad saniem putridam uulnera col ligant, sunt incurabilia, omne enim uulnus difficul ter curatur nisi mundetur, mundari non potest nisi per tussim, tussis inimica est solidando uulne-ri, dilatat enim & aperit, unde magis putre-dines colligit, cum enim partim purgat, & partim colligat, insanabile reddit apostema, dum ita circumeat. Serapio: Complexiones

quæ

quæ hāc uelociter recipiunt ægritudinem, ſcilicet, phthiſin ſecundum quod antiqui dixerūt, ſunt com plexiones eorum quorum pectora ſunt ſtricta, qui bus non eſt cōcauitas ita quod ſint ſpatulæ illorum ſtrictæ, denudatæ à carne, et eminentes retro ſicut alæ, quapropter nominantur alati. Et ſimiliter illis corporibus, quorum capita implentur uaporibus, & perducunt eos ad inſtrumenta anhelitus, & pa ratur phthiſis, quod ſi aggregantur in ea duæ pro prietates, ſcilicet, malicia complexionis pectoris, & debilitas capitis, eſt illud plus præparatum ad diſpoſitionem phthiſis. Et ſuſcipiūt etiam phthiſim corpora illa quorum colla ſunt longa, & quorum gulæ ſunt eminentes, & quorum pectora ſunt ſtri cta. Et non accidit huiuſmodi ægritudo illis, quorū ſpatulæ ſunt conformes pectoribus eorum, nō an-nexæ cum eis, & ſunt carnes eorum & oſſa ipſo-rum groſſa, & non ſunt gulæ ipſorum eminentes niſi raro, ita quod nō accidit eis ſputum ſanguinis, niſi per accidens neceſſarium. Auicenna: De la-ctibus magis conueniens eſt lac mulieris ſuctum ex mamilla, deinde lac aſinarum & lac caprarum, & lac equinum, ſed non eſt ei conglutinatio ſecūdum quod exiſtimo, in lacte autem ouino & uaccino eſt großitudo. Oportet ex aſinabus ut eligantur illæ

quæ

quæ à partu elõgatæ sunt quatuor aut quinq; mensibus. In lacte autem caprino melius est ut misceatur cum recenti mulso aliquid aquæ, & ignientur lapides et proijciantur in ipsum multotiens donec coquatur, & auferatur eius aquositas, & est melior decoctio quàm decoctio super ignem. Et melius est, ut comedant carnes auium assatas, ut sint uehementioris exiccationis & incarnationis. Et si non timerem dici mendax, narrarem mirabilia, & referrem summam sacchari rosati, qua usa est mulier phthisica: Nam dum ad ipsam qui perueniret ad mortem & uocaretur, præpararent ea quæ morti necessaria sunt, quidã frater eius curauit eam hac cura & reuixit, & curata est & impinguata, & non est possibile ut dicam summam eius quod comedit de sacchharo rosato. Rasis: Phthisis fit aut post pleuresin, aut post sputum sanguinis, aut post corizam & catarrhum plurimũ ex capite, aut post tussim longam. Peripneumonia est phlegmatica secundum plurimum, & quandoq; est sanguinea, & etiam cholerica, sed raro, & accidit ab apostemate, quod est in pulmone. Serapio: Cura, sedatur caliditas paulatim, & confert sorbitio facta cum aqua hordei, & est hordeum sine cortice cum melle et amygdalis amaris. Et quando incipit sputum,

confert

confert iterum decoctio hyssopi, in qua decoquantur radices lilij cœlestis, et ad ultimũ res quæ cõueniunt huic ægritudini. Non est enim nisi phlegmon pulmonis. Phlegmon autem non est nisi apostema calidum, & secundum plurimum non est nisi successione catarrhorum antiquorum, aut squinantiarum pleuresis, aut ægritudinis alterius quæ sit sicut istæ. Et fortasse colligitur hæc materia in pulmone ipso absq; his ægritudinibus prædictis.

Neotericorum de hoc morbo sententia.



Vandoq; fit phthisis ex calore substantiam pulmonis dissoluente, unde sequitur fissura, ut uidemus in æstate in terra arefacta. Item fit etiam aliquando ex frigiditate uel siccitate pulmonis, uel totius corporis, nimia enim cõstrictio per accidens rumpit partes & discontinuat. Item aliquãdo ulceratur pulmo ex reumaticis salsis uel amaris, uel acutis, quæ à capite ad ipsum descẽdunt, uel etiam ex stillicidio, & ex diuturna percussione, ut uidemus exterius in lapide, quod gutta cauat lapidem non bis, sed sæpe cadendo. Item aliquando fit ex retentione menstruorum uel hæmorrhoidarum, unde malus sanguis corrosiuus

ſiuus uel putrefactus ad pulmonem manatur, unde pulmo ulceratur, nunquàm enim eſt uera phthiſis niſi pulmo ulceretur, hoc idem etiam fit ex apostemate pulmonis uel lateris, uel alterius malæ diſcurſionis, uel etiam à ſquinantia malè ſanata. Sanies enim in his generata, ſi ad pulmonem mandetur, & longam moram ibi faciat, ſui acumine pulmonem ulcerat. Ex cauſis etiam primitiuis exterioribus phthiſis aliquando cauſatur, ut eſt percußio, caſus, malus aër, fumus, uel puluis acutus cum aëre attractus, ut contingit quod metallorum fuſores, & liquefactores uel foſſores argēti phthiſim incurrunt et pallidū colorem. Quia ergo phthiſis eſt conſumptio quæ ex ulcere pulmonis cauſatur, idcirco de eius cura eſt primo uidendum, hoc prænotato quod in ulcere pulmonis medicando medici dißentiunt. Qidam enim dixerunt quod ulcera pulmonis impoßibile eſt curari, quia in curatione indigent conſolidatione, conſolidatio quiete, quies autem impoßibilis eſt in pulmone. Galenus uero diſtinxit dicēs: Quod ſi in pulmone nulla ſit diſcontinuitas, abſque corroſione uel ſubſtantiæ deperditione, & quod pars pulmonis mūdificata cōuerſa ſit inſaniē, tūc poßibile eſt curari. Sed ſi ulcus ſit ſanioſum, nō eſt poßibile ut ſanetur.

Vlcera tamen pectoris uel pulmonis in partibus carnosis bene possunt sanari, licet facta fuerit saniosa. In hulcere pulmonis non sanioso, poßibilis est cura. Signa autem phthisis sunt paulatina corporis extenuatio, & febris lenta inseparabilis cum proiectione saniei fœtentis, & unguium gibbositas, & color plumbeus, & cum citrinitate frõtis & genarum, & cum pustulis in tibijs, & saliua salsa & amara, casus capillorum, & rugitus uentris, & tußis. Et dicit Auicenna: Quod si apparet pustula super spatulas eius ad modum fabæ, moritur post 40. dies. Solutiuum materierum cõmunium ab intestinis & lenitiuũ eorum: Recip. Olei communis unc. 10. uitellos ouorum numero 2 salis ʒ.1. misce detur per inferius. Solutiuum facilimum: Recip. Mannæ unc. 2. brodij pulli macri quod sufficit ad eius dissolutionem. Digestiuum: Recip. Iulep uiolarum unc. 1. s. aquæ decoctiõis ex corticatæ liquiritiæ unc. 2. Hoc assumat in aurora diebus 6. continuis post solutiuum. Solutiuum facilimum: Recip. Solutiuum ex mãna suprascriptũ, hoc sumat modis dictis post completam sumptionem digestiui suprascripti, die tertia. Vtatur diatragachãto descriptione Nicolai. Item fiant fricationes in brachijs à cubito infra, & cruribus

à genu

à genu infra mane cum surgit, prius tamen habito uentris beneficio. Confectio pulmonis lenitiua: Recip. Diamyli ℥.6. seminum cõmunium maiorũ frigidorum ℥.s. misce & fiat confectio sine igne mediocriter solida in mortario de ʒ.3. pro quolibet assumet unum morsellum mane, deinde stet ieiunus tribus horis. Digestiuũ aliud efficatius primo: Recip. Syrupi de liquiritia ℥.1. iulep uiol. ℥.s. aquarũ, hordei excorticati, ungulæ caballinæ ana. ℥.s. istud digestiuum assumat calidum in aurora. Solutiuum facile efficatius priori: Recip. Pil. de hiera simplici ℈.2. agarici ℈.1. salis gemmæ granum.1. uiol. puluerizatarum ℈.1. misce & cum iulep uiol. fiant pilul.5. pro ʒ. sumat in aurora ʒ.1. Electuarium pectoris confortatium: Recip. Pul. specierum diarhodon ʒ.1. seminum quatuor frigidorum maiorum ℥.1. sachari dissoluti in aqua, ungulæ caballinæ quod sufficit, fiat electuarium assumat ℥.s. mane, & postea ieiunet horis tribus. Confectio pectoris lenitiua: Recip. Diatragachãti ℥.1. papaueris albi ℥.s. misce, & cũ syrupo de liquiritia fiat confectio in mortario cum pistello sine igne, & teneat frustum istius confectionis in ore inter genam & maxillam in nocte. Mundificatio ulceris & consolidatio fit cum usu istius syrupi: Recip. Liquiritiæ mundæ ℥.3. pas

ſularũ,hordei mundi,capillorum ueneris ana.unc. 1.s. papaueris albi unc.s.arnogloſſæ.M.1. ſachari lib.1.fiat ſyrupus doſis unc.1.s Ad eandem intentionem fiat iſtud: Recip. Cãcrorũ fluuialium lotorũ ſecundum artem unc.2.iuiubarum 20.numero,paſſularum,liquiritiæ ana.unc.1. capillorum ueneris, linguæ canis,arnogloſſæ,uirgæ paſtoris ana.unc.1. bulliãt in aqua ſufficiẽti uſq; ad conſumptionẽ duarum partiũ,& ex decoctione accipiantur unc.8.addatur ſachari,ſyrupi de papauere ana.unc.3. reducatur uſq; ad ſpiſsitudinem mellis, deinde addatur ſem.cucurbitæ,gummi arabici,tragachanti ana ʒ. 6.ſem.portulacæ,amygdalarum dulcium,ſem.citoniorum,ſem.papaueris albi ana.unc.s.incorporentur omnia ſimul bona mixtiõe, doſis ſit cochlear unum paruum ſero quando uadit dormitum ſumat lambendo. Diuerſio catarrhi fiat cum appoſitione huius pulueris ad caput:Recip. Calamenti, corticũ citri,ana.ʒ.2.gariophyllorum.ʒ.1. fiat puluis ſubtilis in ſacculo paruo,& ex panno raro,& calefiat ſuper tegulam aſperſam uino incenſam taliter quod ſacculus non madefiat, ponatur ſuper caput & teneatur quotidie, niſi afferat tedium, & illud eſt diuerſiuum leue catarrhi à quo incipimus. Prohibitiuum impreſsionis eius in pulmone:Recip. pul

monis

monis uulpis, aquæ rosarum in qua bullierit parū, granorum myrtillorum, uidelicet lib. 1. aquæ rosarum unc. s. post myrtillorum lauationem diuidatur in frusta parua, & exiccetur in loco calido, & non sub sole, post exiccationem puluerizetur, & congregetur cum æquali parte sachari albi, & sumat de hoc cochlear unū paruum de quarto in quartū, & mane tempestiue bibat cum eo parum aquæ sachari, uel parum uini limphati secundum quod apparet ex desiderio eius & abominatione eius, & eo mane quo sumit, non sumat syrupum. Electuariū restaurativum: Recip. Liquiritiæ rasæ mundæ, rosarum ana. ʒ.2. tragachanti, gūmi arabici ana. unc. 1. santalorum alborum & rub. ana. ʒ.6. sem. papaueris albi unc. s berberorum unc. 1. passularū unc. s. succi liquiritiæ, amygdalarum dulcium mundatarum, sem. lactucæ, scariolæ ana. unc 1. gariophyl. ʒ. 1. pœnidiarum unc 2. cinnamomi unc. s. storacis ʒ. 2. croci ʒ. 1. sem. citrulli, melonis, cucurbitæ, cucumeris mundatorum ana. unc. 2 sem. maluæ unc. 1. uiolarum unc. s. pulpæ unius testudinis, & cum sufficienti quantitate sachari fiat electuarium. Cura peripneumoniæ est quasi eadem cum cura pleuresis, sed quæ sit differentia uide Auicennam & Rasim & Serapionem.

De ſputo ſanguinis, hæmoptoica paſſione & empyemate. Cap. IIII.

Iuxta traditionem Græcorum & Latinorum.



ιμοπτύσις, id eſt, ſanguinis ſpuitio, inde αἱμοπτυσικοί ſanguinẽ ſpuentes, quos aliqui αἱμοπτοϊκούς appellant. Ex thorace *enim & pulmone uel aſpera arteria ſanguinem expuimus, omnino cum tuſsi reſpuitur. Si uerò ex eis locis quæ circa fauces, uel gurgulionem, feratur ſanguis, excreando exernitur. Sin uerò, ex aliquo oris loco, uel omnino ex gingiuis. Eſt etiã quando ex capite, uel partibus, quæ circa gurgulionem, defertur ſanguis & gutturi intercidit, tuſsimq; cit, uideturq; ex thorace eijci. Si quis igitur excreat & emungit ſanguinem pluribus conſequentibus diebus, neque ullus ſit capitis dolor, uel grauitas, uel præſens uel præterita, neq; percuſsione ibidem facta, conſiderare conuenit eius meatum ſanguinis totum penſiculatè, locumq; illum oris, unde è palato in narem deſcenditur. Quæ uero medicamina compoſita ueteres medici tradiderunt peculiaria, hæc ferè.* Potio *ſanguinem eijcientibus: Coralli lapidis, terræ aſteris, electri, maſtiches ana. drachm. 6. amyli, thuris, gũmi, ana. drachmas 4. da cochlearium aridum cum oxycrato. Aliud multum probatum*

tum testimonio multo: Libani, hoc est thuris, terræ asteris ana. drachmas 8. croci drachma, amyli drachma, arnoglossi succi aridi drachma, & scindendo, & colando da cochlearium cum oxycrato. Aliud Andromachi: Coralli fricti drachma, libani oboli. 4. acatiæ drachma, balaustiarum oboli. 5. gummi oboli. 2. ouorum duorum albumina, horum partem quartam dato cum aqua cyathum & dimidium. Aliud probatum experientia: Coralli drachmæ 8. libani drachmæ 7. dato cochlearium cum uino myrteto mixto, facitq; ad fluxum muliebrem. Pastillus Dosithei admodum probatus: Ruborum ramulorum unciæ. 2. symphiti radicis, achātes Aegyptiæ fructus, hypocystidis succi, lycij, opij, thuris, rheupōtici, terræ asteris ana unciæ 2. rhu magirici unciæ 3. rosarum aridarum drachmæ 4. sume cum succo arnoglossi myrtorū uncias 5. croci, lēnæ sigillatæ, maceris corticis sume, uel uinū scybeliotæ, facitoq; pastillos, datoq; cū decoctione symphiti, uel polygoni. Cū uero institerit sanguis illinito pectus, uel fluitantes partes aceto omphacio dissoluto & tepefacto.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.



Anguis qui ascendit ad os, alius est cuius ascensio fit ex partibus uentris & stomachi, & alius ex instrumētis anhelitus,

& alius qui descendit à capite & palato. Et discernitur inter istas species per sensum dolorum & locum eius & dispositionem ascensionis sanguinis ipsius. Quod est quia sanguis qui ascendit à stomacho & partibus uentris, non fit ascensio, nisi causa uomitus cum dolore ipsius loci. Et qui ascendit ex instrumentis anhelitus, non descendit nisi cum tußi & dolore instrumentorum anhelitus. Et ille qui descendit ex palato, cum rascatione. Et ille qui ascendit ex membris anhelitus, aut ex pulmome, aut ex pectore, ueruntamen ille qui ascendit ex pectore, est niger congelatus, & ille qui ascendit ex pulmone, si est ex ulcere in carne pulmonis, scilicet ex sanie calida quæ ulcerauit carnem pulmonis, & non fit adhuc sanies, est sanguis spumosus decliuis ad albedinem, quapropter eius malitia est magna, quoniam sequitur eum sputum saniei et phthisis. Et si eius ascensio est propter læsionem uenarum quæ sunt in pulmone ipso, est clarus, subtilis, calidus. Venarum autem ægritudines sunt eruptio, corrosio, et apertio. Auicenna: In sputo sanguinis quod est ex pectore, non est tantum timoris quantum est in eo quod est est pulmone, illud enim quod est ex pectore sanatur uelociter, & si non sanatur, non habet malitiã

ulcerum pulmonis. Sputum ſanguinis multiplicatur in illis qui rixantur ab omni re. Et caſeus antiquus eſt nociuus eis, recens uero confert. Et quandoq; eſt eis conueniens ut in potu ſumant acetum mixtum cum aqua. Gummi enim prohibet ſanguinis curſum, & mundificat partes pectoris & pulmonis ex ſanguine ſi retinetur in ipſo, quare non congelatur. Et ex rebus expertis in abſcindendo iterationem ſputi ſanguinis, eſt maſticatio portulacæ & deglutitio aquæ ipſius. Iſaac: Medicando ſanguinem ſcreanti, oportet quietem iniungi, neque multum flatum emittat. Quod ſi ſit uirtuoſus, & temperatũ ſit tempus, ætas conueniens, baſilica erit incidenda, & bis uel ter erit minuendus ſanguis quoad totam ſuperfluitatem exiſſe comperiamus, & in latere illo, niſi erit dolor, de uena quæ inter auricularem & medicũ eſt minuatur, & de eiuſdẽ lateris baſilica. Extractio aũt ſanguinis ſit quantũ ſufficiat. Raſis: Et in curatione quidem eius qui egreditur cum raſcatione & ſonitu ſibi ſimili facili, & paruo ſi eſt paruæ quantitatis, ſufficit gargariſmus ex reb. ſtipticis, ſicut qui fit ex aqua roſarũ in qua infuſum eſt ſumach aut rob agreſte, aut aqua citoniorũ et ſimilib. Si eſt plurimæ quãtitatis, tũc oportet ut phlebotometur cephalica, deinde gargarizetur cũ

istis rebus. Si autem in loco oris fuerit ulcus recẽs, immiscentur super ipsum thus & sanguis draconis, & teneat in ore aquam rosaceam, in qua bullierint cupulæ glandium, aut semen tamarisci. Et si fuerit ulcus malum putridum, curet curatione choleræ putridæ, & consideretur sanguis qui egreditur in uomitu, & si fuerit plurimus, aut assiduet pluribus diebus, phlebotometur basilica, deinde comedat res stipticas, & glutinationes facientes paulatim una uice post aliam, & proprie si æger inuenerit dolorem inter utrasq; scapulas, tunc oportet ut traijciat aquam citoniorum acetosorum in qua dissolutum sit aliquid thuris uicibus pluribus, & comedat ex glandibus & passis cum suis interioribus, & agresta & sumach, & bibat de hoc medicamine: Recip. Boli armeni, gũmi arabici, balaustiarũ, sang. draconis, thuris ana. detur in potu cũ aqua citoniorũ, aut cum aqua malorum, & deuitet omne calidum & acutum. Et fit quidem egressio sanguinis ex pectore & pulmone cum tussi, & ille qui est ex pulmone, est multotiens cum tussi parua. Et ille qui est ex pectore, est parum cum tussi plurima. Sit ergo plurimum studij tui in hac tussi, est enim timorosa perducens in pluribus dispositionibus ad phthisim. Incipe ergo à phlebotomia, deinde da in potu

potu hoc medicamē. Recip. Thuris, ſang. draconis ana partem. I. endiuiæ, charabæ ana. partem. s. hematitis, terræ ſigillatæ ana partē. I. s. aluminis, balauſtiarū duas tertias partis. I. dentur ex eo in potu drach. 3. cū pondere cherat unius opij & cherat ſem. hyoſcyami, cinnamomi tertia drach. I. aut ſpicæ, aut coſti, aut myrrhæ, & gargarizet cum aceto, & aqua roſarum in matutinis & ueſperis, & ſi inueneris in pectore dolorem cum ſputo ſanguinis, tunc line locum doloris hoc medicamine cuius narratio præceßit, & da ei ex ipſo in potu poſtquàm confeceris ipſum cum uino.

Ex traditione autorum recentium.

Aιμοπτοῖς eſt eiectio ſanguinis per os, & fit per ſputū uel ſcreatum: Per ſputum, cum tußi educitur, & à pectore: per ſcreatū aūt à capite & ſtomacho educitur. Electio ſputi ſanguinei uel eſt à pectore, uel eius adiacentibus membris. A pectore, ut ex uulneribus pulmonis, uel diaphragmatis, uel ex apertione uenarum pectoris uel membrorum ſui. Apertio tripliciter fit, uel ex multitudine, quia eſt plenitudo in uaſis, quoniā nequæunt continere unde crepant, & finduntur in exitu, & fluit ſanguis multus & ſubito. Vnde eſt plenitudo corporis et rubor et uenarum großities,

& uocatur ῥίξις. Aut ex acumine humoris corrodē tis & ſoluentis continuationem ut eſt choleræ, & phlegmatis ſalſi & ſimilium, & paulatim fluit, & color portendit admixtionē materiæ quæ coniungi tur ſanguini, & uocatur διάβροσις. Aut eſt ex de bilitate ſanguinis poros uenarum aperiētis, quare reſudat extra ad modum roris & paulatinè. Et ſig num ipſius eſt rubedo & claritas in colore, & uoca tur ἀνταστόμοσις. Item apertio uenarum eſt aut ex fortitudine expulſiuæ, aut defectione cōtētiuæ, ut oris uenarū. Expulſio confortatur in humoribus acutis et pungentib. & ſalſis. Defectio contentiuæ eſt ex mollitie oris uenarum & rareſactione earū. Electio ſanguinis per ſcreatū, aut ex cerebro ut in catarrho et uua, aut ſtomacho et epate, uel ſplene, uel chili uena, uel matrice, uel hemorrhoide, uel re dūdat ad ſuperiora, ſed talis raro accidit niſi ex cri ſi, & tunc non debet medicari niſi cū ſuperfluit. Et quādo eſt ex uenis cerebri, totū corpus eſt graue, et omnes ſenſus debiliores maximè in horis nocturnis & frigido tēpore, & uenit cum raſcatione et rubo re faciei. Et quādo exit à ſtomacho, dolorē facit cir ca precordia & os ſtomachi, & adeſt faſtidium et indigeſtio. Et quādo eſt ab epate, eſt dolor dextræ partis. Si à ſplene, ſiniſtræ. Si à chyli uena, dolor ſpi

na.

næ. A mēstruis, inferius. Si est à pulmone, cum tußi educitur & est spumosum. Igitur à pectore, in alijs locis si nō est spumosum. Si est à diaphragmate, cum tußi laboriosa educitur, & est aliquantulum spumosum. Ruptura uenarum aliquando est interior aliquando exterior. Exterior fit uel ex uulneribus, uel ex distentionibus, aut ex percußionibus & casibus. Distentionibus uel ex saltu, uel ex nimijs clamoribus, uel compreßionibus. Quando autem est ex causa interiore & erit sæpe et multum, peior est ceteris. Volenti ergo medicari, ab electione sanguinis incipiat. Oportet ut caueat ab ira, coitu, uigilijs, ieiunio, acetosis, salsis, acutis, & præcipue cimino, calefactione nimia, somno, & maximè profundo, balneis & exercitijs corporis, & solicitudinib. & curis, è quibus calefit spiritus & prorumpit ad exteriora. Fiat iste syrupus de quo sumat omni mane ℥. I. s. cum aqua extinctionis ferri. Recip. Virgæ pastoris, arnoglossæ ana. M. I. consolidæ maioris. M. s. rosarum rub. seminis papaueris albi, liquiritiæ, passularum parum torrefactarum ana. ℥. I. fisticorum, seminis portulacæ, ana. ʒ. 7. sachari albi ℥. 8. fiat syrupus. Sero quando uadit dormitum sumat ℥. I. huius mixtionis: Recip. Aquæ rosarum, aquæ distillationis arnoglossæ ana. lib. s. misceantur,

si ui-

si uidetur quod febriat febre lenta, & quod procedat in extenuatione, uidetur mihi quod utatur hac mixtione: Recip. Diatragachãti frigidi, diapenidiõ, diapapaueris, sachari rosati ana. ℥. s. corallorum rub. margaritarum ana. ʒ.3. misceantur. Teneat in ore pilulas Auenzoar factas ex tragachanto, gummi arabico, & seminis citoniorum, rosarum, & terra sigillata, conficiatur cum syrupo liquiritiæ. Ponatur supra commissuram capitis sacculus de panno raro, in quo iste puluis sit: Recip. Gariophilorũ, macis, corticum citri, calamenthi ana. ʒ. 2. Et si hoc non imprimit, fiat aliquod ruptorium leue. Si sanies inciperet apparere, oportet alia remedia facere, si poteris eam defendere à malignitate ulceris pulmonis, tunc poterit melius sputo sanguinis subueniri. Syrupus ex descriptione Isaac contra spuentem sanguinem: Recip. Succi arnoglossæ, succi cucurbitæ, cucumeris, citrullorũ, aquæ rosarum ana. lib. 2. succi myrtillorum lib. 1. succi pirorum, citoniorum ana. lib. 1. coque donec fiat quasi sapa, deinde quidam addunt sachari quantum sufficit & syrupizãt. Alius contra fluxum sanguinis: Recip. Balaustiarũ, rosarum, uirgæ pastoris, caudæ æquinæ, endiuiæ, plantaginis ana. M. 1. liquiritiæ rasæ ℥. s. seminum communium frigidorum, seminis portulacæ, seminis

nis papaueris albi ana. ℥. 1. ſantalorum rub. ſpodij ana. ʒ. 2. paſſularum ℥. 1. epatis adib. ℥. s. ex his omnibus fiat decoctio, deinde accipe de prædicta decoctione lib. 3. ſucci plantaginis unc. 4. uel aquæ eius unc. 6. fiat ſyrupus cum ſacharo albo, & in fine decoctionis addatur puluis iſte: Recip. Sanguinis draconis, boli armeni, gūmi arabici, tragachanti ana. ʒ. 2. miſceantur cum eis. Syrupus alius contra ſputum ſanguinis ex pectore: Recip. Epaticæ, lupulorum, endiuiæ, arnogloſſæ, capil. uen. ana. M. 1. liquiritiæ unc. 2. paſſularum, hordei mūdi, mellis ana. ʒ. 1. ſantalorum rub. berberorum, ſeminis papaueris albi ana. unc. s. ſucci liquiritiæ, tragachanti ana ℥. 3. iuiubarū numero. 8. aquæ arnogloſſæ unc. 3. ſachari albi unc. 6. penidiarum unc. 4. fiat ſyrupus. Solutiuum facilimum: Recip. Caſiæfiſtulæ unc. 1. s. aquarum uiolarū, plantaginis ana. unc. 1. s. fiat potio aſſumat in aurora, poſtea ſtet ieiunus horis. 4. Conſtrictiuum ſanguinis, uenæ conſolidatiuum, & pectoris & pulmonis confortatiuum: Recip. Seminis altheæ, boli armeni, corallorum rub. coriādrorū præparatarū, ſucci plātaginis quod ſufficit ad incorporandū, pulucrizanda pulucrizētur formētur pil. 7. pro. ʒ. aſſumat à tribus ad quinq; ad libitum in aurora bis in hebdomada, maſticet ſuccum folio

rum

rum portulacæ crudæ. Aliud ſanguinē ſiſtēs: Recip. Trochiſcorū de terra ſigillata, de charabe ana ʒ. ſ. aquarū plātaginis, portulacæ ana ℥. i. ſ. penidiarum ʒ. i. miſce. Aſſumat in aurora frigidū præterq̄ tēpore hyemali, quo tēpore aſſumat calidū, ſtet poſtea ieiunus horis 4. Præter ſputum ſanguinis, de quo dictum eſt, aliquādo expuitur ab inferiori parte phlegma groſſum, uiſcoſum, coagulatum, aliquādo ſanies, quod utrūq; poteſt contingere propter catarrhos ad inferiora deſcendentes, aut propter malam in pectore materiam contentam, ſiue à membris alijs inferioribus ad ſpiritualia mandatam. Inter groſſum phlegma & saniē per ſputum eductā differentia eſt, quia ſanies eſt fœtida et uirulenta, poſita ſuper aquā deſcendit ad fundum, & poſita in igne fortiter fœtet. Phlegma uero natans ſuper aquam non fœtet, ſiue in igne ſiue extra ignē, neq; cum corporis conſumptione eſt, ſicut ſanies. Sanies uero ſine infectione pulmonis & læſione & corroſione eius, aliquando eſt propter ulcera pectoris et diaphragmatis, et aliorum panniculorū uel lacertorum, uel pleureſin, uel peripneumoniā quæ in saniē ſunt cōuerſa. Si aūt propter ulcera ſit pectoris, minus malū eſt, quia ſunt in partib. carnoſis. et cito cōſolidantur. In panniculoſis uero partibus moleſtio

ra

ra ſunt. In pulmone uero ulcera, ualde mala ſunt. Vbicunq; ſit ſanies in membris ſpiritualibus ſi pauca ſit, cito cum ſputo educitur, & præcipue ſi uirtus ſit fortis. Si autem multa ſit ſanies & maximè cum uirtute debili, aliquãdo declinat ad ſtomachũ, & euomitur & euacuatur per inferiora. Aliquãdo declinat ad epar per uenam profundam, & ſi uerſus gibbum, exit per urinam, & aliquando per alia membra, aliquando figitur in pectore & ibidẽ moratur, & conuerſa ad pulmonem, ipſum corrodit & putrefacit, & phthiſim inducit cum febre acuta uel ethica, uel minuta, quando in infirmo non eſt uirtus ad expellendum. Signum autem quia ad pulmonem corrodendũ ſanies ſe conuertit, eſt tremor qui accidit in tuſsiendo cum rubedine maxillarum propter uapores calidos ſurſum eleuatos, & calefactio digitorũ cum lenta febre, & puſtulis pedũ qui ſemper cõtingũt. Minoratiuũ: Recip. Pil. de hiera ſimplici ℈.2. agarici ℈. 1. ſalis gẽmæ gran. 1. miſce et cũ ſyrupo de liq̃ritia formẽtur pilulæ 7. p. ʒ. Digeſtiuũ: Recip. Syrupi de hyſſopo ℥.s ſyrupi de liq̃ritia aquarũ ameos ana. ℥. 1. hordei excorticati. ℥. 2. miſce. Eradicatiuũ: Recip. Caſsiæ fiſt. ℥. 1. agarici albi ℈. 2. ſalis gẽmæ gran. 1. aquarũ capil. ueneris ℥. 1. hordei excorticati ℥. 2. agaricus minutim

inciſus

incisus infundatur in dictis aquis per horas. 12. ad minus, deinde exprimatur & coletur, & colaturæ reliqua omnia addantur, et fiat potio, substantia agarici prius abiecta. Electuarium digestiuum pectoris mundificatiuum: Recip. Electuarij diarrhodõ abbatis unc. 2. sem. cõmunium frigidorũ maiorũ unc. 1. pulueris yreos, hyssopi siccæ ana. ℥. s. tragachanti ʒ. 1. mellis passularum ad Corinthios quod sufficit pro electuario misce. Confectio ad idem: Recip. Loch sani et expti, diaprassij, diatragachãti ana. ℥. 1. diaysopi ʒ. 3, misce & cum aqua capillorum ueneris fiat confectio. Confectio screare faciens & prohibens uenæ pectoris, pulmonis & asperæ arteriæ, aperturam: Recip: Boli armenici drach. 1. s. diatragachãti unc. 1. misce & cũ syrupo de myrto fiat confectio solida in morsellis trium drach. Pilulæ ad idem: Recip. Gũmi arabici, tragachanti ana. drach. s. corallorum rubeorum, boli armeni ana. ℈. 1. trochiscorũ de terra sigillata, sachari albi ana ℈. 1. iulep uiol. quod sufficit, tragachantum, & gummi arabicum infundantur in dicto iulep donec sufficiẽter molle fiant, deinde misce omnia et fiant pilulæ leniter pressæ. Confectio restaurans ad idẽ: Recip. Diamyli unc. 6. corallorum rubeorum, boli armenici ana drach. 2. misce cum pistello & fiat confectio cũ

syru=

ſyrupo citoniorum. Si apparet ueſtigium ſanguinis & timor ſit de apertura uenæ, aut eſſet aperta, tunc phlebotomia primo fit de ſaphena pedis dextri de qua trahantur unc. 2. ſanguinis, aut fiat phlebotomia utriuſque ſaphenæ quæ ſunt infra talum pedum, ſeu infra clauiculas, ex quarum qualibet extrahatur unc. 1. ſanguinis, deinde tertia die fiat phlebotomia brachij dextri de baſilica hora tertiarum ſtomacho ieiuno, ex qua extrahãtur unc. 3. aut 4. ſanguinis. Cibi ſint glutinatiui lenitiui. Euitet omnes res ſanguinem mouentes, ſicut ſunt calefacientes aperitiuæ, potus uini plurimi, & propriè uinoſi, ſaltus, clamores, rixas, anhelitus altos, locutionem plurimam, multitudinem balneationis, coitum, itinera, res rubeas, medicinas calefacientes et aperientes, ſicut aloës, apium, caſeum antiquum, ſiſymbrium.

De orthopnœa & aſthmate. Cap. V.

Secundum doctrinam Græcorum & Latinorum.



Sthma eſt cum difficultas ſpirandi uehementer eſt, ut ſpirare æger ſine ſono & anhelatione non poßit. Sed dum modica eſt, neq; ex toto ſtrangulat δύσπνοια appella

tur. Cum acceßit id quoq; ne nisi recta ceruice spiritus trahatur ὀρθόπνοια. Asthmaticum aliqui appellāt qui difficile respirat. Sicut igitur orthopnœici, qui habēt difficultatem spirandi, ut nisi recta ceruice stent, spirare non poßint. Est enim ὀρθὸν rectum, & πνέω, id est, spiro, quos Galeni interpretes, & medici recentiores orthopnoicos corruptè enunciant, & ipsum morbum corruptius orthomiam. Asthmatici sunt qui cum difficultate anhelitum ducunt. Ἄσθμα enim anhelitus anxietas dicitur, quos perperam recentiores asmaticos dicūt, & asma morbum. Dyspnœici qui spirandi difficultatem patiuntur, quos perperam recētiores disnoicos & dispnoicos uocāt, & morbum disnoiam uel dispnoiam. Dicta est autem δύσπνοια à δυς quæ particula in compositione malum seu difficultatem significat, et πνείω uel πνέω, id est, spiro, unde πνοή, id est, spiritus, flatus uel anhelitus. De orthopnœa meminit Plin. lib. 27. cap. 12 Rhecoma herba sumitur epaticis, splencticis, ischiadicis ad renum uitia, suspiria, orthopnœas, arteriæ scabritias sanat. Videturq; Plin. suspiria generaliter alibi accipere pro omni difficultate spirādi. Inde latinè generaliter suspiriosi, & anhelatores accipiuntur pro illis, qui cum difficultate spirāt. Fit igitur angustia meatuum

tuum ſpiritus interna petentis, cum multitudo con ferta humorum craſſorum & glutinoſorum impa cta fuerit pro obice ſpiritui, uel tumor aliquis apo ſtematicus obſtiterit, itidem uero dyſpnoicis, et qui aſperas habent arterias multo catarrho refertas, ex proximis locis fluxu in arterias affluēte, fit morborum diſcrimē inter ipſos inuicem, manifeſta de cauſa in ſanos ſubito incidente catarrho, ut plurimum citra febrim, poſtq̃ comitantur propria catarrhi ſigna. Quod ſi tumor apoſtematicus in pulmone fuerit, fiat febris neceſſe eſt, ac non multo poſt mutato ardore pus cum tuſsi reſpuitur, quod ſi incōcoctum phyma fuerit, ſicut medico euenit Antipatro in leui pulmonis arteria, hi pondus maximū non ſentiunt, neq; ab orthopnœa tātum perturbantur. Qui uero propriè orthopnoici & diſpnoici ſunt appellati ferè ſunt ſine febre, pōduſq; ſentitur grauis, neq; purulentū reſpuūt. Si autē curandū tibi, ſcito cōmune quiddā eſſe in his affectionibus, & quiddā proprium, cōmune quidē ad conſumēdam ac abſumendā ſuperfluam eſſentiā humiditatis morbos gignentis. Proprium glutinoſorū & craſſorū humorum eſſentiam detrahētis, tenuantibus & rarefacientibus medicaminibus, quæ ſanè communis eſt ratio ad omnia in intimo corporis apoſtemata,

uini autem potio ambobus cõgruit quod ſit ſubſtantia tenue, cunctis potus ſit paucus qui lãguent apoſtemate. Nam multus implet meatus glutinoſis & craßis humoribus. Nam abſtergentia huiuſmodi humores medicamina, tuſſes quatiant neceſſe eſt, nõ facile autem reſpuitur ob craßitudinem quod abſterſum eſt, maiori igitur humiditate opus eſt, quo facile eijciatur, & ob hoc plus potus dandum eſt aſthmaticis. Magnum, inquit Archigenes, medicamen eſt purgatio iugis ex ualidioribus facta medicaminibus, & uomitus ex rhaphanidibus & perunctionibus ſumpti, cataplaſmata ex ficubus, & farina hordeacea, ut habeat reſinã, ceram cum melle. Impinguatur autem ei etiam iris, & manna, & malagmata quæcunq; cutem exulcerant, & ſaniem abſtrahunt, ut eſt ciſſophontus, & diadapnidon, diacenthryos. Ad orthopnoicos, aſthmaticos, armeniæ boli drachma, dato potãdum cum uino diluto. Aliud egregium ex Aeſculapio & Dioſcoride: Ariſtolochia rotunda cum aqua pota, aſthmaticis ſuccurrit, & magni centaurij radix, & exigui ſucci, & ſtelctas diſſolutißima pota cum aqua, & ſpondilij fructus, & calaminthæ montanæ coma, & hyſſopi, iris, & melanthium, & ſtruthium album, frige in teſtacco uaſe ſuper prunis, albicantes uero tere

ro tere & ſumito, & cum melle coquito, dato lingendum ante cibum & poſt cibum, & proderit plurimum.

Secundum Pœnos & Arabes.

Difficultas anhelitus fit tribus modis, uel enim fit ex neceßitate nimia anhelandi ſicut in ſanis nimij exercitij, uel ex angusto ſpacio pectoris, ſicut in apostematibus & in pectore uulneratis, uel ex angustia in capite uiarum ſpiritus, ſicut patiuntur qui in lacertis gutturis apostemantur, quæ utraque ſunt peßima. Hãc ſpeciem Hippocrates ὀρθόπνοια uocauit, quia homini in ſanitate ſua pectoris tantum mouentur inferiora, patienti alterutrum horum trium, mouentur ſuperiora & inferiora, & uſq; ad ſpatulas. Poteſt aliter intelligi et ὀρθόπνοια uocari. Qui enim eam patiuntur erigi et ſtare cogũtur, cum infirmus anhelosus totum pectus uſq; ad ſpatulas, & à ſpatulis uſq; ad cubitos moueat, & cubiti in motu laxentur, tribus ex cauſis intelligitur, ſicut teſtatur Galenus: Vel ex delectione uirtutis lacertos pectoris mouentis, & in infirmitate ſui, uel ex conſtipatione inſtrumẽtorum ſpiritus, uel ex calore nimio cordi & pulmoni dominante. Defectio uirtutis lacertos pectoris mouẽtis, ex mala complexione calida,

uel frigida solet fieri. Constipatio instrumentorum spiritus ex grossis & uiscosis humoribus est, uel ex grossa uentositate uias anhelitus oppilãte, uel ex apostemate in diaphragmate, quæ aliquãdo omnia in uno loco adunantur, aliquãdo duo in simul, raro euadunt, qui hæc omnia coadunata incurrunt. Auicenna: Asthma est ægritudo pulmonis cum qua patiens non inuenit excusationẽ ab anhelitu frequenti, sicut est anhelitus præfocatus et festinatus. Hæc ægritudo est ex ægritudinibus longis, habens cum hoc paroxysmos acutos, secundum similitudinẽ paroxysmorum epilepsiæ, et spasmi. Et ægritudo hæc cum accidit decrepitis nõ forsitan sanatur, neq; maturatur, quomodo enim cum ipsa in iuuenibus etiã sit difficilis secundũ plurimũ, & augmẽtatur apud resupinationẽ. Et oportet ut elõgetur inter cibũ et potũ, & non satietur ex aqua subito, imò plurib. uicibus. Et somnus post cibũ est res nocibilior eis. Vitet potare post cibũ, siue sit aqua siue uinũ. Et scias quod crocus est ex summa medicinarũ maliciæ anhelitus & difficultati ipsius, qa cõfortat instrumentum anhelitus, & facilẽ ipsum efficit. Et catarrhus qui fit ex debilitate substãtiæ cerebri, curationẽ nõ habet. Serapio: Illi qui habent asma absq; febre assimilantur illis qui incedunt cum uelocitate & uehementia,

hemētia, deriuatur ergo nomen aſmatis ex actione illorū. Et accidit ei hæc ægritudo ex humore uiſcoſo, qui adhæret cannæ pulmonis, & præparatio anhelitus eſt huius generis, ſcilicet, quod oppilat meatus aëris, & eſt una ſpecierum anhelitus, ſcilicet, quia eſt diuerſa ab anhelitu aſmatis, & ab anhelitu ſanorū. Et fit etiam quādo implētur uenæ groſſæ quæ ſunt in pulmone humore groſſo & phlegmatico, donec putreſcit & ignitur. Et oportet ut ſcias quod cāna pulmonis quādo deſcendit ad pectus, diuiditur in uenas groſſas quæ ſunt calidiores natura eius. Cum ergo inuoluitur cum eis caro rara, cōpletur cum eis pulmo, et iſtæ ſunt theſauri uēti, quapropter etiā quādo occupat locū uēti ſubſtātia alia, cōſtringitur anhelitus, & accidit pectori, & collo toto præparatio recta. Quod eſt, q̄a patientes hāc ægritudinē timēt q̄ cadāt quædā partes corporis ſuper quaſdā quare præfocātur, quoniā ipſi iā ſciunt experimēto q̄d accidat in hoc ex corruptiōe. Rectificāt ergo pectora ſua & colla ſua, donec præparatur eis anhelit9, ꝓpter id ergo nomīatur hæc ægritudo directio anhelitus, ex hoc nō præparatur ei q̄ habet ægritudinē anhelitus, niſi quādo eſt directus ſedēs. Raſis Pœnus: Aſthma plurimū fit ex phleg. groſſo implēte cānā pulmōis & ſunt cū ea oregmō

magnus in pectore & constrictio anhelitus, & id quod faciunt canes in anhelitu quando currunt & propriè apud motum. Et cura eius est id quod educit illos humores grossos ex pectore, & iam diximus id in tussi humida. Et fit quandoq; ex siccitate pulmonis, et signa eius, sunt sitis et subtilitas uocis. Et cura eius est sumere lac in potu. Confectio Rasis ad asthma, educẽs humores grossos, & saniem ex pectore: Recip. Succi liquiritiæ, hyssopi siccæ ana ℥. 10. capillorum Veneris ℥.7. sem. urticæ, yreos, cordumeni, piperis, aristolochiæ rotundæ, baurach, nasturcij, carui campestris, amygdalarũ amararum ana, ℥.5. conficiantur cum melle quantum ipsa sunt, & detur in potu cum decoctione hyssopi maiori. Confectio pilularum quibus soluuntur habentes disniam frigidam: Recip. Pulpæ colochintidis ℥.1. tertiã, agarici ℥.s. baurach, tertia ℥.1. succi liquiritiæ ℥.1. sem. urticæ, yreos ana ℥.5, & fiant pilulæ, & est dosis 1.

Ex traditione autorum recentium.



Omnes dispositiones anhelitus cõtra naturam quodammodo ad ἄσθμα & ad δύσπνοιαν reducuntur. Ideo de asthmate primo uideamus, cuius tres species distinguũtur, scilicet, Sanfugium, Orthomia, Anhelosus. Nomine

mine ergo ſpeciali dicitur ſanſugium difficultas ex pirandi, quod eſt, quia cãnales pulmonis interius ſunt ualde repleti, unde nõ poſſunt conſtringi. Anhelosus uero dicitur quando pulmo exterius eſt cõpreſſus, unde eſt difficultas inſpirandi, id eſt, intus ſpirandi uel aëra attrahendi, quia pulmo non poteſt dilatari. Ορθόπνοια uero quia interius & exterius pulmo eſt compreſſus, unde non poteſt dilatari nec conſtringi, & ideo pariter impeditur inſpiratio & expiratio, cum contingit raritatem pulmonis totaliter imbibi & repleri. Hæc autẽ paßio in ſenibus non curatur, quæ in minoribus & fortibus uix curatur. Hæc autem paßio generatur propter catarrhos à capite deſcẽdentes, & quandoq; propter malas materias in ſpiritualibus collectas, & quandoq; propter nocumentum aliorum membrorum, ſicut ſtomachi, ſplenis, epatis, diaphragmatis comprimentium, uel malas materias mãdantium, uel propter dislocationem ſpondylium, uel propter uentoſitatem plurimã, uel propter paruitatem pectoris nimiam, uel propter malas complexiones ſpiritualium, ut eſt frigiditas, uel ſiccitas immoderata. Signa autem iſtius paßionis ſumuntur à nocumento membrorum patientium, & à ſignis reumatũ, quæ paßio ſi ſit cum materia erit in prin-

cipio grauitas ſpuendi. Si autẽ ſit ſolum nocumentum in ſpiritualibus, adeſt pulſus tremuloſus, & tremor cordis. Si aũt cauſa ſit extra ſpiritualia, non adeſt tußis. Si autẽ ſit ex apoſtematibus, ſatis ſignificatur per dolorẽ loci. Si ſit ex aſperitate & ſiccitate, adeſt ſitis, & nihil expuit. Si ſit à uẽtoſitate, cognoſcitur per inflationẽ loci & eructationes. Si à frigiditate, pulſus eſt debilis, tardus, & rarus. Regimẽ ex nutriente: Potus ſit uinũ pauciferũ, nõ uinoſum, medij coloris, dulcedine participãs. Cibus: Fercula, ptiſana hordei optimè cocta in brodio pulli pinguis, uel gallinæ, pultes ex farina amyli decoctæ comeſtæ non ſpiſſæ. Offæ ex micis panis lotis, panis optimæ farinæ frumenti debite fermentati cũ brodio pulli uel gallinæ, amygdalæ dul. optimæ prius bene piſtatæ, deinde coctæ in brodio pulli, uitelli ouorũ cum eorũ albumine cõquaſſati optimè in brodio pulli. Spinachiæ partes tres, boraginis partẽ unã, & fœniculi pauci, omnes ſimul debitè cocti in brodio pulli, portulaca cũ aliquãtulo boraginis ſimul bullita & cocta in brodio pulli. Oua ſorbilia gallinarũ cum eorũ albumine in principio mẽſæ & propriè in principio prãdij iuuant, ſi nõ timet uentris ſolutionem præter naturalẽ. Bliti partes 3. boraginis partem unam debite cocta in brodio pulli.

Cucurbita

Cucurbita prius bullita, deinde cum modico mēthæ debitè cocti cum brodio pulli. In omnibus suprascriptis ferculis pinguibus & macris utatur sæpe lactis amygdalarũ dulcium partibus tribus, semißem maiorum frigidorum parte una, omnibus simul mixtis cum dicto ferculo. Et hoc intellige ubi patiens non horret ista, in omnibus ferculis utatur sæpe saccharo taberzet trium coctarum. Carnes utiles sunt pulli, pullæ, pdices elixæ, phasiani, turdi cocti ut supra aliquando, alaudæ paruæ. Et aliquando assentur, sed raro, ita elixæ præstantiores sunt. Vituli lactentis, Gazelli seu caprioli, pulmones elixi supra dictarum auium conuenientes sunt, & pariter epata ipsarum. Pulmo uulpis elixus debitè coctus. Pisces petrosi parui, elixi non assati nec frixi. Timali, lucij parui. Acrumina omnia euitet ut sunt allia, cepæ, porri, raphani, & similia. Res acetosas euitet. Res pariter agrestes, ut limones & arancia, uentos euitet, tam calidos quàm frigidos, radios solis & lunæ similiter. Digestiuum catarrhi siue materiæ fluentis ad pectus: Recip. Aquæ mellis factæ secundum canones ℥. 3. aquæ de coctionis hordei excorticati unc. 4. sacchari albißimi unc. s. misce, assumat calidæ duobus diebus in singula hebdomada sero dum uadit dormitum.

Anhelitum

Anhelitum facilitans, uentrem leniens, pectus mun
dificans: Recip. Ficus siccas albas & pingues nu=
mero 4. passularũ ad corinthios unc. s. brodij pul
li unc. 6. sacchari albissimi cum brodio dicti mixti
unc. s. ficus per unam quartam horæ ante prandi-
um comedat, deinde immediate passulas. Vltimo
immediate dictum brodium bibat. Hac comestione
& potione simul taliter utatur sæpe: Aqua mel-
lis, de qua supra fit mẽtio, sic fit: Recip. Mellis par
tem 1. aquæ fluuialis mundæ & claræ partes octo,
misce. Deinde bulliant ad ignem usq; ad consumpti
onem tertiæ partis coque continue despumando, ul
timo per petiam lincam subtilem et albam coletur,
& ipsa utatur ut supra. Digestiuum screatum iu=
uans, tussim mitigans, & anhelitum facilitans: Re
cip. Syruporũ de prassio cõfecti cum seminibus Me
sue ℥. 1. de absinthio, de calamento, iulep uiolati a=
na ʒ. 2. aquarum decoctionis hordei excorticati ℥.
1. capillorum Veneris ℥. 2. misce. assumat calidũ
in aurora tribus diebus. Solutiuum usuale & faci=
le: Recip. Pilularum alephanginarum ℈. 2. agarici
℈. 1. salis gemmæ, zingiberis ana gran. 1. calamen
thi ℈. 1. absinthij gran. 4. misce, & cum syrupo de
prassio quod sufficit ad corporandum formentur
pilulæ 7. pro ʒ. Assumat in aurora à duabus usque
quinq;

quinq; ad libitum, stet ieiunus horis quatuor ad minus, & iterum dormiat desuper hora una. Digestiuum aliud anhelitum facilitans: Recip. Aquarum capillorum Veneris unc. 1. praßij unc. s. enulæ campanæ unc. 1. hyssopi unc. s. croci gran. 1. sacchari albi ℥. 2. misce. Assumat calidum in aurora ter in singulo mense. Cōfortatiuum pulmonis & dilatatiuum, eductiuumq́; materierum in ipso contentarum: Recip. Succi cauliū, mellis clari ana ℔. 1. pulmonis uulpis præparati ℥. 4. bulliant simul succus & mel semper despumando usq; ad succi consumptionem, & in fine addatur pulmo uulpis, & fiat electuarium. De hoc electuario sumat ℥. 3. mane & sero ℥. 2. per horam ante cœnam. Aqua experta pro asthmate frigido, quod durauit 12. annis in quadam muliere: Recip. Praßij, capillorum Veneris, ungulæ caballinæ ana M. 1. passularum, yreos, sem. urticæ, liquiritiæ, hyssopi ana unc. 1. ficuum siccarum numero 10. fiat decoctio, de qua sumat omni die unc. 2. In asthmate fiat syrupus ut sequitur: Recip. Praßij hortulani M. 2. capillorum Veneris, hyßopi, liquiritiæ ana unc. 1. passularum, ficuum siccarum, dactylorum ana unc. 1. s. enulæ siccæ, sem. urticæ, yreos, radicis fœniculi, petroselini ana unc. s. gūmi, tragachanti, arabici, seminis anisi,

cinna-

cinnamomi ana ʒ.2.penidiarum unc.3.mellis unc.
8.fiat ſyrupus,diſtemperetur cum aqua praßij,cõ
tinuet triginta diebus.De octauo in octauum diem
ſumat iſtas pilulas:Rec.Agarici ʒ.3.yreos,praßij,
menthæ ana ʒ.1.turbith ʒ.5. hieræ ſimplicis unc.
s.colochintidis, ſarcocollæ ana ʒ.1.s.zingib.℈.
4.fiant pilulæ cum ſapa, doſis drach.1. Et ſumet
de hoc loch: Recip.Diatragachanti calidi,diapeni
dion,diariſtolochiæ ana unc.s. pinearum munda=
tarum unc.2.miſceantur cum ſapa. Aqua pectora
lis: Recip. Violarum, capillorum Veneris, hordei
mundi,liquiritiæ, paſſularum ana unc.1.iuiubarũ,
ficuum ſiccarum ana numero 5.hyſſopi unc.s. bul=
liant in aqua, clarifica cum ſaccharo, penidiarum
ana unc.3. Syrupus ſolutiuus in materia pectorali
in homine antiquo tempore Aeſtatis: Recip.Capil
lorum Veneris,endiuiæ ana M.s.liquiritiæ,paſſu=
larum,hordei mundi ana unc.1. radicum fœnicu=
li,petroſelini ana unc.s. hyſſopi drach.2.iuiubarũ
numero decem,agarici albi, turbith,rheumbarba
ri ana unc.s.ſeminis aniſi,fœniculi, zingiberis a=
na drachmam unam,ſpicæ,ſalis gemmæ ana ſcrup.
1.ſacchari lib.1.fiat ſyrupus,doſis unc.s. omni die
de tertio in tertium cum aqua calida.

De pleuritide seu pleuriti. Cap. VI.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Pleuritica membrana est panniculus sub costis firmior & peritonæo similis, singulæ tamen costæ membranulis suis integuntur, hinc membrana annexa est, quæ medios deducit pulmones, & pectori spinæq; annectitur, ut altera pulmonis parte læsa, altera incolumis seruetur. Pleuritis, idis, recentiores dicunt pleuresis. Et est morbus laterum satis asper, & dicitur ἀπὸ τῆς πλευρῆς, *id est, à latere, hinc pleureticus, qui hunc morbum patitur. Integra pleuritis ardor est hypezocois in latere tunicæ, uehemens dolor obtundens, illatus cum acutißima febri, flatus difficultas hoc comitatur, & tußis quandoq; arida, aliquando cum eductione, à principio quidem cruenta, postea uero cocto ardore purulentorum pulsus consedit asper et uelut scalpens. Quod si dolor circa mãmam insedit, extenditurq; ad uertebrã usq; coxendicis, detrahẽdus est sanguis quantum satis, sin autem infra ad hypochondriũ fuerit dolor purgandum est, sin autem mediocris fuerit dolor, neq;*

compungens,

compungens, neq; cum tußi ac febri acuta, non magno eget auxilio. Clyster nanq; in his prius admittatur, inde oportuna alui subductio aspersioq; adhibeatur languenti lateri, obducaturq; sacculus ex furfuribus, & glithone, & anetho, sitq; uictus attenuans. At in acute ægrotãtibus, ut dictum est, si circa mammam & clauem fuerit dolor, secare, ut dictum est, oportet in ancone uenam ardente latere, non adixim brachij, sed ex opposito, neq; tãtum sanguinis detrahatur ut anima deficiat, nam ex hoc subest periculũ peripneumoniæ, refrigerato enim admodum sanguine, pulmo, qui rarus & calidus est, lateriq; uicinus, facile excipit morbum, expedit nimirum ei mediocrem detrahere aliquo etiam interueniente interuallo, & adhuc mediocre detrahere. Quod si animæ defectus tenetur, si amplius detrahitur, inde clysterib. aluus erit subducẽda, si par non uideatur, utẽdum erit oleo rutaceo in quo colliquefacta sit terebinthina & butyrum, inde lateri oleum admouendum est calidum, in quo ruta, anethum, cyperi flores incocti sint, et lana apponatur cũ eo liquore, ac sulphurata, uel ipsum sulphur dissolutum oleo calido & thymo dissolutißimo imponito, ligatoq; leniter & continue id, hacq; aspersione ad tertium usque diem utitor, hæc enim sunt

quæ

quæ ab Archigene narrata ſunt. Epithema præſtans pleureticis ſecundum eundem: Opopanacis uncia, rutæ foliorum unciæ 2. cyprini libra, ceræ unc. 6. terebinthinæ unc. 7. galbanes uncia & dimidia opopanacis, cyprino diſſoluatur. Galbanæ uero et rutæ folijs colluatur, quæ liquefacta miſceātur diſſolutis. Aliud epithema multæ experientiæ: Rutæ ℥. 2. ſulphuris extincti ℥. 1. nitri ℥. s. adipis porcinæ ℥. 4. ceræ ℥. 6. terebinthinæ unc. 1. pota autem iuuant pleureticos à principio quidem mellicratum in quo cocta ſit ruta, poſtea hyſſopus, uel calamintha, uel origanum, uel iris, uel radix ariſtolochiæ. Aliud: Butyrum recens cum æquali parte mellis coquito, daq; cochleariū. Inueteratis autem pleureticis da balſami fructus drachmā cum mellicrato, uel gentianæ ℥. 2. centaurij maioris radicis ℥. 2. cum uino, uel ſymphyti radicis cum mellicrato. Si autē humida & incocta reijciat, hoc cōgruet: Zingiberis, troglytidis ℥. 2. croci ℥. piperis gran. 15. mellis deſpumati ℔. dato cochlearij dimidium.

Ex traditione Pœnorū & Arabū.

SCias quod pleureſis eſt phlegmon uelaminis ligantis uiſcera quod cooperit coſtas de intus. Et oportet ut ſcias quod pectus eſt compoſitum ex 24. coſtis, & inter iſtas

costas sunt lacerti quidam positi ad constringendum pectus & dilatandum ipsum. Cum ergo apostematur uelamen ligās quoad cooperit costas has & lacertos qui sunt inter eas, nominatur hæc ægritudo Caluritus, et est pleuresis, quādo uero apostema est in lacertis, tunc quidam nominant Caluritis non uerum. Sed distinguitur inter uerum & nō uerum per istas significationes, quod est quia si est cum dolore pungitiuo ordinato, tunc pleuresis est uera, quoniam uelamē est neruosum in natura sua sentiens ex quo est pūctio & dolor, & dolor pungit in hac ægritudine uelamen. Est ergo ille qui extenditur ex centro secundum rotunditatem ad terminum, & centrum eius est fluxum locatum. Et significationes quæ sunt propriæ ei sunt ex tußi, & dolore cum punctura & febre acuta, & cōstrictione anhelitus, & dolore clamoso. Et secūdum plurimum non accidit pleuresis nisi ex sanguine cholerico, scilicet, ex materia calida. Et oportet ut administretur phlebotomia quando dolor iam ascenderit ad duas furculas, et post illud damus infirmo decoctionem de iuiubis & sebesten, passulis, papauere albo, tragachanto cum uiolis conditis, cum saccharo & oleo de amygdalis dulcib. sed die uno, & post illud aquā hordei. Et dū materia in principio per-

permanet currens, trahamus ipsam ad locũ cõtrarium ei ex dorso ad lõgitudinem. Si aũt ægritudo iam confirmata est & abscissum est quod currebat, tũc necesse est ut phlebotomemus ex latere doloroso. Halyabbas: Si apostema operimẽto costas subinuoluenti accidit, pleuresis uocatur, & cum in pectoris lacertis, dolor dicitur lateris. Et huic adhærentia paßioni accidẽtia qbus significatur, febris est indeficiens, quæ ab ipsius in principio non separatur, ac tußis quæ nihil in principijs emittit, anhelitus angustatio, pũgens dolor, & cũ paßio difficilis est dolor à costis incipit, & ad furcularũ ascẽdit partes, eo in latere in quo apostema est, nonnunq̃ autẽ ad inferiora descẽdit in partes quæ subsunt hypochondrijs. Sãguis augmẽtatus, & cũ interiori calore corporis feruidus, capiti ascẽdentem fumũ mittit, qui cum inueniat clausuram capitis et poros oppilatos non pmittitur exire, deinde calefit morãs in capite cum cerebri calore dissolutus redit ad inferiora corporis, sicut uidemus in humectatione fumi balnei, qui fumus cum tecta penetrare nequeat, redit ad inferiora. Si aqua à capite destillat ad diaphragma, calidum apostema generat, & inde fit pleuresis uera. Si in lacertos ueniat uel carnes quæ sunt inter costas, pleuresis non uera dicitur.

Sæpe pleuritis inuadit homines calidæ & humidæ cõplexionis in Vere naturaliter, in Hyeme accidentaliter. Et plurima pleuritis ex puritate naſcitur ſanguinis. Aliquando ex ſanguine calido & cholerico, aliquando groſſo & melancholico, aliquando humido & phlegmatico, aliquãdo ex omnibus, aliquãdo ex quibuſdam humoribus. Si uideamus quod apoſtema diaphragmatis ſit ſanguineũ, ſi ſequantur tempus, ætas, conſuetudo & uirtus infirmi, feſtinemus, ut de baſilica uena minuamus, de latere ubi infirmus patitur antequã augmẽtetur, maximè ſi dolor aſcendat uſque ad furculas, quod in περὶ τῶν ὀξέων præcipit Hippocrates. Si uirtus ſit fortis, non eſt cura alia adhibenda, quã quæ phlebotomia præcepimus obſeruanda, ſed phlebotomãdus eſt maximè ſi ſit ſanguinea morbi ſpecies. Vnde ſi uirtus defecerit nõ oportet phlebotomari, ſed quãto magis poſſumus uirtutem cuſtodiri, phlebotomia enim eſt moleſtiſsima, cum defectione uirtutis. Oportet ergo epithemata quæri, & cataplaſmata acumen ſanguinis mitigantia & diſſoluentia, ſicut ſunt maluæ, uiolæ, radices eorum, hordeum mũdum in aqua coctum & colatum cum oleo uiolato mixtum, deinde panni linei ſubtiles infundantur, & loco dolenti ſuperponantur frigida tempore calido, te-

do, tepida tempore frigido. Isaac: Pleuritis uera, est calidum apostema nascēs in diaphragmate: propter humores à cerebro ad pectus fluentes. Aliquādo hæc materia descendit ad lacertos costas uelantes, & aliquando in pulmonem, & nonnunquàm in diaphragma. Si fuerit in pulmone erit dolor leuior, quia pulmo est insensibilis propter neruos ab eo ablatos. Spiritus tamen est angustior, quia pulmo est maius instrumentum spiritus. Quod si materia uenit ad diaphragma, fit spiritus leuior, & dolor fortior propter multitudinem neruorum in eo existentem & colligantiam, quam ipsum cum cerebro habet. Proinde si uulnera patitur, dura sunt ad sanandum, maximè si fuerint in neruosa parte diaphragmatis carnem non habētis, uulnera enim in loco non carnoso, incurabilia sunt, quæ si fuerint in carnoso, sunt dura ad sanandum propter nimietatem sui motus, & nòn solum uulnera diaphragmatis sunt difficilia ad curandum, sed etiam ea quæ sunt sub omnibus locis diaphragmatis existētibus, sicut circundàtis uentris & intestinorum, quia corruptio omnium humorum ad hæc loca uenit, quia sunt uicina locis fœcund. propter hoc oportet medico ut desiccet uulnera quæ sunt in his locis, quantum uirtus tolerare poterit. Auicenna: Pleuritis

uera est apostema calidum in partibus pectoris, aut in lacertis intrinsecis, & in uelamine cooperiente pectus, & in uelamine distinguente, & est illud quod est purum. Non uera fit in lacerto extrinseco apparente, aut in uelamine extrinseco cum cōmunitate cutis & absque communitate, & tunc est non uera. Et maius istis & terribilius est illud quod est in ipso uelamine distinguente, & est prauius eis. Et omne apostema aut resoluitur, aut indurat, aut collectionem facit. Et oportet ut uirtus confortetur in hac hora, ut fortis fiat ad tußim sputi. Hæc namq; operatio duobus completur uirtutibus, quarum una est naturalis maturatiua & expulsiua, & altera est uoluntaria expulsiua, & nisi confortentur poßibile est ut deficiant ad mundificandum. Et quandoq; accidit ex uehementia febris, frequentia anhelitus, & uiscositas sputi, & ex uiscositate sputi uehementia laboris, & additio in inflammatione, & sic non cessant adiuuare se super maliciam. Veritas tamen est quod propinqua parti sinistræ est deterior, sed est conuenientior ad hoc ut maturetur & recipiat solutionem. Et pleuresis minoratur in decrepitis, & si forte accidit interficit propter debilitatem uirtutum earum in spuendo & mundificando. Et sunt quinq; signa

uerae

ueræ pleuresis, scilicet, febris inseparabilis, dolor pũgitiuus sub costis, cõstrictio anhelitus, pulsus ser rinus, et tußis. Et apparitio fluxus sanguinis nariũ, est ex signis bonis ultimis in pleuresi. Et omnis pleu resis cuius dolor nõ qescit p sputũ, neq; minutionẽ, neq; per alia, tũc spera ex ea saniositatẽ, aut mortẽ ante ipsam secundũ reliquas significatiões. Et omne sputũ cum quo non quiescit nocumẽtum, non est bo nũ. Et laudabilius sputũ est, quod est facilius & ue- locius, & plurimũ et magis maturũ & albũ planũ æquale in quo nõ est uiscositas, imò æqualitas sub- stãtiæ. Rasis: Fit ex sanguine, cuius signa sunt rube do coloris, repletio, pulsus et uehemẽtia cõstrictiõis anhelitus post multã repletionẽ uini, et si sputũ iam incœpit, erit rubedo in eo plus. Cura eius est phle botomia basilicæ ex latere opposito, deinde iteratio phlebotomiæ ex latere doloris in die tertia. Et fit pleuresis ex cholera, & signa sunt eius punctura & dolor in latere, & caliditas fortior q̃ eius quæ fit ex sanguine, et pulsus minor et durior & febris acutior. Et cura eius est phlebotomia, sed ex latere doloris de basilica. Et fit ex sanguine adusto nigro, & signa eius sunt uehementia puncturæ cum sicci- tate oris, et fortitudine febris, et asperitas linguæ, & postpositio sputi, et tarditas eius, & difficultas

ipsius & nigredo coloris ipsius, & plurimum est mortale. Et cura eius est phlebotomia. Et fit pleuritis ex sanguine in quo dominatur phlegma, & est magis quieta et leuior, & febris non habet magnũ dominium, & non est punctura in latere, & est sputum in hac ægritudine albius, & in ipso est rubedo parua. Et cura eius est phlebotomia etiam, deinde decoctio hyssopi, & uiol. & reliqua quæ diximus, ueruntamen extinctio & humectatio oportet ut sint minores.

Ex traditione autorum recentium.



Era pleuritis à nõ uera differt cum proprijs eius significationibus, quæ sunt duricia febris, angustia spiritus, tußis in initio morbi sicca, punctio in latere, quæ accidentia sequitur extẽsio pulsus. Hæc duricia est similis dentibus serræ, cumq; apostema fuerit maturatum rũpitur, neq; uulnus ab omni mundificatur sanie, uelociter mouetur materia & mutatur ab interiori diaphragmate ad exteriora, & iuncta cum pulmone generat peripneumoniam, qua de causa dolor quiescit, quia pulmo est insensibilis. Et aliquãdo incidũt in peripneumoniam priusquã apostema rumpatur. Non uera autẽ pleuritis habet significationes has:

nes has: scilicet, grauitatem lateris absq; tußi & sputo, quia morbus est extra spiritus instrumenta, proinde pulsus eorum est mollis, & posita exterius manu super locum paßionis mox sentiunt dolorem, & aliquando tumor apostematis apparet extrinsecus, quod in futuro cum chirurgia curatur. Apostema epatis quandoq; uidetur esse pleureticum cum non sit. Calidum itaq; epatis apostema cognoscitur per citrinitatem uultus patientis, quia epar est fundamentum sanguinis, quod cum deficit in mundificatione sanguinis immūdus sanguis permanēs, & corpus nutriens mutat illud in citrinitatem, et siccè tußiunt, quia materia extra spiritus instrumētum est, pulsus eorum est durior pleuretico pulsu. Species pleuritis differunt inter se in colore sputi, qualitate infirmi, qa si materia sit sanguinea, sputum erit rubeum, tußis humida, corpus plenū, tactus mollis & suauis, sitis parua, pulsus magnus & largus, urina uermiculosa & tēperata in liquore, aut aliquātulum grossa. Quod si materia fuerit cholerica, sputū erit citrinū, tußis sicca, corpus macilentum, calor pungitiuus & acutus, sitis magna, pulsus uelox & acutus, urina subtilis & lucida. Si autē materia sit phlegmatica, sputū erit albū, tußis humida, corpus pingue, effigies mollis & parū co

 lorata,

lorata, febris debilis, sitis parua, pulsus latus et tar dus, urina uitellina, aut citrina, liquor grossus, & aliquando subtilis et albus, quod est malum. Mate ria melancholica sputum habet liuidũ uel nigrum, corpus macidum & siccũ, pulsum subtilem & tar- dum, urinã columbinã, aut aliquantulum pertinen- tem ad uiriditatẽ. Quod si materia de omnibus, aut de pluribus fuerit humoribus cõposita, fit sputi co- lor cõmixtus multũ siue paruũ secũdum humorum cõmixtionem. Similiter cæteræ patientis qualitates erũt mixtæ. Sed bonũ est si ante materiæ digestionẽ sputũ egrediatur albũ, & aliquãtulum mixtum cum rubore, quia materiã significat esse leuẽ & nõ obe dientẽ, quod si appareat sanguinolẽtum, significat quod morbus est sanguineus. Dolore aũt ad furcu las ascendẽte, ante omnia phlebotomabis, deinde occurre cũ cathaplasmatibus acumẽ sanguinis ex- tinguentibus et dissolutiuis, sicut est succus maluæ, bismaluæ, uiol. hordeũ mundũ, omnibus coctis et co latis addito oleo uiol. pannus in eis infusus, super patientẽ ponatur frigidus tẽpore calido, calidus tẽ pore frig. quod si calor febris non est fortis addi- mus cathaplasma cum oleo chamæmil. Et si uirtus patientis sit fortis, ætas, cõplexio, tẽpus, regio, cõ- suetudo sintq; cõuenientia, festinãda est sang. detra

ctio,

ctio, priusq̃ morbus augmẽtari incipiat, et febris au gmẽtetur. Malum enim est (ut uult Isaac) si postea minuatur ꝓpter naturæ debilitatẽ. Materiã etiã si certissimè noueris esse sang. & uirtus infirmi sit fortis, phlebotomia cõueniens erit, et si cætera incõ ueniẽtia sint, caue tamẽ ne sang. temere minuatur cum uirtus debilis est, q̃a molestũ est, quod si minu atur, cõuenit ut sit de basilica uena & de latere in firmo. Sũt nõnulli tam ex Italis q̃ ex nostris in sang. mittendo audaciores, quos medici sapientes admo dũ detestãtur. Nam sang. est atræ bilis tẽperamen tum, spiritus fomes, uitæ thesaurus. Diæta in pleure si sit talis: Da mane ptisanã colatũ cũ amyg. & sac charo, aut syrup. uiol. si uẽter fuerit cõstipatus, ue spere micã panis lotã cum amyg. & sacch. tritam. Succũ etiã malorũ granorũ ualde dul. sorbeãt, quod si cõsuetudo infirmi fuerit multũ comedẽdi, & fue rit Germanus, aut Scotus: & ptisana & amyg. non suffecerit, da spinachiã, maluã, cucurbitã, omnia co cta cũ amyg. & pariter hordeaceũ cũ amyg. et mi cã panis. Sed in die nũciatiua decet diætã subtilia re, et solũ ptisanã aut hord. clarũ dare, q̃ si sputum in 4. die fuerit album, lene, multũ facile, quæ cum una aut duabus egrediatur tussib. nũciat crisim esse uẽturã in 7. die. Si aũt in 4. rubeũ fuerit et aliquod

signum

ſignũ cõcoctionis apparuerit, & ſputũ fuerit lene, iunctum, uiſcoſum & mixtum cum aliquanto albedinis & leuiter exeat, indicat bonã criſim eſſe uẽturã in 11. uel 14. maximè ſi apparuerint cum eo ſigna ſalutis, quæ ſunt uirtutis bonitas, leuitas, ſomni leuitas, appetitus bonitas, maximè in hora qua erãt ſoliti illum habere in ſanitate, & ſignũ cõcoctionis in urina, eadem hora ſanitatis. Si ſputun in quarta die roſeum apparuerit, nunciat criſim in 14. aut 21. ſecundum quod materia morbi leuis aut grauis apparuerit. Quod ſi citrinũ in quarta apparuerit, longitudinem ſignificat morbi, ſed tamen nondum timorem aut ſalutem demõſtrat. Sed tamen ſi in 7. mutetur in ruborem, etiã alia bona ſigna appareãt in longo tempore, ſalutem nunciat eſſe uenturam. Si autem uſq; in 7. appareat citrinum, & illaudabiles appareant ſignificationes, timorem demonſtrat uicinum. Si autem ſignificationes ſint mediocres, fit tarditas timoris ſecundum commixtiones ſignificationum. Cauendum eſt autem ne multum ſoluatur uenter, quia poſtea uix conſtipatur. Si pleureticus fiat ſine ſputo & ſic cum dolore hypochõdriorum, per urinam purgabitur potius quàm per egeſtionem. In pleuriti ſemper eſt punctura unius lateris, uel utriuſq;, ſed tamen urina incẽditur cum

eſt in

est in dextro. In peripneumonia uero nulla est lateris pũctura, sed grauedo sinistræ spatulæ cum genarum rubore, & docent in his facere phlebotomiam, primo per ἀντίσπασιν, & post per μετάθεσιν. Pleureticus si non purgetur in 14. diebus in empyema trãsit, & uix euadit. Quidam autem arbitrãtur in pleuresi empyemate et peripneumonia curam non esse uariandam, quibusdam contrarium uidetur secũdum diuersitaẽ humorum in causa existẽtium curas esse uariandas, ut Constãtinus, Isaac & Rasis. In his tamen paßionibus non sunt apponenda repercußiua, nec actualiter frigida, sicut nec in apostematibus aliquibus interiorum mẽbrorum, sed diaphoreticis magis & mollitiuis insistẽdum, ut si materia est calida, minus calida apponantur. Si frigida, magis frigida apponãtur. Et pariter nihil actualiter frigidum debet exhiberi per os, et nihil acetosum, uel salsum Nec appropinquet se pulueri uel fumo, uel uento, uel splendori, & loquatur submissa uoce, & sit in loco obscuro tuto à frigore & calore, unde carbones igniti sine fumo ante lectum debent apponi. Nihil actualiter frigidum eum extra tangat. Aliqui quærunt an conueniat phlebotomia in pleuresi et peripneumonia, in principio quando fuerit cum fluxu uẽtris. Et in hoc

casu

casu dicit Alexan. quod primo intercipiatur fluxus, & post fiat phlebotomia. Alij dicũt quod siue fiat ui naturæ, siue ui symptomatis à principio particularib. cõuenientib. forti existente natura facienda est phlebotomia. Multi autẽ in distinctione signorũ pleuritis & apostemate epatis decipiuntur, sed discernũtur. Epatis autẽ apostema à principio est ad modũ lunæ nouellæ cornib. depreßis inferius. Itẽ empyici statim extenuantur et discolorãtur. Itẽ in empyicis magis tingitur urina q̃ in pleuresi. Itẽ empyici sanguinolẽtas habẽt egestiones, et urinam sanguinolentã. Item empyici sentiunt dolorẽ inferius magis q̃ pleuretici. In pleuresi dolor est pũgitiuus, in empyemate magis aggrauatiuus. In pleuresi tußis est humida, in empyemate sicca. Differt aũt pleuresis à peripneumonia, quia in perpneumonia maior est cõstrictio anhelitus, & dolor aggrauatiuus, in dextro latere nulla adest pũctio, q̃a pulmo nõ est mẽbrum sensibile. Itẽ in peripneumonia dolor sentitur in dorso et inter duas spatulas, in pleuresi non. Item adest rubedo uel citrinitas in maxillis in peripneumonia, in pleuresi non. Item in peripneumonia leuius iacet super dextrũ latus ubi est apostema, in pleuresi ecõuerso. In peripneumonia lingua rubescit multum in principio, sed postea nigrescit. Item pleuresis frequẽter mutatur in peri-

pneumo-

pneumoniā, sed non ecōuerso aut raro. Item pleuresis sinistræ partis est deterior q̃ dextræ. Item pleuresis sinistræ partis multotiens in pipneumoniā mutatur, è cōuerso raro. Itē pleuresis accidit in Vere, & ꝑpter potū aquæ frigidæ, & propter multā repletionē humorū. In pleuresi post phlebotomiā & clysteria fiat unguentū ad pectus: Recip. Muscilaginis sem. citon. sem. alteæ ana ℥. s. muscilag. hordei bene cocti ℥. 1. succi rad. lilij, succi yreos ana ℥. s. olei uiol. et amyg. dulciū ana ℥. 2. ceræ q. s. fiat unguētum. Emplastrū ad pectus post unguentū: Recip. Farinæ hordei ℥. 4. sem. lini, sem. alteæ ana ℥. 1. florū chamæmil. fœnugræci ana ℥. 1. buillant in aqua & fiat emplastrū. Syrupus ualēs pleureticis: Recip. Liquiritiæ rasæ ℥. 1. s. hordei mūdi, passul. ana ℥. 1. iuiubarū 5. capil. Ven. uiolarū an. ℥. s. sacchari ℔. s. fiat iulep. Quādo pleuresis est de materia mixta, sed magis phleg. facta phlebotomia: Recip. Syrup. iuiubarū ℥. 1. s. sumat 2. uicib. postea capiat istū syrup. ℞. Hordei mūdi, liqritiæ ana ℥. 1. s. passularū, uiol. ana ℥. s. iuiubarū 10. capil uen. M. s. dactylorum numero 2. sacchari ℔. s. fiat syrupus aromatizatus cum puluere diatragachanti frigidi ʒ. s. Sumat de ista mixtione: Recip. Sacchari uiol. buglos. boragin. diapenidion ana ℥. 1. misceātur et cooperiantur folijs auri. Vnguentum ad pectus:

Recip.

Recip. Muſcilaginis ſeminis alteæ, muſcilaginis ſemin. lini ana ℥.1. olei chamomilæ, uiolati, olei amygdalarum dulcium ana ℥.1. ceræ quãtum ſufficit, fiat unguẽtum pro pectore. Sumat de iſtis aquis quandoq; in die: Recip. Aquæ melliſſæ, aquæ buglosſæ, aquæ ſcabioſæ ana ℔ s. praſsij ℥.4. ponantur in infuſione liquiritiæ ʒ. 2. cum ſacchari ℔. s. clarificetur. Fiat poſtea talis ſyrupus: Recip. Paſſularum, liquiritiæ ana ℥.2. iuiubarum, ſebeſten ana numero 10. capillorum Veneris, praſsij hortulani ana M.1. hyſſopi, corticum fœniculi, petroſelini ana ℥.s. endiuiæ M.1. ſacchari ℥.8. fiat ſyrupus.

De cardiaca paſſione & ſyntexi. Cap. VII.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.



Or cuius gratia omnia conſtant, in medio corpore collocatur. Natura enim rem nobiliorem locis nobilioribus conſtituere ſolet, uerum potius ſuperius quàm inferius, ac in parte priore quàm poſteriore, potiusq; ad leuam quàm ad dextram, non ſine ratione collocatum eſt, uiſcerum principale membrum, quod in omnibus animalibus conſpicitur. Nam cor caloris officina eſt & uitæ mentiſque origo, ſanguinis ſpirituſque principium. Omnium enim partium

partium primum ſanguinolentum conſpicitur, ut in ouis triduo incubatis puncti magnitudine apparet. Formato corpore, protinus quaſi alterũ intus animal palpitare ſentitur thoraci. Cor ſanguinis fons est & principium calidæ humidæq; naturæ, ut Auerroi placet, uel temperatæ, ſi Ariſtoteli creditur. In corde uitalis caloris, nutrimentiq́; principiũ habetur, iraſcentiæq; ſedes, pulmo ad cuſtodiam id ambit ut ſtragulum, tanta eſt uiſceris principalis reuerentia, quod inter omnia membra ſolum uitijs non maceratur, nec uitæ ſupplicia trahit grauiora. Cordi, ut inquit Ariſtot. nulla bilis appropinquare poteſt, quoniam illud affectum nullũ patitur uiolentum, mortem ilicò trahit læſum. Cor ipſum natura carnoſum, ac muſculoſum in ſummo pingue ſine oſſe, præterquàm nonnullis animalibus inuenitur, ut in ceruorum cordibus. A corde omnes uenæ maiores tanquàm ex ſtipite oriri cernuntur, quia in eo nullæ uenæ ſunt, reliqua membra ſanguinem non habent niſi in uenis, tanquàm in conceptaculis. Et ſanguis ex corde ad uenas inde ad membra deriuat, in fibris autem iecoris aquoſa potius ſanies apparet, nec ſanguinis naturam habent niſi prius in corde acceperit. Arteriæq; ad iecur non perueniũt, quoniam cordi peculiares ſunt. Cardiacus morbus

appellatur, qui ad tabem hominem perducit, quod Galenus in ſimia ſua diſſecta perſpexit. Et dicitur ἀπὸ τῆς καρδίας, id eſt, à corde uel ab ore ſto-machi, quod καρδίαν etiam Græci uocãt. Seneca: Bibere et ſudare uita cardiaci eſt. σύντηξις eſt de-fectio animi, quæ Latinè defectio dicitur, inde συν-τηκτικοί defecti. λειποθυμικοί et λειποψύχοι dicuntur iſto morbo laborantes, animaq; et ſpiritu deficientes. Cordis tremor et concuſsio multis ſa-nis adoleſcentibus et pubeſcentibus perſpectus ad-ueniſſe, dolet his caput abſq; alia & exteriore cau-ſa, & hi omnes detracto ſanguine ſubleuati ſunt, et perfecte quidam ab eo caſu liberati ſunt, attenu-ante uictu poſt ſanguinis detractionem utentes, itĕ-dem medicaminibus Noui, inquit Galenus, quen-dam Veris tempore languentem tremore cordis, trienniõq; uſum ſanguinis detractione, et adiutum, præueniſſe autem in ſanguinis detractione quarto anno, antequàm in eum laberetur caſum, atq; dein-ceps pluribus feciſſe annis, uſum etiam uictu con-gruo, ueruntamen ipſum antequàm ſeneſceret è ui-ta deceſsiſſe, ſicut et alij omnes. Quidam in febri-bus acutis ſtatim in ſyncopen deuoluti itidem mori-untur, aliqui uel citra ſyncopen apoplexiæ ritu, ſtatim uitam cum morte commutarunt, plures qui

ita

ita languent ætatem agentes minorem quinquagin ta annorum, plurium certè quàm quadraginta æta tem alij non uident. Nomen quidem animæ defe= ctus, quæ λιποθυμία nuncupatur, unum est, cau= sæ uero multæ, curæq; in qualibet specie. Nunc de his tantum dicemus, quantum quispiam satis nosse poßit, ubi confestim in paroxysmis inciderint. Dif= fert autem lipothymia à syncope, quod lipothymia quidem subito incidit sine sensu & immobilem effi= cit hominem, ac non omnino sudatur. At syncope & uigilantibus & delatis in somnum accidit, & prorsus sudoribus ex consuetudine dictis synco= pen inuehit. Quibus autem à flaua bile os uentris oblæsum est, labentibus in syncopen potus frigidus est dandus, uinum quidem natura calidum citrinũ tenue ac uetustum. Sunt etiam causæ aliæ ex quibus syncope fiunt: dolor ingens, uigilia, immoderata euacuatio, in delinquentibus quoq; id est inuenire & principium distemperãtia, celerrima extinctio, abolitioq; est languente cerebro.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.



TRemor cordis ex humiditate est coadu= nata in circumstãtibus cor pelliculis, hic morb. fit sanis, & infirmis dubito, cũ hæc

humiditas influit cordi. Si humiditas ſanguinea uel cholerica ſit, fit cum tremore cordis, & calor, & ſitis, & altus anhelitus ineſt. Si ex groſſo ſanguine & melancholico, fit timor & triſtitia & pigritia ſine ſiti, aliquando fit cardiacus morbus cum neceſſaria cordi minuantur, ſicut ſanguis ſubtilis & clarus ab epate egrediens, quod intelligimus in epate, uel in locis uicinis infirmantibus ſicut in ſtomacho. Aliquando humores coadunantur in ſtomacho acuti pungentes fortiter, unde morbus cardiacus naſcitur. Syncopis uero eſt abſolute defectio cordis & coadunatio totius ſuæ uirtutis in ſe, atq; ablatio fumi ſui expellendi. Impoßibile enim eſt eſſe syncopin ſine paßione cordis. Fit ergo diuerſis modis, ſcilicet ex plenitudine nimia, uel multa inanitione, uel ſubita caloris mutatione in frigidũ, uel frigidi in nimia caloris mutatione. Plenitudo enim fit ui, ex humoribus totius corporis, uel ſolius ſtomachi uel inteſtinorum uel matricis. Serapio: In ſpeciebus ſyncopis, quæ accidit cum dolore quorundam membrorum, oportet ut ſit ſtudium noſtrum de membro quod eſt cauſa ægritudinis, & rectificatione eius cum rebus quæ conueniunt ei præter quod tardemus in confortatione cordis etiam. Auicenna: Et tremor quidem cordis quando ſuperfluit, permuta tur

tur ad mortem. Et tremor cordis qui ſanguineus eſt, adiuuatur coitu, & infrigidatio eſt econuerſo. Et ad ultimum omnis medicina odorifera eſt cordialis. Syncopi eſt deſtructio maioris partis plurimũ uirtutum, ſcilicet motiuæ & ſenſibilis. Cauſa ſyncopis quandoq; eſt applicatio uirtutis contrariæ ſubſtantialiter complexioni cordis & ſpiritus, ſicut olfactus fœtoris, & peſtilentia aëris ex cadaueribus, & penetratione uirtutum uenenorum ad cor, & quandoq; propter arterias. Et etiam quandoq; accidit ſyncopi cauſa uermium, qui aſcendunt ad os ſtomachi. Dolor autem facit cõtingere ſyncopin, quia ſuperflue reſoluit ſpiritum, & in fine propter uehementiam infrigidationis cordis. Et debilitas oris ſtomachi, aut effuſio rei ad ipſum, eſt cauſa ſyncopis illius qui phlebotomatur. Et cauſa quare aliquis patitur in prima phlebotomia ſui eſt, quia ſubitum eſt quod non conſueuit. Raſis: Aegritudines cordis quas curari poßibile eſt, ſunt alteratio complexionis antequàm confirmetur, & tremor cordis, & ſyncopis, & dolor qui non confirmatur, & debilitas. Apoſtema uero diſruptio aut corruptio cõplexionis confirmatæ, non ſunt faciles ad curãdum. Et tremor cordis ſecundum plurimum fit cum calore. Et cura eius eſt phlebotomia cephaleæ ex latere ſi

nistro, & dare in potu lac acetosum, & trochiscos de camphora secundũ quod diximus. Et fit tremor cordis, raro tamẽ ex multitudine melãcholiæ in sanguine, & hæc species tremoris cordis est nobilior specierũ tremoris cordis, & signa eius sunt corruptio cogitationis, & timor, & rusticitas, & dispositio proxima melancholiæ quæ est ex dominio cholerae nigræ in sanguine. Et cura eius est id quod diximus in melancholia, quæ est ex dominio choleræ nigræ in sanguinem. Confectio trochiscorum ad pulsum cordis: Recip. Thuris ʒ. 5. enulæ siccæ ʒ. 3. succi calamẽthi, foliorum rutæ ana. ʒ. 2. sisymbrij ʒ. 3. origani ʒ. 1. s. ameos tantũdem, detur in potu ex eo aureũ unũ cũ decoctione cimini. Sunt enim boni ad inflationẽ uentris, & puncturã uenenosam. Confectio trochiscorum de musco ad pulsum cordis, syncopin, hydropisim, & extenuationem: Recip. Mastiches, xyloaloẽs crudi, cinnamomi, gariophylorũ, galliæ, spicæ, nucis muscatæ, cubebarũ, cardamomi, olei de citro. ana. aureum unum, musci, ambræ ana. sextã ʒ. unius. fiãt trochisci cũ kesmes. Cõfectio medicaminis de musco ad pulsum cordis et syncopin: Recip. Mastiches, cinnamomi, xyloaloẽs crudi, gariophyl. galliæ, spicæ, nucis muscatæ, cubebarũ, cardamomi, ciperi, squinãti, foliorũ citri, sansuci, sisymbrij,

brij, zingiberis, macropiperis, margaritarũ, coralli, charabæ, setæ crudæ, folij Indi, been, ana. ʒ. 10. musci ʒ. 1. tertiam puri, aggregentur omnia cũ melle myrobalanorũ, chebulorũ conditorum. Cõfectio de xyloaloës ad syncopin & uomitum et cholericã paßionẽ: Recip. Thuris ʒ. 3. ros. ʒ. 11. xyloaloës, galliæ, gariophyl. spicæ, cretæ quæ comeditur decorasceni, spodij, ana. ʒ. 1. cubebarũ ʒ. 1. fiant trochisci.

Secundum recentium autorum traditionem.

Humiditas frigida, uel grossa uentositas quandoq; colliguntur circa cor, quorum collectio ad cordis cõstrictionẽ sua frigiditate operatur, cor uero sua caliditate apertionẽ intẽdit & dilatationẽ. Ex his cõtrarijs ergo causis fiũt contrarij motus et tremor, unde si apponatur manus supra regionem cordis, sentitur tremor cordis cũ saltu, et propter hoc appellatur cardiaca tremens. Et aliquando colligitur circa cor humiditas cholerica, uel fumus acutus, unde resoluitur humiditas circũquaq;, et fit sudor cõtinuus in furcula & in pectore, et circa collum, et hoc appellatur cardiaca diaphoretica. Ex hac nõ seqtur defectio patiẽtis & nimia extenuatio, sic ergo fit quædã paßio cardiaca de frigida causa, quædã de calida, utrũq; tamẽ istorũ

habet fieri à causis primitiuis antecedentibus, ut à causis remotis. Causæ primitiuæ, sunt accidentia animæ, dolores, potus uenenosus, morsus serpentis. Antecedentes, sunt morbus consimilis cum materia uel sine materia, uel officialis uel cõmunis quæ sunt in solo corde, uel in stomacho, epate, splene, uel matrice. Morbus ergo similis cordis & aliorum membrorum consimilium sine materia, aut erit caliditas, aut frigiditas & sic de alijs. Cum materia uero aut erit sanguinea, aut cholerica, aut phlegmatica, aut melancholica, aut ex his omnibus mixtis: hæc autem paßio frequenter in febribus pestilentialibus accidit. Syncopis uero est defectio uirtutis motiuæ et sensibilis secundum maiorem sui partem. Huius autem paßionis causa propinqua & immediata cordis est debilitatio, uel propter causam priuatã in corde existentem, uel propter causam aliunde uenientem. Ex hoc patet quod syncopis aliquando est à causa antecedente uel primitiua. A causa primitiua, sicut à fortibus animæ accidẽtibus, ut à gaudio superfluo, tristitia, dolore, & ab horribili fœtore, sicut à cadaueribus mortuorum, & lacunis, uel à loco & pestilentia aëris & similibus. Causæ antecedentes sunt oppilatio, & uermes ad stomachũ ascendentes, & subita mutatio de loco ad locũ materiæ,

teriæ,ut in ſynanche,pleureſi, & peripneumonia, quando materiæ transferuntur circa cor. Item propter repletionem ciborum uel potuum,uel propter ſuperfluam euacuationem,uel propter puncturam & morſum uenenoſorum animalium. Sed talia magis ad cauſam primitiuam,ſicut timor in phlebotomia,uel aſpectus rei terribilis. Quibus autem facilius accidit ſyncopis, ſunt infantes & decrepiti & conualeſcentes. Syncopis autem confirmata curari non poteſt,quod ſignificat uiriditas faciei & conuerſio,& diſtortio,quanto autem diutius perſeuerat ſyncopis,tanto deterior eſt & magis pernitioſa,imò talis ſyncopis perpetua. Tremor autem cordis & ſyncopis in criſibus, frequẽter accidunt propter reſolutionem fumorum & maxime diſperſionem,unde ſi uirtus naturalis ſit fortis,non eſt timẽdum,alioquin non eſt ſine periculo. Signa autẽ tremoris & ſyncopis eadem ſunt in genere. In ſyncopi multo tamen ſunt fortiora,quia tremor cum fortificatur ſyncopin facit. Syncopis autem diuturna mortem infert. Syncopis cum nauſea & abominatione & pũctione in ore ſtomachi,ex ſtomacho generatur. Quantum ad curam tremoris cordis,primo euacuentur materiæ communes ſuperfluentes in uijs ductuum,ut cum enematibus & potionibus.

& primo cum enematib. mollitiuis ipsarū materie rum & uiarū ductuū incisiuis, subtiliatiuis, abstersi uis, lenitiuis, lauatiuis, & eductiuis ut infra: Recipe Foliorū bliti, maluarū ana. M.1. mercurialis M.1. s. hordei excorticati ℥.1. florum chamomilæ, radicū alteæ ana. M.s. epithymi, arthemisiæ ana. quartam partem, fœnugræci, cartami ana. ℥. s. ficuum sic- carum albarum numero.3. uitellum oui numero.1. casiæfistulæ mūdæ ℥.1. benedictæ ʒ.3. sachari ℥.1. olei liliorū alborum ℥.4. salis ʒ.1. & fiat enema ut decet secundū artē. Istud enema sumat semel ante omnē medicinam. Lenitiuū per superius: Recip. Ca siæfistulæ ℥.1. thamarindorū, succi uiol. succi rosa- rū ana. ℥.s. aquæ fumiterræ ℥.1. seri caprini quod sufficit pro potione misce. Istud assumat calidum in aurora, dormiat p mediā horā post. Alia potio leni tiua ut supra: Recip. Mānæ ℥.s. prunorū damasce- norū ℥.s. syrupi uiolati ℥.1. succi rosarū ℥ s. aquæ fumiterræ ℥.1. seri caprini quod sufficit pro potio- ne, capiat ut supra. Potio minoratiua: Recip. Casiæ fistulæ, rheūbarbari, electuarij Indi maioris descri- ptione Mesue, amoto scamonio, syrupi de bizātijs, aquæ decoctionis iuniperi, seri caprini quod sufficit pro potione, rheūbarbarū infundatur in sero horis. 12. et dictæ expreßioni reliqua addātur, & fiat po-

tio

tio ut decet. Istud assumat in aurora dieb. octo post lenitiuū suprascriptū. Aliud minoratiuū: Recip. Pil. *de hiera simplici, Indarū, fœtidarum amoto scamo nio ana.* ℈. 1. *agarici* ℈. s. *salis gemmæ. gran.* 1. *misce et cū electuarij Indi sine scamonio quod sufficit fiant pilulæ.* 7. *pro.* ʒ. *Scamoniū non ingrediatur in paßionibus cordis, quia multum inimicatur cordi. Istud assumat, ubi præcedens non debite solueret.* Diuersiuū: Recip. *Florum chamomilæ, anethi, abro tani ana.* M. 1. *seminis iuniperi* ʒ. 2. *rorismarini.* M. 1. s. *fumiterræ.* M 1. *contūdantur omnia grosso mo do, deinde misce & bulliantur in sufficienti quanti tate aquæ usq; ad consumptionem tertiæ partis a quæ, deinde usui reserua. Ista lotione calida post materiæ euacuationem lauentur crura, qua utatur bis in hebdomada, et ea die qua non utitur lotione, utatur fricationibus à genu infra, stomacho ieiuno cum panno suauiter calido, ita ut non inducant uio lentiam.* Digerantur *dictæ antecedentes causæ, & materiæ phlegmaticæ uentosabiles & genitæ ex in digestione, & proprie stomacho & matrice.* Syru pus: Recipe Syrupi *de bizantijs, de absinthio, o xymellis simplicis ana. unciam. s. aquarum capil lorum ueneris, apij, fumiterræ ana.* ʒ. 1. *Assumat istum syrupum calidum in aurora diebus cōtinuis,*

&

& hoc per ſex dies poſt aſſumptionē ſolutiui, poſt hunc ſyrupum aſſumat ſexto die ſyrupum eradicatiuum ſupraſcriptum. Efficatius à matrice prouocētur menſtrua phlebotomijs, uentoſis, cum ſcarificationibus ſubtilianibus, aperientibus, prouocantibus menſtrua efficaciter, ſuppoſitorijs, ſuffumigijs exhibitis. Confortetur ſtomachus, matrix, ſplen & epar. Ad ſyncopim prouenientem ex quibuſdam uaporibus eleuatis à partib. ueſicæ: Recip. Calamēthi, rutæ, ſem. agni. caſti, ariſtolochiæ rotūdæ, dictamni, cimini, aniſi, ſpicæ celticæ ana. ʒ. 2. et ponātur ſuper ſumen. Ad pulſum cordis expertum: Recip. Meliſſæ, bugloſſæ, ana. M. 1. s. corticum citri, croci ana. ʒ. 1. gariophylorū ℈. s. ſachari albi lib. s. fiat ſyrupus. Confectio cordialis ualde nobilis in debilitate cordis ex febre maligna: Recip. Margaritarū. ʒ. 1. s. hiacynthi ʒ. s. cinnamomi, gariophylorū, macis ana. ℈. 1. limaturæ auri & argenti ana. ʒ. 1. ſachari albi lib. 1. diſtemperentur in aqua roſarum ℥. 8. fiat confectio in tabulis, cooperientur folijs auri. Confectio imperialis cuius proprietas eſt confortare cor, clarificare ſpiritum & ſanguinem, hominē reddit hilarem, confortat omnia nutritiua mēbra, & cerebrum & neruos, & ſubuenit caſibus ſyncopis, & poteſt dari in omni ætate & omni tempore,

quia

quia parum excedit in qualitatibus: Recip. Rosarũ, liquiritiæ, cinnamomi, sem. cucumeris, melonũ, cucurbitæ, citrulli ana. ℥. s. pinearũ mundatarũ, infusarum in aqua calida, passularum ana. ℥. 1. fisticorum ℥ s. candi. ℥. 1. nucismuscatæ, gariophylorũ, ligni aloës, blattæ bisantiæ, masticbes, serici crudi, rheumbarbari electi ana. ʒ. 2. folij, been albi & rub. sem. ocimi, zedoariæ, doronici, zingiberis, galangæ, calamenthi, cardamomi ana. ʒ. 1. santalorũ alborum et rubeorum ana. ʒ. s. fiat electuariũ, quod poßit sumi cum spatula cum sacharo lib. 3. eliquatur sacharum in succo boraginis & buglossæ et maximè in æstate, & in hyeme potest dissolui in uino optimo, & aromatizetur cum musci, ambræ ana. gran. 2. sed in æstate sufficit gran. 1. dosis eius est cochlear unum paruum siue mane ante cibum, siue uesperi. Et istam confectionem scribit Gentilis in tractatu de corde.

Finis libri tertij.

SIMPHORIANI CHAMPERII,

Liber IIII.

De ægritudinibus stomachi. Cap. I.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.



TOMACHVS *intestinorum principium, est neruosus. A quo fit stomacho uerbum, quod & fastidio, & cum stomacho aliquid dicere uel facere dicimus, hoc est cum indignatione siue fastidio, & stomachosus quod facile indignatur ac cuncta fastidit, & stomachose, id est, fastidiose. Concoquit enim stomachus & immutat, paterfamilias uocitatus est, quia totum animal solus gubernat. Nam si ægrescat, uita in ancipiti est. Inter lienem & iecoris fibras ab utroq; latere comprehenditur, supra infráq; inter diaphragma & intestina medius situm habet. Hunc in anteriori parte omentum, à posteriori uenæ grandes fouent. A superiori parte in sinistram uergit, ab inferiori in dextram declinat, ita orificiorum suorum ratio expo-*

scere

-scere uidetur, ob id atram bilem in superiorem sui partem decurrentem, certo meatu à liene assumit. In imam uero à folliculo fellis, flauam bilem porro delatam accipit. Ventriculus in medio tumet ac pendet, qui membranis tenuibus septo connectitur lieni, iecori, cordi, cerebroq́; , uenis, arterijs, neruis, unde in ictu capitis sæpe stomachi subuersio euenit. Exterior stomachi tunica carnosa, staminea m uenam in latitudinem protendit, qua materia ciborum subigitur, & à digestione superflua, dum sese astringit, secernere dicitur. Huic potentiæ ἀποκριτικὴ nomen est. Interior rursus tunica tactus sensum habet, unde cibi apparentia prouenit, exterior uero cibum potionemq́; mutat ac confundit, ea uis à Græcis ἀλλοιωτικὴ uocatur, cui reliquæ obsequuntur uirtutes. Stomachus intus denticulatus est callo, in modum rubi ad conficiundos cibos decrescentibus crenis uersus orificia, nouissima asperitas ut scobina fabri, ab ijs fibræ, quæ ob similitudinē mesentericæ dicūtur, oriūtur, quæ inter uenam & neruū naturā habent, à quibus humor attrahitur, inde per maiores uenas ad iecur transmittitur, sed dum concoquit stomachus nec sui ignarus est, quoniā in fame ac siti protinus humorē attrahit, ac primus recreatur. Stomachi infirmitate animo

ruentes

ruentes deficientesq; subleuamus cataplasmatis utendo, quæ stomachum confirmēt, diaphœnicon et uino & farina, & croco, & aloë, & mastiche, aspersionibusq; ex absinthio & melino, & mastichino oleo, & nardino, & uino. At si stomachum exurant, miscenda sunt quæ refrigerent, ut colocynthidis succus, uel lactucæ, uel portulacæ, uel strychni, uel seris uel oxylapathi, uel omphacij, qui non solū refrigerat, uerum etiam obstruit, multumq; eós iuuat extremarum partium confrictio, quod si his melius habeant conflagrantes in lauacrum statim agēdi sunt eis, qui frigus sentiat aliquantulum diatriō-pipereon dandum est, aut ipsum piper album. Cum autem multa & frigida pituita in stomacho congesta fuerit & consequatur exolutio, stomachū aspergimus multum oleo calido, in quo fuerit decoctum absinthium, inde dandum mellicratū & hyssopus, uel aliquid simile in ipsum inuergendo oxymelle, & pipere, & diatrion pipereon aut diaspoliticum medicamen, cunctaq; in uictu, quæ uim secandi habeant. Si stomachus fuerit infirmus, sunt superimponenda quæ poßint ipsum confirmare, qualia sunt dactyli & uinum & farina, & crocus, et mastiches, et aloës, inuergendumq; ex absinthio, et melino, et mastichino et nardo et uino, et ammisceantur

tur refrigerantia ut colocynthidis ſuccus & lactucæ, & portulacæ, & ſtrychni, & intybi & omphacij. Quod ſi inflammatum aliquid circa præcordia appareat ammiſcendum etiam inuergendo, quod ſedet, ut ex oleo chamæmelino & cyprino, adipe gallinæ, uel anſeris & bdellio uel amoniaco, & id genus alijs in cataplaſmatis, & apij ſemine & telis et altheæ & chamemelæ flores, quæ compoſita uim habeant parandi tenuitate ſua & amaritudine & contractione. Medicamen faciens ad inflationem & languorem, & communiter omnem ſtomachi dolorem: Succi papaueris albi ʒ.2. piperis, caſtorij ana. ʒ.1. petroſelini ʒ.4. nardi ſyriaci ʒ 1. terito in puluerem potum prebe in cubili, & ad cubile quæ bene ualent plus dato, doloris expers eſt, & facit concoctionem in primis cœliacis mulieribus, necnõ uiros cœliacos, inflationes & cruditates, & febriũ, & hypochondriorum dolores, & incruditatum, febres & tuſſes, laterum dolores, & ſpaſmata, & ubi opus ſit citare urinam. Alia antidotus optima: Nardi, ſpicæ, piperis ana. unc. 1. Caſiæfiſtulæ, coſti ana ʒ.2. da ex aqua noctu, cõfertq; nõ ſolũ ſtomaticis, ſed etiam epaticis, & nephreticis & audacter utere. Aliud præſentaneũ remedium pluris experientiæ mãſum: Heleni unc.4. marathri ſem. unc.3. pi

R peris

peris unc 2. petroselini sem. unc. 1. mellis attici crudi optimi lib. 2. quod si non habeatur, alterius dispumati. Ego autem adieci erucæ semen ad unc. 2. & omnino successit egregie. Aliud ad stomachum: Petroselini macedonici, sem. cumini ana. unc. 4. capitur à ieiuno, & in uespera cum pauco uino diluto. Hæc Alexan. Item stomacho frigido iuniperi sem. piperis ana. unc. 2. zingiberis ʒ. 4. petroselini ʒ. 1 mellis quantũ satis sit utere, ꝓ melle sacharũ adieci.

Secundum Pœnos & Arabes.

STomachus in duas diuiditur sectiones, scilicet os stomachi & concauum eius, & inter utranq; est differentia in substãtia & actione, quoniam os stomachi est plures habens numeros & plures sensus. In actione quidem, quoniam quamuis ambæ diuisiones simul has duas efficiant actiones, scilicet appetitiuam & digestiuam. Nam magis proprium interiori parti stomachi est digestio, & magis proprium ori eius est appetitus, & interiori eius est etiam appetitus, ueruntamen est minor appetitus ori stomachi, & os stomachi digerit, ueruntamen minus quàm interior pars. Hoc autem membrum infirmatur ægritudinibus multis communiter & proprie. Cõmunes autem sunt sicut reliquorũ mẽbrorum similiũ partiũ & officialiũ &

solutio

ſolutio imparis. Et accidũt in eo caliditates, quãdo infirmatur ꝑ malitiã cõplexionis. Quod aũt accidit in eo ex ægritudinib. officialib. eſt ſicut phlegmon, aut apoſtema phlegmaticũ quod dicitur molle, aut apoſtema melancholicũ, aut almeſira, aut ſolutio cõtinuitatis ſicut inciſio aut foramẽ. Et iſtæ ægritudines quidẽ cõmunicant ſtomacho & alijs membris. Quæ uero ſtomacho et ori eius, ſunt propriè deſtructio digeſtionis, & eius diminutio et malitia, & deſtructio appetitus, & appetitus caninus & ſingultus et nauſea, uomitus, et quibuſdã aduenit ſyncopis proportionata ad ſtomachũ propter læſionem oris ſtomachi, et cõſequitur eos ſpaſmus, et ſubeth, & epilepſia, et inquietudo. Et nos quidẽ iã uidimus quoſdã febriẽtes, quos cõſecutus eſt ſpaſmus ſubito, præter quod appareat in eis aliqua ſignificationũ quibus ſignificaretur illud, poſtq̃ ergo euomuerũt cholerã, euaſerũt ſtatim, uerũtamen omnes iſtæ ægritudines nõ accidũt niſi quãdo alia læduntur membra, & læditur ſtomachus læſione eorũ & appetitus cõmedendi lutũ & carbones & quæ ſunt illis ſimilia plurimũ accidit cũ læſione membri. Et fortaſſe putreſit aliquid in ſtomacho, & facit accidere paucitatẽ delectationis & nauſeã, & fortaſſe adhæret in ſtomacho humor in pãniculo intrinſeco eius ſimilis

glutino, & facit accidere ſyncopin, & fortaſſe nau-
tat & attrahit uomitum. Cõſtantinus: Incipiamus
à meri quod ab ore cibum ad ſtomachũ ducit. Iſtud
meri magnum iuuamentum eſt corporis, cum por-
tet cibum ad ſtomachum & potum, & patitur tri-
bus modis, uel ex mutatione cõplexionis, uel ex apo
ſtemate, uel ex uulnere, unde eius actio mutatur &
tranſglutiendi uſus auſertur. Deſiderium cibi &
potus eſſe intelligimus ſenſum ſtomachi exinaniti,
in uenis recepta fugientibus. Corruptio deſiderij
fit tribus modis: Ex humoribus crudis uel choleri-
cis ori ſtomachi dominantibus, uel ex ablatione uir
tutis deſiderabilis & ſenſibilis mortificatione ſui,
uel ex corruptione mentis appetitum nullius cibi
neceſſarium intelligentis. Appetitio canina tribus
modis fit: Vel ex frigida cõplexione oris ſtomachi
dominante, uel ex acidis humoribus ibidem coadu
nantib. uel ex ultimitate exinaniendi, quam patitur
uis corporis ex frigida complexione, de aliquo aci-
do humore, nimiam ſequi ſolutionem eſt uidere, un
de corpus debilitatur, & pluſquàm digerat, man-
ducat, omnis enim digeſtio ex calore fit temperato
uel nimio. Cum ergo aliquis hac laborat infirmita-
te, quia caret calore pluſquàm digerat, poteſt man
ducare. Cum enim ex defectione contingit uirtutis
con-

tingit uirtutis contentiuæ quod manducatur in stomaho non digeritur, sed ferè sicut intrat crudũ & indigestum, itidem emittitur per secessum. Et aliquando quidam homines appetũt irrationabiliter, sicut cretam, lateres, carbones, & similia corpus non adiuuantia, & hæc sæpe fiunt in mulieribus frigidæ naturæ, & prægnãtibus maximè, quod fit ex malis & putridis humoribus stomachum inuiscantibus, uel ex alijs membris ad ipsum confluentibus, sicut menstrua in mulieribus, quæ dum concipiunt ipsarum menstrua ad stomachum ueniunt. Diuersitas huius appetitus, secundum qualitates humorum in stomacho se coadunantium consideratur. Et aliquando rursus bibendi aufertur appetitus, quod similiter tribus modis efficitur, uel ex nimijs & humidis humoribus stomacho dominantibus, uel ex defectione uirtutis sensibilis, uel ex corruptiõe mẽtis. Aliquando sitis augmentatur ex complexione calidorum humorum membrorum pectoris dominatiua, uel epatis, siue ex apostematibus calidis in eis. Et aliquando fit eructuatio extra temperamentum naturæ, cuius causa uentositas inflatiua est, quam per os expellit natura, uentositas hæc est ex stomachi defectione, & stomachi defectio ex mala complexione, uel quorundam humorum dominatione.

Si humores sint calidi, fumosè ructuabitur, si frigidi, acidè. Acida ructuatio quatuor ex causis est, ex frigiditate stomachi, uel ex adunatione cibi, & multitudine sui, uel ex natura frigidissima. Vniuersaliter causa ructuādi est ex defectiōe caloris in stomacho, ne cibo dominetur & digestioni, sicut uidemus in paruo foco si multa ligna et uiridia apponamus. Aliquādo aūt fit singultus, qui malus est motus uirtutis desiderātis expellere rem nociuā, qui multis modis fit: De repletione, & de inanitione, de corruptione cibi infra stomachū, & sui permutatione in pūgitiuas qualitates, de frigiditate oris stomachi, de uentositate inflatiua stomachi ex repletione, uel ex multis humorib. humidis, uel ex multitudine potus & cibi. Et quicūq; continuā uult custodire sanitatē stomachū custodiat, ne sibi necessariū cibū prohibeat, neq; plus det q̃ digere ualeat. Antiqui parū comedere præceperunt, ut calor naturalis dominetur suæ digestioni. Si enim comedamus hæc, quia calor naturalis nequeat digerere, fastidiū generatur. Fastidiū magnū est nocumentū ad sanguinē corrūpendū, & morbū generandū, quod si sit ex malis cibis grossis generantib. chimos grossos, morbi duri et diuturni generātur. Et cū homo anteq̃ cibū accipiat abominationem patiatur, mali chimi in stoma-

cho

cho esse intelliguntur, quæ si sint in spaciositate stomachi, facile cũ uomitu possunt expelli. Si cõclusi in suis pelliculis, abominatio fit inde, neq; uomitum facit, quia humores illi inclusi sunt et inuiscati ori stomachi, si sint calidi generãt sitim, et fumose faciunt ructuari, si sint frigidi appetitus nimius fit sine siti. Et bonum est corpori si uomitus nõ necessarius sibi sit, et si necesse habeat ut secũdũ crisim fiat. Est aũt uomitus cũ os stomachi moueatur in expellẽdis eũ grauantib. uel pungẽtibus cibis, siue humoribus, aliquando fit uomitus ex stomachi defectionibus, cum retinere cibos uel humores non ualeat quos natura sursum eleuat, cũ pars stomachi inferior ore sit fortior, uel inferius natura deprimat, cum os stomachi sit fortius parte inferiori. Et in stomacho aliquando est inflatio, quæ est aër non coctus, frigidus & grossus, nascens proprie in stomacho de inordinata diæta. Aliquando in capite fit uentositas, quia uẽti motio naturaliter petit superiora, nascitur & tunc in toto corpore, maximè in hydropicis. Est autem inflatio uel de humoribus crudis, uel melancholicis, sed differunt adinuicem, quia de crudis humoribus mollis & humida, de melancholicis sicca & dura. Auicenna: Stomachus nutritur tribus modis, unus est quo souetur cibo adhuc in

eo existente. Et secundus est eius quod ad ipsum uenit de nutrimento in uenis. Et tertius est eius quod ad ipsum effunditur tempore famis uehementis ab epate, ex sanguine rubeo puro, & nutrit ipsum. Et usus medicinarũ & ut assuescat stomachus uti adiutorio medicinæ in operationibus suis, ex causis est ægritudinum stomachi. Et stomachus quidem uehementis sensus paratus est lædi & impediri à qualibet causa generatiua humorum, & non est aliquid ita uaporosum ut fructus. Et scias quod ægritudines stomachi quando prolongantur, perducunt ad raritatem texturæ uillorum eius, & fit difficile succurrere et medicari. Cumq; autem bonitas adest gustus, et est sanus, non eligit saporem supra dulcem. Et plurimæ ægritudines stomachi sunt frigidæ, & color stomatichorum est plumbeus. Maliciam complexionis calidæ stomachi significat sitis, nisi superfluat & deijciat uirtutem. Et malicia complexionis frigidæ stomachi, quandoq; perducit ad hydropisim & iliacam. Et cura malitiæ complexionis in qualitatibus actiuis facilima est, quia facilime inuenimus medicinas contrarias eis uehementis uirtutis. In passiuis uero est difficilima et proprie complexionis siccæ. Et cum materia ægritudinis stomachi est ambigua, tunc non est quod magis conferat

quàm

quàm hierapicra,sed cum eius malitia est sine materia,tunc ipsa nocet calido & sicco. Et quandoq; positio uentosarum super stomachum in doloribus frigidis,maximum affert iuuamẽtum.Et aloë quidem est conueniens in euacuationibus stomachi. Et scamoniũ est nociuũ stomacho & inimicũ ei, non igitur audeas dare ipsum nisi cum necessitas adest. Et aqua ferri mineralis, aut in qua extinguitur ferrũ ignitum multotiens est adunatiua stomachi humidi hominis. Et scias quod debilitas stomachi fortasse est causa omnium ægritudinum corporis. Et deterior debilitas stomachi est illa,quæ contingit in rarificatione texturæ uillorum eius.Et frigus quidẽ uehementius pertinet ad appetitum.Et omnia olea et unctuosa,& proprie butyrum prosternunt appetitum.Et fames secundum plurimum est à superfluitate caloris in corpore toto,& extremitatibus eius. Quandoq; fit fames propter uermes & serpentes magnos,cum cito incipiunt uenire ad comesta,& appropinquant eis, & dimittunt corpus & stomachum,famelica.Et multotiens caninus appetitus perducit ad bolismum & subeth & mortem. Et est bolismus fames uaccina,& est fames membrorum cum satietate stomachi,sunt igitur mẽbra famelica ualde indigentia nutrimento, & stoma-

chus respuens ipsum. Et scias quod digestio est fundi stomachi, & appetitus oris eius. Et quotiens festinat digestio, festinat descensus, & si tardat, tardat. Et cum medicaueris apostemata calida stomachi, tunc caue ne in potu sumas solutiuum forte, aut quod uomere facit, nam administratio uomitus error est. Et ille qui uomit saniem ex stomacho suo, est ad desperationem propinquior quàm ad spem. Et subuersio stomachi est motus expulsoris, cui non associatur motus expulsi. Vomitus uero est ut associetur motui, facto ab expulsore motus expellendi ad exteriora. Et nausea est dispositio stomachi quæ quasi suscipit hos motus, & est quasi declinatio ad hos motus. Et uomitus quidem sanguinis cum egreditur à necessitate, portendit mortem. Et uomitus quidem purus est malus, cholericus quidem significat superfluitatem caliditatis, & phlegmaticus superfluitatem frigoris simplicis puri. Et uomitus diuersorum colorum, deterior est nigro. Et sanior quidem uomitus est permixtus, medius in grossitate & subtilitate. Singultus est motus diuersus compositus, sicut spasmus constrictiuus cum tentione dilatiua in ore stomachi, aut in toto corpore eius, aut meri, & est motus debilior motu uomitus, & quasi motus ad uomitum debilis. Et

si ho-

si homo habuerit singultum ex materia, & accidit ei in seipso sitis, eius singultus resoluitur. Rasis: Aegritudines stomachi sunt debilitas digestionis, & malitia istimbrē, paruitas appetitus, et superfluitas eius & dolor qui cōmouetur post comestionē, et uomitus eius quod comeditur, et apostema & ulcera.

Quid Neoterici de hoc sentiant.

STomachus diuisus est in duas partes: prima dicitur os stomachi, id est meri siue οἰσόφαγος. Secunda uero inferior eius est concauitas. Hæ autem partes differunt inter se, scilicet in substantia & actione. In substantia, quoniā os stomachi, idest substantia meri magis est lacertosum & neruosum. Cōcauitas uero stomachi est magis carnosa & minus neruosa. Et hoc sic intellige, quia in meri minus est de carne & plus de neruo et ligamento ex quibus est lacertus. In concauitate uero stomachi minus est de ligamentis & neruis, & plus de carne, & quanto plus descendit tanto plus caro augmentatur propter digestionem. In actione uero differunt, quia quamuis utraque pars digestionem efficiat, & appetitum, pars uero superior plus habet de appetitu, & minus de digestione. Concauitas econuerso. Et quoniā lacerti, qui mouēt meri

meri ad attrahendum, ortum habent à primis spondilibus colli, & dicuntur longitudinales, quia per eos fit attractio, & actio transglutiendi, quæ est naturalis actio ipsius stomachi. Vomitus autem nõ est actio naturalis, imò fit per quosdam lacertos, quæ non sunt intra substantiam meri, sed sunt in quadã pellicula exterius ipsum inuoluente, & dicuntur latitudinales, per illos enim fit expulsio superflui illuc decurrentis. Paßiones autem meri siue oris stomachi multæ sunt & diuersæ, ut est defectio transglutiendi, corruptio appetitus uel desiderij, caninus appetitus, bolismus, ablatio appetitus uel irrationalis, dolor præcordiorum, sitis, singultus, uomitus, eructuatio, natatio cibi in ore stomachi. Paßiones uero partis inferioris stomachi sunt, eructuatio, singultus, fastidium, abominatio, uomitus, inflatio stomachi. Cum ergo utraq; pars stomachi diuersas paßiones incurrat, primo dicemus de aliquibus paßionibus meri. Nam de omnibus dicere mare esset magnum. Incurrit ergo meri morbos consimiles & officiales & communes, sicut omnia genera apostematum & oppilationes, quando coarctatur à spondilibus colli dissociatis, aut propter apostema membri circunstantis, aut propter superfluum fluxum sanguinis, hæc enim omnia impediunt offi-

cium

cium transglutiendi, & insuper nocumentum accidit in lacertis latitudinalibus, quæ etiã adiuuant illam eandem operationem, ex eo quod longitudinales attrahunt superius, latitudinales uero inferius comprimunt. Harum paßionum causæ per sua signa inuestigantur. Signa autem morborum consimilium per se patent propter accidentia malarũ complexionum. Apostemata uero tactu uel uisu cognoscuntur, uel per sua signa. Coarctatio autem propter dissociationẽ spondiliũ, per dolorẽ colli manifestatur. Destructio seu ablatio appetitus eiusq; diminutio, seu famis, quæ est secundum Galenum cibi indigentia, seu desiderium calidi & sicci, sicut sitis est indigentia potus, & desiderium frigidi et humidi, cuius organum os stomachi natura instituit, sunt enim species nocumenti appetitiuæ actionis. Electuarium cum aqua citoniorum, quod facit appetere cibum: Recip. Aquæ citoniorũ lib. 3. mellis lib. 2. aceti fortis lib. 1. s. decoquãtur super prunas & accipe spumam eius, deinde sumantur zingiberis ʒ. 4. trium piperũ ana. ʒ. 2. s. terantur cũ prædictis, & decoquatur donec fiat sicut substãtia mellis, & detur ex eo cochlear unum, detur ieiuno ante prandium per duas horas. Trifera mundificans stomachum à cholera et phlegmate, & soluit

uentrem cum facilitate, & facit appetere cibũ: Recip. Myrobalanorũ citrinorũ, chebulorũ, emblicorũ & belliricorũ ana. ℥. 10. liquiritiæ rasæ ʒ 5. turbith albi mundati ʒ. 6. zingiberis ʒ. 4. cinnamomi, beil ana. ʒ. 2. terantur & cribellentur, & liniãtur cum oleo de amygdalis dulcibus, & confice cũ melle, & detur ea potio integra ʒ. 3. aut. 4. cum aqua calida. Medicamen expellens appetitum bolismi: Recip. Cardamomi maioris, cubebarũ ana. partem. 1. sachari albi partes. 3. dosis sit aureus. 1. Pilulæ educentes phlegma acetosum de stomacho, conuenientes appetitui canino ex frigiditate cum humoris uitio acetosi: Recip. Turbith albi & mundi, agarici ana. ʒ. 1. spicæ ℈. 1. confice cum oximelle scyllitico, & dentur, deinde detur diatrionpipereon, diaciminum quod digerit & consumit humorem acetosum, & alterat discrasiam stomachi frigidã. Cum uero adest fluxus, quod est plurimum, tunc cõueniens est confectio electuarij alephanginæ, quod fit in tempore æstatis. Cibus autem expertus est ex raphano, uitellis ouorum & unctuosis & pinguedinibus multis, consumit humores, aufert discrasiam frigidam, & sensum obtundit seu appetitum. Electuarium curans caninum appetitum, & corruptũ desiderium: Recip. Passularum enucleatarum ʒ. 6.

cupu-

cupularũ glandium ℥.2.s.anisi ℥.3.mirrhæ,myro balanorũ nigrorũ,emblicorũ et belliricorũ ana. ℥. 7.scoriæ ferri infusæ in aceto exiccatæ et torrefactæ ℥.8.cardamomi maioris,cubæbarũ ana.℥.2.sachari taberzet quod sufficit, dosis est ℥. 1. cũ aqua anthos stomacho ieiuno. Pilulæ præseruãtes stomachũ ab omni læsione intrinseca,nec permittũt putrefieri humores in eo,imò abstergũt et mundificãt rugas et parietes,et qui aßiduat usum earũ dieb.singulis,permanebit illæsus à doloribus stomachi, nec à doloribus capitis uexabitur unq̃, et nihil est oculis salubrius,et est medicina matricis uitiosæ : Recipe mastiches ℥.s.aloës electi ℥.10. agarici boni ℥.3. conficiantur cum succo altiliæ uel cum succo bethonicæ,dosis est.2.pilulæ uel.3. quando itur dormitũ, et possunt recipi secundũ modũ uoluntariũ usq; ad 8.aut.9.uel.12.Electuariũ cõfortãs cor,cerebrũ et totũ corpus,prouocat mẽstrua,et est exptũ contra putrefactiones in stomaho, et subuenit apostematibus stomachi,nec patitur aliquã putrefactionem in eo:Recip. Triũ piperũ ana.℥.1.gariophil.℥.2. aristolochiæ longæ,zedoariæ, uiol.bethonicæ ana.℥. 3.salis gẽmæ ℥.2.myrrhæ electæ ad pondus omnium, confice cũ syrupo de spica,dosis est à drach.s. usq; ad ℥.1.s.Medicamẽ ĩpatoris in siti uehemẽti:Re-

ti:Recip. Aquam frigidam et irrora desuper acetũ album purum quantum tolerare poteris, & da bibere stomacho ieiuno quãtũ est cupa. Itẽ epithemetur stomachus, cor & epar ex puluere camphoræ, santalorum cum succo rasuræ cucurbitæ, aqua rosarum & pauco aceto, & cataplasmetur cum folijs salicis, uitis, in aqua rosata. Itẽ fiat iulep de succo limonum, uel de cucurbita, & teneat in ore crystallũ. Syrupus extinguens sitim ex causa calida & sicca: Recip. Cichorij, endiuiæ, epaticæ, lupuli, boraginis, acctosellæ ana. unc. 1. uiolarum, rosarum, florum nenupharis & cucurbitæ, lenticularum, aquæ florum uuæ ana. ʒ. 6. hordei mundi. ℥. 1. prunorũ, sebesten, iuiubarum ana. numero. 20. seminum frigidorum ana ℥. 1. psilij integri, sem citoniorum ana ʒ. 6. sachari albi lib. 1. succi granatorum muzorum lib. s. camphoræ ℈. s. croci gran. 5. sumat cum aqua frigida. Electuariũ nobile cõfortãs stomachũ: Recip. galãgæ nucis muscatæ, cardamomi ana ʒ 2. anthos ℥. s. mẽthæ, albascæ ana ʒ 3. syrupi de corticib. citri quantũ sufficit. Cerotũ filij zachariæ confortans stomachũ: Recip. Ceræ mundæ unc. 3 terebẽthinæ unc. 2. s. olei nardini ℥. 2. liquefac cas, et superasperge puluerẽ: Recip. Myrrhæ, masticbes, aloës ana. ℥. 1. ros ʒ. 6. peoniæ, castorei ana. ʒ. 2. anisi. ʒ.

5. cala-

s.calamēti ʒ.7.gariophilorū,nucis moschatæ,cardamomi,calami aromatici,rheupontici ana unc.s. Cōfice ut bene stomacho adhæreant. Pilulæ restringentes uomitum:Recip.Myrrhæ,mastiches,sanguinis draconis ana ʒ.2. antheræ ʒ.1. confice cum succo menthæ,& da mane & sero. Confectio syrupi de berberis conueniens ad idem: Recip. Berberis,spodij ana unc.s. uuæ acerbæ unc.2.cichorij M.s.sacchari ℔.2. da ieiuno stomacho cum aqua mastiches. Ad uomitum infantium:Recip. Succi citoniorum,menthæ, uini pontici ana, æquales partes,fac bullire, & misce in eis mastiches, corticum thuris ana unc.s.spicæ,cinnamomi, gariophil.nucis moschatæ, galliæ mosch.ana ʒ.2. & infusa birrha scarletæ bene calida applicetur. Contra debilitatem digestiuæ stomachi, & consequenter epatis, & renum caliditatem,ubi sunt hæc accidentia, uidelicet, debilitas digestiuæ stomachi, frigida, phlegmatica,dolor aßiduus quasi quædam uentositas in eo generata quæ sæpe & minuit & augmentat,epatis caliditas exceßiua complexionalis magis quàm materialis,descensus humiditatis siue catarrhi à capite, dolor in eo aggrauatiuus ex causa frigida, inflammatio renum compositionalis magis,dolor in eis ex causa eadem. In tali casu ualent

remedia sequentia. Digestiuum facile: Recip. Syrupi de absinthio ℥.1. mellis rosati colati ℥.s. aquarum absinthij ℥.s. cichorij, capillorũ ueneris ana ℥.1.s. misce. Assumat calidum & non tepidum in aurora decem diebus continuis, stet postea ieiunus horis tribus, dormiat desuper horis duabus. Solutiuum facile: Recip. Pilularum alephanginarum, de rheumbarbaro, agarici electi. Agaricus minutim incisus in frusta ponatur in infusione oximel. simplicis per horas 10. deinde ex ipso cum alijs fiant pilulæ 7. pro ʒ. Istarum pilularum accipiat usq; ad quinque, aut tres mane in aurora, & hoc in capite quinq; dierum, ita quod cum assumpserit 5. diebus de syrupo, accipiat pilulas, deinde alijs quinq; uicibus accipiat de syrupo, ut supra, & demum de pilulis. Confectio stomachi & epatis confortatiua: Recip. Specierũ diarrhodõ Abbatis, aromatici rosati descriptione Gabrielis ana ʒ.2. s. sacchari albißimi unc. 12. fiat confectio solida in morsellis, ʒ.3. pro morsello cum aqua absinthij & endiuiæ, accipiat omni die unum morsellum in aurora, & de sero ante cœnam per horam alium, & sic continuet octo diebus iteratis illis duabus purgationibus dictis supra. Unctio stomachi confortatiua: Recip. Oleorum mastiches uncia una, absinthij,

thij unc. 1. s. citoniorum, anethi ana unc. s. pulueris absinthij, mastiches, menthæ ana scrupulum unum, gariophilorum scrup. s. calami aromatici ℈. 1. galliæ moschatæ ℈. s. cinnamomi ℈. 1. corallorum rubeorum, coriandrorum præparatorum ana ℈. 2. & cum modico ceræ fiat unguentum pro stomacho, ungatur stomachus mane & sero ante pastum horis duabus, superponatur deinde pannus calidus, hac unctione utatur facta prima purgatione. Vnctio epatis confortatiua, & eius caliditatis remißiua: Recip. Oleorum de spica unc. 1. rosati unc. s. pulueris santalorũ rubeorum drach. 1. spodij scrup. 2. & cum modico ceræ & aceto, fiat unguẽtum, ungatur epar ut de stomacho dictum est, & superponatur petia non calida, sed tepida. Præcedant tamen hanc unctionem purgationes dictæ.

Pilulæ stomachi confortatiuæ, & caliditatis epatis remißiuæ: Recip. Trochiscorũ de spodio drach. unam, trochiscorum de rosis descriptione Mesue drach. 2. cum syrupo de absinthio fiant pilulæ septem pro ʒ. postquàm completæ fuerint purgationes & confectiones dictæ, incipiat uti his pilulis diebus decem continuis quinq; in aurora, stetq; ieiunus horis tribus, & dum uadit dormitum lõge à cœna accipiat tres. Stomachi et epatis cõfortatiuũ:

Recip. Summitatum absinthij quod sufficit pro rasiolo, paßularum ad corinthios, tantundem, pulueris masticbes, coriandrorum præparatorum, endiuiæ ana quantum libet, absinthium minutim incidatur & non pistetur, deinde omnia simul incorporentur, & fiat cum pauco pastæ subtilißimè rasiolus. Assumat de hac mixtura octo diebus continuis mane, & etiam post ipsius absumptionem capiat unũ cochlear passularum ad corinthios, deinde sumat uini mediocris caloris unc. 3. deinde stet ieiunus horis tribus, postea prandeat. Vnctio familiaris ad renum caliditatem exceßiuam: Recip. Oleorum nenupharis, rosati, uiolati ana unc. s. santalorũ rub. ʒ. 1. cinnammomi ʒ. s. aceti unc. s. & cum modico ceræ fiat unguentum. Ista unctione unguantur renes sero cum uadit dormitum, superponatur pannus lineus tepidus. Et eructuatio si multiplicetur, digestionem corrumpit, & quando minoratur inflat stomachum, & confert ei masticatio thuris & cimini, & quando multiplicatur, utatur uomitu ante cibum, & electuario diapipereon, & zingibere condito, et balneo. Singultus aut fit propter grossam uentositatem, aut propter rem mordicãtem os stomachi, aut propter apostema in epate, aut propter euacuationem superfluam. Et signa eius quod accidit

accidit à mordicatione oris stomachi sunt, quod fit post comestionem rei calidæ, aut uomitus choleræ rubeæ, aut uiridis, aut nigræ. Et cura eius est traijcere aquam calidam aliquotiens, deinde sumat oleum amygdalarum, aut sumat de butyro recēti paulatim, & si sedatur bene, & si non, administra uomitum dando in potu syrupum acetosum et aquam calidam, & euomat eum multotiens, deinde da ei oleum & sorbitiones lenes factas ex amylo & oleo amygdalarum, & saccharo. Et quando est ex uentositate grossa, & accidit infantibus post repletionem lactis, tūc conferunt eis ameos, zingiber, calamentum, masticbes, quorum sumatur puluis pondere ʒ. I. s. cum uino puro. Et eius qui fit ex apostemate, epate calido, signa sunt. febris acuta & nausea. Et cura eius est phlebotomia basilicæ, & sumere in potu aquam hordei, & granatorum, & emplastretur epar santalis, & aqua ros. & aceto, & camphora, & sumere in potu aquam solani, & endiuiæ bullitam cum syrupo acetoso. Et fit singultus post diarrhœā et solutionem uētris & eius debilitatem, & plurimum eius curationem nō habet, & est signum malum, & curatur secundum dispositionem sumendo in potu lac semper, & sorbitiones lenes, & uinum plurimæ commixtionis,

& aquam carnis. Confectio Hippocratis rectificans malam cõplexionem stomachi frigidã, expellens uentositatem, & liberãs à singultu: Recip. Corticum fisticorum exteriorum, costi amari, castorij, petroselini ana ʒ.1. balsamitæ, calamenti, anisi, mastiches, spicæ ana ʒ.6. aristolochiæ ʒ.3. Cõfice cũ oximelle scyllitico, & da ʒ.1. cum aqua sisymbrij. Et semen rutæ cum nitro, & aqua mellis curat singultum ex uentositatibus großis, quæ sunt ex gulositate. Et decoctio squinanti, & corticũ fisticorum cum qualitate liberat ab eo. Pilulæ singulares contra singultum calidum, & humores acutos ascendentes ad stomachum ex epate, & maliciã eius calidam & siccam, & febres: Recip. Spodij, seminis endiuiæ, portulacæ, ligni aloës ana ʒ.1.s. pulpæ thamarindorũ ℥.s. rauedseni electi ℥.1. cõficiantur cum aceto. Emplastrum ad idem: Recip. Trium santalorum, spodij, farinæ hordei ana, partes æquales, confice cum succo semperuiui. Emplastrum contra singultum ex großis humoribus, & delet dolorem eius: Recip. Galangæ, baccarum lauri, aristolochiæ rotundæ, rutæ, gentianæ ana drachmas tres, myrrhæ, castorij ana drachmas duas, gariophilorum drach.5. rosarum drach.2. mastiches unc.s. confice cum aqua mellis sampsuchi.

De

De ægritudinibus epatis. Cap. II.

Sicut habet traditio Græcorum & Latinorum.

IEcur à dextra parte est sub præcordijs, & in quatuor fibras secatur. Dicitur & iecinus. Huic membro sanguinis originem recentiores Physici attribuere, quod si ualidum est, aucto sanguine augeri membra uidentur, inualidũ, decrescere non dubium esse, si extenuata in nobis membra sunt, eo conualescente facile implentur. Plato uero noster: Iecur nobilissimũ membrum esse putauit, in quo diuinationis gratiam collocauit, quo priuato nec euidens quicq̃ fit uaticinij signum. Iecur inter exta proportione maximũ est, sub præcordijs à dextra parte suspenditur sanguine & spiritu refertũ. Intrinsecus cauum, extrinsecus gibbosum, è regione lienis, uentriculo leniter prominens insidet, quẽ fouet, in uiuẽte magis pendet. In eo multiplex uis est, nam attrahit, retinet, cõcoquit, digerit et expellit, succum enim omnẽ in saniem, in bilem, ac atram bilem digerit, eæ potẽtiæ ex tẽperato cordis calore nutritiuæ uirtuti deseruiunt congenitæ. Iecinori uarij deputãtur morbi.

Nam infirmitate, & inflãmatione, erysipelatibus, (dicitur enim erysipelas à Græcis cum super inflãmationẽ rubor ulcus ambit) et schirris & abscessibus corporis, quæ apostemata nominantur, & ulceribus, & oppilationibus capitur. De infirmitate igitur ipsius primo dicendum, qua epaticos propriè languentes appellare consueuimus. Si itaque succos exhaurit secessus, humidiora uero in iecur redeant, aut in totum uenter uacet morbo, existimanda est iecoris uis ad trahendum infirma. Si uero simili ablutioni recentis carnis uideantur excrementa, alteratiua & sanguinis effectrix dicenda est. Verum si ob calidam distemperantiam, primũ quidem putrefactiones fient humorũ. Deinde carnis ipsius iecoris, & compunctiones uentris malè olentes, bilis admodum crassa & affluens calore, ut in pestilentibus febribus apparet. Contabefacto autem iecore, totum contabescit corpus, & febricitant languentes, appetitumq; amittunt, & feculentum hauriunt, & bilem uomunt. Si frigida uero fuerit distemperantia, neq; perpetuæ excretiones, neq; multæ fiunt, inueterescit morbus, diebusq; aliquot fluit confertim uenter, malè olens uelut lutum sanguinis crassi, similis atræ bili, multos uariosq; colores frigida ostẽdit distemperantia. Cum

obscura

obſcura ſubeſt febris conſtansq́; facies, magis appetentes ſunt cibi, quomodocunq; tales fuerint diſtemperantiæ ubi ariditas ſubeſt, excrementa docent, ſitis adeſt ſi paucitas ſumitur, cum humiditas, humidiora & plura minusq́; ſitiunt. Inflammato autem iecore, communiter quidem omnibus dolor oritur in dextris præcordijs ſurſum penetrãs ad iugulum uſq; humerumq́; partis eiuſdem. Deorſum uero ad latus uſq; quod nothum uocant, & acuta febris, & tuſsis arida, & ſitis, & appetitus amiſſio, ſpirandiq́; difficultas, & lingua primo quidem rubra uidetur, poſt uero atra, uomuntq́; bilem, & uenter aſtringitur, ſigna ferè ſunt quæ pleureticis. Cum autem eryſipelas conſtiterit in iecore, inflammationes intendũtur, & exæſtuant exiccatioq́; & maraſmus inſurgit. Qui ſimã iecoris partem inflãmatam habent, nauſeant, & uomunt, appetitumq́; amittunt, & inflammationes intenduntur, & conſternantur anima intercluſa frequẽter refrigerantur, ut hinc inter cutem morbus ſumat initiũ. Cum uero iecoris connexa inflammantur, præterea quæ dicta manifeſto turgent uiſu tactuq́; ſi tenuior obſcuriorq́; fuerit, iubebimus quàm maximè reſpirare, quod ſi in dextris præcordijs dolor appareat, iecoris mediocris exiſtimanda eſt inflammatio, ſin

iuxta positum subiectorum musculorum, spaciosus inflāmationis tumor uideatur, nihilq́; iam dictorum affuerit, illos ipsos inflāmari intelligimus, grauitas in tenore doloreq́; sentitur in dextris præcordijs citra tumorem ac febres, oppilationem indicat uenarum, qua in parte æstuant, inflammatione uero uersa in apostema, dolor ipsis cū tenore augetur, inexpectatiq́; fiunt rigores, neq; in sinistrum latus potest lāguens inclinari impensius dolente iecore. Confracto autem apostemate, aut per urinam, aut per uentrem excremētum euadit suppurationibus refertum. Si uero in affectionem secabilem tumor deciderit, dolores cōminuuntur, tumor certè euidēs cum duricie, at corpora circumattenuantur, procedente porrò tempore cognoscere difficile est quod aqua intercus fieri incipiat, uniuersaq́; præcordia sub humore conteguntur. Ad calidam iecinoris distemperantiam utendum refrigerantibus, & confirmantibus mediocriter intestinum. Si frigida sit distemperantia, per contraria eundum est.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.



Ebilitas fit in epate propter aliquid malitiæ cōplexionis quæ uincit, aut in substantia eius, aut in instrumentis, aut in

mate-

materijs retentis in instrumentis suis. Et epati quidem sunt quatuor uirtutes, scilicet, illa quæ attrahit succositatem ciborum postquàm digeruntur in stomacho & intestinis, & illa quæ ponit eam fecem & alteratam ad sanguinem, & illa quæ abstergit superfluitates generatas in eo. Dico ergo quod necesse est, ut sint nobis duæ intentiones in curatione maliciæ complexionum quæ sunt in epate, scilicet, contrarietas speciei ex qua uincit maliciam complexionis, & confortatio epatis ipsius. Et prima quidem completur cum eis quæ sunt contraria causæ inuentæ. Et secunda cum medicinis bonorum odorum, quæ miscentur in rebus quæ administrantur interius & exterius, quod est quia non oportet ut sit studium nostrum in destruendo causam quæ facit corruptionem tantum, sed etiam ad conseruandam substātialitatem ipsius membri læsi, & propriè quādo læditur aliquod membrum principale, aut illud cui est operatio communis, sicut epar, in communitatibus autem oportet ut consideretur ad huiusmodi accidentia. In proprijs uero tūc si est læsio epatis propter maliciam complexionis calidæ, tunc administramus res infrigidantes, extinguentes caliditatem ipsam exterius & interius. Et si uincit super epar malicia com-

plexio-

plexionis frigidæ, tunc oportet ut detur panis infu ſus in uino, & detur ex carnibus quod eſt uelocis digeſtionis, ſicut paruæ aues. Maliciæ autem complexionis ſiccæ aut humidæ quæ ſunt in epate, oportet ut medicentur cum regiminibus cōferentibus, & eligantur ex eis res de proprietate quarum eſt ut humectēt & exiccent, præter quod apparet calefactio earum & infrigidatio & hoc in inceptione. Nam ipſæ cum magnificātur, faciunt cadere in hydropiſim carnoſam. Auicenna: Epar quidem hominis maius eſt epate omnis animalis appropinquantis ei in quantitate. Et eſt membrum quod generat ſanguinem, qnamuis meſeraicæ conuertant chilum ad ſanguinem conuerſione aliqua propter illud quod eſt in eis de uirtute epatis. Et caro quidem epatis ſenſum non habet, ſed illud quod de ea ſequitur pāniculum ſentit. Et dicitur quod omne animal plus comedens & debilioris cordis, eſt habens maius epar. Et non oportet ut ad ſummū perueniatur in infrigidatione epatis quantum poßibile eſt, & perducat ad hydropiſim, neq; in calefactione & perducat ad arefactionem. Et epar adip, id eſt, lupi, iuuatiuum eſt cum proprietate ſua, & carnes limaciarum ſimiliter. Et medicus quidem expertus cognoſcit epaticum & ſtomatichum omnem

mnem

mnem per colorem ſuum, non agens cum eo ſignificatione alia, & non eſt ad illud nomen ſignificãs illud proportionale proprium. Et ſcias quod quandoq; fit omnis debilitas ex omni malicia complexionis, & quandoq; eſt neceſſitas ut infrigidetur, ita ut digerat, & ita ut attrahat, igitur conſidera maliciam complexionis dominantis antequàm conſideres debilitatem. Et plurimum oppilationum non fit niſi in latere concauo, quandoque etiam fiunt in gibbo. Oppilationes quidem ſunt ex materiebus ægritudinum epatis. Et oppilationem quidem habẽs eſt pauci ſanguinis, et corrupti caloris. Et quãdoq; antiquatur oppilatio indigens phlebotomia baſilicæ & ſolutione. Et habens oppilationem elõget inter comeſtionem & potum, & propriè potum uini, ipſum enim uinum intromittit cibum indigeſtum ad epar. Et ſcias quod cum apoſtemate epatis aſſociatur uentris ſolutio, eſt mortale. Et quãdoq; perducunt omnes ſpecies apoſtematum calidorum & frigidorum ad hydropiſim. Et ſi uirtus eſt fortis attrahere quod neceſſarium eſt de ſanguine in uice una, & ſi non, partire & ſegrega in uices plurimas, non euadit aliquis ex apoſtemate duro quieſcente confirmato, & illi qui ſanantur ex eo ſunt qui curantur in initio ſui. Cachexia eſt diſpoſitio in

primis

primis antecedens hydropiſim, & appropriatur nomine corruptionis complexionis. Et cum accidit ulcus ei, fit difficilis eius conſolidatio propter corruptionem complexionis. Et quandoq; accidit cachexia propter aggregationem aquæ in pulmone, & fit forma eam patientis ſimilis formæ hydropiſi. Conſtantinus: Epar duobus modis pati dicitur, ſcilicet ex ſuæ eſſentiæ proprietate, uel ex aliorum membrorum uicinitate. Ex ſui proprietate, tribus morborum generibus, ſicut & omnia membra corporis patiuntur. Mutatione complexionis, ſicut ſi refrigeſcat, uel calefiat, humectetur, uel deſiccetur, ſimpliciter ſeu compoſite. Secundum genus uero morbi officiales uocantur, ſicut oppilationes uel apoſtemata. Tertium diſſolutio imparitatis, id eſt, ſeparatio iuncturæ appellatur, ſicut ſunt uulnera, excoriationes, inciſiones, & ſimilia. Hæ autem paßiones generant hydropiſim. Si uero epati diuerſarum complexionum una dominetur, qua uirtus ſua naturalis ſuperetur, duricies & tumores in ipſo conficiuntur, hæc mala complexio, uel eſt ſine materia, uel cum materia. Cum uero epar unum ſit de illis membris quibus animalia uiuunt, cum corrumpitur complexio ſua, uidendum eſt unde corruptio fiat, ſi ex calore ſit, oportet

basilicam phlebotomari, si tempus, ætas, consuetudo nos adiuuent. Quod si non, refrigeremus cum spodio, saccharo, psylio, syrupo albo oxysaccchara. Demus serum cum oxysacchara, succum herbarum endiuiæ, scariolæ, solani bene coctum & colatum. Epar uero oppilatur multis modis, uel ex grosso sanguine ab epate ad membra currente, cum non debet currere, uel ex humoribus grossis & uiscosis in uenarum extremitatibus inuiscatis, quæ de maiori uena egrediuntur, & ibi generatur oppilatio. Item epar oppilatur de quorundam membrorum incisione, similiter oppilatio in muliere nascitur, cum menstrua sua ante tempus auferantur. Apostema nascitur in epate duobus locis, scilicet, in superiori parte, uel inferiori. Si sit in superiori cum tactu sentitur, maximè si sit magnum. Si in inferiori, intelligitur ex suis accidentibus. Apostema in epate nascentia duobus modis sunt, uel de causa exteriori, sicut percußione, uel collisione, uel de interiori, sicut si in epate quidam humores includantur, & ipsis putrefactis generantur apostemata.

Rasis: Aegritudines epatis, aut apostema calidum, aut durum, & nõ forsitan sit phlegmaticum, aut oppilatio, aut malicia complexionis frigidæ aut

dæ aut calidæ, aut debilitas eius tantum, aut uentositas grossa sub eo, & icteritia, & hydropisis. Et signa apostematis calidi sunt febris inseparabilis, & uehementia sitis, & uomitus choleræ, & quandoq; fit cum eo singultus, & icteritia, & tußis sicca in qua non est sputum omnino, & casus appetitus. Apostematis autem duri signum est, quod apparet tactui res dura sub costis, & corrumpitur color & minoratur appetitus. Oppilationis autem signum est grauitas, quam inuenit infirmus in dextro latere sine dolore, & non est febris & paruitas digestionis, & lenitas uentris. Maliciam autem complexionis in epate quæ calida est, sequũtur febris, & sitis, & siccitas uentris multa, & paruitas appetitus, & asperitas linguæ absq; grauitate, & non est dolor sub costis dextris, & rubet aqua ualde. Malicia autem complexionis frigidæ est cum solutione uentris, & mollitie corporis & corruptione coloris, & tumore faciei, & prauitate appetitus, & digestionis grauitate, & dolore sub latere dextro. Debilitatis uero eius signum, est tantum egestio similis aquæ recentis carnis cum abluitur, cum paucitate appetitus, & extenuatione corporis. Ventositatis autem, quæ est sub ipso, signa sunt tẽsio, quæ est sub latere dextro, quæ cõmouetur cũ

digeritur

digeritur cibus, & sedatio per compreßionem uehementem super ipsum, et existimant stulti medici quod est oppilatio uel apostema.

Ex traditione autorum recentium.

Morborum epatis quidā sunt à causa propria seu propria paßione ipsius epatis, & quidam à compaßione. Morbus proueniens à propria causa diuiditur in tria. In morbos consimiles, officiales, & communes. Primo de morbo consimili epatis calido uenit dicendum. Talis ergo mala complexio calida, siue sit materialis, siue non, sitim generat, & ardorem, & siccitatem in lingua. Sed si adest materia sequitur nausea uel uomitus, si uero non, non fit. Item cum materia urinæ est magis citrina, & magis turbata, & sæpe adest febris, & dextrum hypochōdrium sentitur calidum. Si in frigiditate sit mutata, in hoc habet sua propria signa, nimiam famem, quod est, quia frigiditas comprimit cibaria ad fundum stomachi & ita fit inanitio in ore stomachi, & ita fames & appetitus sequūtur. Hanc sæpe sequitur diaria ptisanaria, quia deficit attractio in epate, & digestio, sanguis minuitur, quia minuitur digestio, & non est febris, sed est magis uia ad hydropisim, nisi forte post lon

gum tempus quãdo ingrossatum est corrumpitur, unde putrescit & facit febrem, subtilis est urina, quia liquidius consumitur in humore, & ingrossatur humor, & non exit, nisi quod liquidius est. Cura malæ complexiõis calidæ epatis est aqua hordei, et aqua citrulli, & aqua cucurbitæ, & syrupus acetosus purus, & aqua en liuiæ, & aqua solani propriè, et aßiduatio emplastrationis epatis cum santalis, et roß. et camphora, et non sit cibarium nisi acetosum, comedantur carnes hœdi & lactantis uituli, & berberis, agresta, et potetur aqua ueri frigoris, et sit dimißio uini omnino. Cura malæ complexionis frigidæ, est omne quod calefacit epar ex medicinis & cibis, sicut piper & calamentum, zingiber conditum & uinum uetus purum, & emplastratio extrinsecus cum cypero & spica & squinãto & myrrha & costo & uino odorifero stiptico ueteri. Cura apostematis calidi epatis, cũ est incipiens, et usq; ad hebdomadã secũdum Rasim, est phlebotomia cephalicæ in latere dextro, & emplastretur epar santalis & camphora & roß. ana. & infrigidetur epar semper, & sit contentus cibo hordeaceo, & detur in potu aqua granatorum acetosorum & aqua endiuiæ et aqua solani cum syrupo acetoso de sacharo puro. Cum ergo alleuiatur febris,

bris, sint cibi ex herbis & agresta cum pullis, & dimittat uinũ omnino usq; quo uerificetur ei sanitas. Cura apostematis duri epatis, est ut in potu sumat diacurcumã et athanasiã, & trochiscos de bdellio, quorum confectio secundum Rasim est hæc: Recip. Rosarum tritarum ʒ.10. spicæ nardi ʒ.2. centaurij ʒ.1. laccæ ʒ.1.s. myrrhæ ʒ.1. costi ʒ.1.s. mastiches ʒ.2. amygdalarum amararum ʒ.2. bdellij ʒ.3. resoluatur bdellium cum uino, & conficiantur cum eo medicinæ, & fiant inde trochisci, & sumantur de eis in potu ʒ.2. aut 3. cum aqua endiuiæ si fuerit caliditas, & si non, cum aqua mellis, aut cum aqua & uino. Cura oppilationis epatis est, si cum ea fuerit caliditas, syrupus acetosus cum aqua endiuiæ, et si fuerit cũ ea frigiditas, diacurcuma maior cũ aqua radicum, et dimittat cibos grossos uiscosos sicut pultes, et panis azimus, & pedes & caseus, & omnia dulcia quæ habent grossitiem, & comedat res cũ quibus fit abstersio, & multiplicetur sal in pane suo & fermentũ. Cura debilitatis epatis est emplastratio cum rebus calidis stipticis, sicut sunt mastiches, cyperi, spicæ, thuris, nucis cipreßi, gallia muscata, uinum uetus purum. Et fiant cibi eius ex granis granatorum & passulis cum suis interioribus, ipsæ enim confortant epar & impinguãt

ipsum. Epar adip exiccatus teratur optimè, & bibatur ex eo cochlear unum et aurei. 2. cum uino dulci, & si habeat febrem, cum aqua frigida solum, cōfert enim (ut uult Rasis) iuuamentum, maximè ei qui in epate suo habet ægritudinem. Syrupus de epatica ad epatis calefactionem & debilitatem mirabilis: Recip. Epaticæ. M. 1. lenticularum aquæ. M 1. s. florum cucurbitæ, uiolarum, rosarum ana ℥. 1. cimarū, squinanti ʒ. 1. s. sachari taberzet librā 1. irroretur cum succi granatorum unc. 4. & aromatizetur cum santal. utriusque, & spodij ana. ʒ. 1. Alius syrupus: Recip. Succi endiuiæ, succi solani, succi cucurbitæ ana. lib. 1. succi granatorum muzorum lib. s. sachari lib. 1. & aromatiza ut supra. da. ℥. 2. cum aqua rostri porcini & uno trochisco de camphora. Solutiuum bonum filij Serapionis, ad oppilationem epatis ex grossis & uiscosis humoribus: Recip. Hierepicræ simplicis ℥. 1. agarici pulverizati ʒ. 1. da cū aqua polypodij, absinthij, apij, anisi, azari & mastiches ana. ʒ. 1. Syrupus ualens contra oppilationem epatis & splenis, dissoluit uētositatem, & digestionem iuuat, colorem reparat, renes et uesicam aperiendo mundificat: Recip. Mastiches, cinnamomi, croci, gariophil. nucis muscatæ, galangæ, zingib. ana. ℥. 1. apij, anisi, carui, fœniculi, petroselini, cap-

ni, capparis ana ʒ.3. saxifragiæ, stœchados, folliculorum senæ, thymi, epythimi ana. ℥.s. sachari quod sufficit. Pilulæ expertæ ad omnem oppilationem uiscerum antiquam, ualent hydropisi, ictero, et quartanæ: Recip. Succi eupatorij, cuscutæ, absinthij, fumiterræ, epithymi, folliculorum senæ ana. ʒ.s. agarici albi, rheumbarbari, hieræpicræ ana. ʒ.2. spicæ, ligni aloës, squinanti, zingiberis, gariophillorũ sem. anisi, apij ana. ʒ. 1. pulpæ colocyntidis, serapini, armoniaci, laccæ lotæ, opponacis, lapidis lazuli loti pluribus uicibus cum succo buglossæ, foliorum mezereõ repressorum in aceto, salis gemmæ, polij ana. ʒ.2. turbith, myrobalanorum citrin. ana. ʒ.2. dissoluantur gũmi in uino odorifero, & cum succo fumiterræ uel endiuiæ informẽtur pilulæ, dosis est ana. ʒ.1. ad. 2. cum prudentia tamen Medici & uirtute patientis. Descriptio emplastri resoluentis apostemata epatis laudabilis: Recip. Styracis, ceræ ana. ℥.1.s. olei mastiches, olei rosarum ana ℥.s. uini ℥. 1. liquefiat cera & oleum & misceatur cum eis. Aliud: Recip. Aloës ℥.3. mastiches ℥.1. chamomilæ, & melliloti ana. ℥.3. oleide lilio quantũ sufficit. Puluis ualens ad percussionem epatis & casum: Recip. Balaustiarũ, cyperi, uiolarum, myrrhæ, boli, amydi ana. ʒ.3. sanguinis draconis, laccæ ana.

ʒ.1.s.dosis ʒ.1.cũ apozemate de rosis, mastiches & arnoglossæ.

De hydrope, quam nostri corrupto uocabulo hydropisim uocant. Cap. III.

Iuxta traditionem Græcorum & Latinorum.

Ὕδρωψ Græcè, Latinè aqua intercus dicitur. Serenus Samoniacus: Corrupti iecoris uitio uel splenis acuto, Crescit hydrops, aut cum siccatæ sellæ medullæ. Atque auidè fauces gelidum traxere liquorem. Et ut dicit Firmicus Maternus, libro tertio matheseos. Si à Saturno defluens luna sit minuta luminibus, faciet circa uentrem frigus acciduũ, quod Græci psychrocrelio uocant, & infinitis phlegmatum uitijs laborantes, macros, splenicos, lipesetricos, hydropicos, phlegmaticos uel disiriacos etc. hydropisis si dicitur apud illustres nescio, nondum enim legi. Ventrem indecorum reddit hydropisis, cuius species ἀσκίτης dicitur, ex qua extrahendæ ratio aquæ in alijs libris dicetur, locum enim ad ilia uersus deligimus, ubi peritonæi sola ferè nuditas est. Suminis enim craßitudo omnino uitanda est, cutisq; digito dimouenda, immissoq; cultello usque ad omentum, quod primum sub peritonæo occurrerit, penetrandum est, quod

paracen=

paracentesim uocat Paulus Aegyneta Nec id nimium audacter, nec temere intestina uulnerentur, tantumq; humoris colligendum est, ne uires intermoriantur, uitalem enim spiritum is humor continet, demum remissa cute, uulnus per se obstruitur atq; ita sensim singulis diebus demitur aqua, quare uires idoneo cibo tuentur medici. Iecinore ergo uehementer frigefacto, aut inflammato, aut obdurato, uel quoquo alio modo languente, cum membrorum aliorum languore, frustratio quædam est sanguinis conuersionis, uocaturq; morbus hydorus, in quo creber intus est spiritus, cum exiguo humore cõgregatur inter intestina, ut si pulsetur uenter tympani ferè sonitum ædat. Ideo ab alijs Tympanites, ab alijs tympanias humor uocitatur ab inflationibus, quæ circa stomachum et aluum & colon intestinum, & inueteratis febribus, quandoque à duritia peritonæi, uel in mulieribus uuluæ. Quandoque econtrario uis magna humoris est cum exiguo spiritu, in eisdem coit locis tanquàm in utre aliquo contentus, inde morbus Ascites humor nominatus qui ex prædictis iam causis ipse quoque constat. Plurimum autem à duricia quæ in splene & iecore fluxibusq; circa intestina diuturnis, ex quibus contingit uentrem turgere, & reliquum corpus altum eli-

quari. Est autem cum per uniuersi corporis tumorem frigidior & pituitosior comprehenditur sanguis, modo ab iecore delatus, modo ab omni corporis carne, quasi stillante aqua, ut album & pituitosum corpus uideatur mortuo persimile, uocatur leucophlegmatias hyposarcidis humor uel anasarca, qui fit ex longis febribus, ex stomachi malo habitu, & uetustis sanguinis fluxibus, & fluxu muliebri, et spirandi difficultate, et uigilijs immoderatis, ac huiusmodi de causis. Hos igitur curabimus à detractione incipiendo, uerũ in Ascite, et Tympanite medicaminibus utemur aqueum humorem educentibus, in Anasarca uero sanguinem detrahendo curabimus, præsertim hæmorrhoidibus, aut purgãdo languorem menstrui, nisi in malo habitu præcesserit sanguinis detractio. Hinc igitur, ut in malis habitibus expedit, particulatim deiectionem administrare, inde stercus bubulum bene arefactum liquare, in oxycrato coqui, uel oxymelle, et sulphuris quarta parte, inde emplastrum toti apponito uentri. Aut spyratum capræ in urina capræ uel pueri, et uentri cataplasma facito. Hæc uehemẽter purgant. Clysteribus autem utendum acribus, nisi uenter sponte humectetur, tum enim arefacere potius expediet. In mulieribus autem hydropicis pesso utendum

tendũ huiusmodi: aniso, cardamomo, cumino, nitro, aristolochia, teli, glichone, interno ficuum, & naturalibus aquis, postea acpsamismo. In Anasarca uerò reliquisq; partibus enudentur, & quoad fieri potest in sole aridis rebus fricentur. Reliquis autẽ uirtus aridior sit. Salsamenta igitur in sinapi comedant, & allia, agrestes uolucres & aridas comedãt ex oleribus asparagum, gingida, porra, sinapi, et cũ calidas, & reliqua agrestia & theriacas. Vino utantur ueteri, tenui, urinam ciente, atq; ex infusa marina aqua, parum tamen potent, aquæ nihil prorsus, scilicet cum aqua intercute febricitent. A calidis & acribus edulijs adminiculisq; abstineant, mixtimq; cis utantur purgamine corporis, prebentur eliquẽtia, & urinam cientia, quæq; attenuent distrahãtq; spiritus tum intus, tum foris, perpetuisq; utendum inanibus cucurbitulis, quæ uentri impingantur, qui Ascite opprimentur, superioribus utantur opitulamentis.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.



Ydropisis est errare uirtutem in epate naturalem, uirtus enim digestiua epatis cũ mutare cibi succos in sanguinolentos humores deserit, cum quibus & tres humores. Cũ

inquàm hæc uirtus pigrescat in complenda actionē sua, necesse est sanguinem corrumpat, qui indigestus, corpus male nutrit, unde fit ut totum corpus tumescat. Hydropisis ergo ex sola defectione uirtutis est mutabilis, corruptio enim sanguinis ex infirmitate est huius uirtutis. Galen. dixit, impoßibile est hydropisim sine paßione epatis esse. Non enim nascitur nisi ex debilitate uirtutis digestiuæ & sanguinis generatiuæ, quod proprium est epatis. Sed tamen non quandocūq; epar in sua proprietate deficit, uel in aliorum membrorum uicinitate deficit hæc uirtus, nō cessat tamen à cōplementis suæ actionis. Epar enim aliquando patitur, & tamen hæc uirtus actionem naturalem suam non prætergreditur. Augmentata tamen ipsius paßione & maximè dominante, necesse est hanc deficere. Neq; succum cibi mutat, ut sanguinem inde faciat. Qui cum sit crudus & indigestus permanebit, hydropisim faciet. Serapio: Hydropisis fit aut ex epate quando forte fit frigus eius, aut ex sanguine frigido qui aggregatur in reliquo corpore, & fit etiam ex multitudine frigiditatis membrorum aliorū, de proprietate quorū est ut infrigident corpus. Species uero hydropisis sunt tres, et una quidē earū fit ex multitudine humiditatis quæ aggregatur in pitonæo, et est uelamē quod

est

est inter supiora mẽbra et inferiora, et inter intesti na. Et alia fit ex uentositate, quæ replet illa loca. Et in tertia corpus totũ uidetur, sicut corpus mortui, quod iã inflatũ est. Et prima harũ nominatur Ascites, et secũda Tympanites, et tertia Hyposarca. Et in omnib. speciebus hydropisis inflatio pedũ est accidens cõmune, & illud quoniã caliditas innata in eis est debilis, & nõ expellũtur uapores ad illud quod apparet de corpore, propter id ergo fit quod uenit ad pedes secundũ modum cibi, & resoluitur ibi, & mutatur ad superfluitates malas. Quid si dixeris, quare non inflãtur manus? dicemus quoniã manus sunt propinquè cordi, et quoniã cor est fons caloris naturalis, tunc iuuantur à calore naturali, et nõ cõsequitur eas corruptio. Et nobis est ut dicamus, quia hæc est causa alia, & est quia manus sunt facilioris motus q̃ pedes, propter ergo multitudinem suorum motuum resoluitur quod effunditur ad eas. Et hæc est causa tertia. Et est quia de proprietate uaporum grossorum est ut descendat materia inferius, propter illud ergo ponunt pedes inflatos. Et diaria est accidens commune in hydropisi, quæ accidit in locis uacuis uiscerum quãdo accidit eis apostema. Et si læduntur per apostemata, tunc est ægritudo hydropisis. Et differentia inter hydro-

pisim

pisim quæ accidit ex epate, et inter speciem quæ fit ex locis uacuis uiscerum est, quoniam inflatio quæ fit ex epate descendit sub digitis, quãdo tangis eam super mollitiem, & remanet locus eius submersus, & post paululum redit ad habitudinem suam primam, & non est altera secũdum hoc, quod est: quia causa inflationis illic est plegma, & hæc causa eius est uentositas. In hydropisi autem quæ fit propter membra anhelitus, et tussis est accidens proprium, & inflatio crurium etiam, & proprie in hydropisi, quæ fit ex pulmone. Hydropisim autem quæ fit propter apostema epatis, sequuntur motio tussis, & diminutio in eo quod descendit ex fece, & siccitas. Si autem cum tussi sit sputum, & fœtor, tunc non speratur de infirmo, quod est, quia hoc significat quod pulmo iam repletus est istis materijs, propter illud ergo moriuntur uelociter, quoniam anhelitus eorum constringitur & præfocatur. Et si hydropisis est cum febre, non oportet ut administres quæ calefaciunt, nec exterius super uiscera, neq; cum cibis & potibus, imò est necesse ut detur infirmo aqua solani, & aqua alkekengi, & aqua apij cũ lacca abluta & rauedseni, & croco, & myrobal. citrinorũ. Et cõferunt proprie species ndiuiæ amaræ. Et non oportet ut in potu sumant cõfectiones cale

facien-

facientes, neq; medicinas solutiuas multæ caliditatis, quoniam ipse confortant sitim, & adurunt apostemata & uiscera. Auicenna: Hydropisis est ægritudo materialis, cuius causa est materia exuberans frigida ingrediens membra, & crescunt per eam quidem membra manifesta omnia, aut loca uacua partium, in quibus sunt regimen nutrimenti & humores. Et dignius est ut sit Ascites malignior omnibus speciebus hydropisis. Et homo de quo uehemẽtius timetur cum aduenit ei hydropisis, est ille cuius complexio naturalis est calida & sicca, non enim ægrotat per contrarium suæ complexionis, nisi propter rem magnam. Et fluxus uẽtris in hydropisi est mortalis. Et plurimum statio aquositatis nõ est nisi inter zirbum & syphac intrinsecũ. Et quando expellit natura ex hydropico aquositatem, hydropisis per seipsam significat euasionem. Et fluxus quidem uentris quandoq; est iuuatiuus ualde in Hyposarcha, scilicet uirtute forti. Et plurimum causarum tympanitis est corruptio digestionis primæ, propter uirtutem aut propter materiam. Et cum Ascite est grauitas sensibilis in uentre, & cum percutitur uenter non est ei sonitus, sed quando commouetur ex ea auditur sonitus aquæ commotæ, & similiter quando permutatur habens eam ex late-

re ad latus. Et cum est Hyposarcha apparet cũ ea inflatio in corpore toto, sicut accidit corpori mortui, & imprimuntur digiti in omni loco corporis eius. In Tympanite egreditur sumẽ plurimo exitu, & eius uenter est quasi chorda tensa, & cum uenter percutitur manu, auditur ex eo sonitus uentris in quo est inflatio. Et scias quod euacuatio cum medicinis laudabilior est, quàm quæ fit sectione & resudatione, & fit difficile succurrere eis. Et spes est ad omnem hydropisim in diacurcuma, & syrupo scyllitico & theriaca & propriè in fine hydropisis. Et oportet ut euacuatio cum solutiuis non sit subito, imò secundum uices. Nam illud quod subitum est, mortale est. Et nocumentum paruum debilitat epar. Aloës autem ualde malum est epati. Non respicias autem ad illud quod dicunt Sophistæ, quod natura lactis est contraria hydropisi, imò scias quod est medicamen iuuatiuum propter illud quod in ipso est de abstersione, & est iterum conueniens propter illud, quod in ipso est de proprietate sua. Lac autem camelinum & caprinũ in potu detur cum eis, quæ solutione uentris educunt aquositatem & subtiliant & prouocant. Et de incisione myrach scias quod parum proficit nisi in corpore ualde forti, & oportet ut non audeat fieri dum

ri dum poßibilis est cura alia. Pilulæ de mesereon ultimæ sunt in Ascite, & pilulæ de rheumbarbaro in Hyposarcha. Oportet uero ut cibus hydropicorum sit paucus & semel in die, & si poßibile est abstineat à pane tritici propter suam uiscositatem & oppilationem, & sint contenti pane hordei cum seminibus. Et ius gallinæ est iuuamentum eis, ipsum enim aggregat ad prouocationem & rectificationem epatis. Vino autem non appropinquet calidã habens hydropisim. In frigida autem, non oportet ut bibat ex eo nisi subtile & antiquum parum, non cum est ieiunus, nec super cibum, imò post horam, & cum est cibi descensio à stomacho, & omnia diuretica cõferũt eis. Et in hyposarcha quæ fit à causa calida, oportet ut phlebotomia fiat, ut egrediatur uirus malum & prouocetur. Et phlebotomia non ingreditur in tympanite nisi raro. Et quandoq; necessarium est in tympanite, ponere uẽtosas euacuatiuas super uentrem eius multotiens. Rasis: Emplastrum Asciti cõueniẽs: Recip. Farinæ hordei, stercoris ouini ueteris, cyperi, baurach, boliarmeni ana. partes æquales. Ex his omnibus tritis fiat epithema super uentrem. Et si in palpebris & extremitatibus fuerit apostema molle, & testiculi apostemantur, faciesq; ac totum corpus mollicie quadã te

neantur,

neantur, erit tunc hydropisis species que Hyposarcha nominatur. Aegro itaq; hac laborāti: Trochisci de lacca cum apozemate de radicibus sunt tribuendi, & uenter quaq; hebdomada ex pilulis de rheūbarbaro est soluendus, & patiens in arena calida sepeliendus. Et prӕterea est prӕcipiendum ut exercitio utatur, & famem ac sitim sӕpe patiatur. Si uero uenter inflatus ac tensus fuerit, & cum percutitur, sonum reddit, ut tympanum, hydropisis species adesse significabitur, quӕ tympanites dicitur. Quam qui patitur à comestione olerum abstinere debet, atq; eorum omnium quӕ uentositatis sunt generatiua, uenter quoq; omni die ex panno est udaporandus, & uentosӕ super uentrem ponendӕ, medicamina tumorem dissoluentia danda sunt ut diacíminum, electuarium de baccis lauri. Aeger prӕterea exercitio uti assuescat, & famem pati, & ex collyrijs, quӕ uentositatem dissoluunt sibi subijciat. Vēter quoq; cum mantili donec incipiat rubere, fricetur, & ex oleo rutaceo clysterizetur.

Ex traditione recentium autorum.


Ydrops est paßio chronica ex frigiditate epatis generata, quia uirtus epatis cibos non coquit, nec in sanguinis substantiam conuer-

conuertit. In hoc conueniunt omnes autores, quod causa hydropisis est propriè materialis frigida, licet aliquando calor superfluus potest esse causa remota. Hydrops autem est apostema aquosum uniuersale, sicut uult Aboali in cap. de apostemate, licet alicubi dicatur hydrops mala complexio, sed hoc est impoßibile. Dicit autẽ Alexander quod hydropisis tria sunt genera. Vnum est quod ex tenui humore, & ex uentositate generatur, & uocatur Ascites, aut ex uentositate spiritus, & dicitur Tympanites, tertium est de phlegmatico sanguine superfluo in toto sanguine, & dicitur Hyposarcha, siue leucophlegmantia, cum quo conueniunt Auicenna & Serapio & Isaac in uiatico, quamuis dicatur esse Constantini, quod sibi falso ascribitur. Causæ hydropisis duæ sunt in genere. Aut propter propriam paßionem epatis, aut propter compaßionẽ. Propter paßionem propriã tribus modis, aut propter suos consimiles morbos, uel officiales, uel communes, propter malitiam complexionis, propter malam complexionem quatuor modis secundũ quatuor malas complexiones, propter malas complexiones compositas, & materiales, quia calor superfluus operatur ad innati caloris epatis resolutionẽ, & corrumpit naturalem, unde epar spiritibus reso

lutis & calore innato resoluto infrigidatur. De fri giditate epatis satis patet siue sit coniuncta sicco, siue humido. Unde patet quod hydropisis generaliter est morbus aquosus, licet quandoq; fuerit à calore, quod est, quia calor innaturalis operatur ad apertionem pororum & corruptionem caloris naturalis, qui cum debilis sit cito resoluitur, unde corpus infrigidatur, & ita generatur humor aquosus, & hydropisis. Item morbi officiales epatis sunt sicut oppilationes uel apostemata eius, quæ debilitant materiam uel digestiuam. Calidum enim apostema ad resolutionem caloris innati operatur. Oppilatio similiter constringendo humiditates, unde calor innatus suffocatur. Dupliciter enim contingit corrumpi calorem naturalem interiorem sicut exteriorem, per uiam resolutionis, & compressionis, & condensationis, sicut patet in igne non cooperto. Morbus communis, siue solutio continuitatis epatis, sicut incisio uel corrosio operatur eadem. Per compaßionem autem generatur hydropisis, quando compatitur epar stomacho aut intestinis, spleni uel matrici, uel renibus, uel pulmoni, uel diaphragmati, uel spinæ dorsi, & uniuersaliter in omnibus membris, errore debilitatur & uirtus epatis, unde deficiens in decoctione

chimo-

chimorum, ſicut patet in apoſtematibus cuiuſcunque nobilis membri, unde fit febris, quia apoſtema ad ſe trahit ipſum, & calorem innatum ſicut uentoſa, unde infrigidatur epar, uel etiam ex ſola febre acuta cum fortis calor extraneus reſoluat & corrumpat calorem naturalem. Iuxta illud: Omnis hydrops in acuta ægritudine malum. Hydropiſim factam propter apoſtema ſtomachi, uel meſeraicarum, uel inteſtinorum, uel lumborum, ſignificat diuturna uentris ſolutio, quia chilus in ſtomacho, uel in inteſtinis non poteſt generari, quia cibus non tandiu retinetur in his membris læſis propter apoſtema, uel ſolutionem continuitatis, uel ſi oppilentur meſeraicæ chilus non penetrat ad epar, & propter hoc eſt continuus fluxus chili, materia hydropiſis non euacuata, unde non deficit calor & tumor. Sed hydropiſis propter apoſtema epatis ſignificatur per tuſsiculam, quia uirtus nititur expellere nocumentum, ſed deficit. Item adeſt difficultas egerendi, & quod egreditur cum anguſtia exit, quia fortis calor epatis ad ſe trahit ſtomachi & inteſtinorum ſuccoſitatem, reſiduũ uero induratur & tranſit in ſquibala. Item minuta fiunt apoſtemata quæ cito recedunt, quia materia ſubtilis eſt & uaporoſa, ſed ſtatim redeunt,

quia nimia est materia. Mutatio est autem caloris naturalis in non naturalem, signum est cacochimia & hydropisis, & tumor uniuersalis uel particularis, & squaliditas & pruritus propter uaporē corruptum ad exteriora prorumpentem. Et commune accidens in omni hydropisi est tumor pedum & inflatio. Sed quia pedes remoti sunt à fonte caloris, & propter hoc nutrimentum non conuertitur, & quia ibi remanet non conuersum, tumorem facit. Signa autē distinctiua sunt hæc, quādoq; in Hyposarcha est tumor æqualis per totū corpus, quia epatis uirtus fortis expellit à se, et mēbra attrahūt, quia intendūt se nutrire, et materia non est eis proportionalis, non conuertunt eam. In Tympanite uero & Ascite manus, brachia, collū, & caput gracilantur, quia ad ea nihil attrahitur nec mādatur ab epate iam defecto, color mutatur, & habēt liuiditatem. Differt aūt Ascites à Tympanite, quia Ascites uētre cōmoto sonat, sicut uēter semiplenus aqua. In Tympanite sonat ad modū tympani, & multū iuuātur per oscitationes et eructuationes, et nō conuenit in alijs. Ascites uero magis per sudorem & aquositatis resolutionem iuuatur. Causæ autē remotæ hydropisis sunt timorosæ ualde, sicut nimius fluxus uentris uel matricis, uel nimia retentio superfluitas-

fluitatum, uel nimius potus aquæ frigidæ & præcipue in ieiunio, uel subita complexionis mutatio, uel debilitas totius corporis suas superfluitates ad epar resudantis, quas omnes difficile est transcurrere. Et facilior ad curandum est Hyposarcha. Aliæ duæ difficiles, omnes tamen sunt curabiles in principio si uirtus sit fortis & necessaria exterius applicentur. Medicinæ efficaces & uirtutis nō ualde molestæ, & Asciti multum congruentes sunt istæ: Solutiuū aquositatis hydropisis: Recip. Pilularū de rauedseni Mesue ℈.2. agarici, radicis yreos ana. ℈.1. salis gēmæ, zingib. ana. gran. 2. eupatorij ℈.s. puluerizāda puluerizētur, et cū syrupo de absinthio fiant pil. 7. p ℥. Solutiuū aquositatis et ipsius exiccatiuū: Recipe Vnguēti arthanitæ quantū pro unguēto sufficit, aceti acuti quod sufficit ad incorporandum, misce, hoc unguento ungatur uenter manu calida. Epatis & stomachi confortatiuum, oppilationum aperitiuum, & aquositatis exiccatiuum: Recip. Seminum agni casti, apij, anisi ana. ℈.1. fœniculi ʒ.s. calami aromatici, spicæ ana. ℈.1. calamenthi ʒ.s. absinthij sicci ʒ.2. sem. endiuiæ ʒ.1. solani ʒ.s. pulherizentur omnia ut decet, & cum syrupo de absinthio fiāt pilulæ. 7. pro. ʒ. Assumat. 5. in singula hebdomada duobus diebus præterquàm tempore

 calido.

calido. Aliud fortius: Recip. Radicis cameleontæ ℥. s. bethonicæ ℈. 1 cuscutæ ℈. 2. cinnamomi ℈. 1. eupatorij ʒ. 1. radicis enulæ ʒ. s. macis ℈. 1. origani, polij ana. ʒ. s. rheumbarbari electi ana. ʒ. 1. s. radicis squinãti ℈. 1. sem. solani ʒ 1. puluerizẽtur puluerizãda & cũ syrupo de absinthio fiãt pil. 7. pro. ʒ. utatur ut supra. Aliud solutiuum: Recip. Hieræ Archigenis ʒ. 1. s. aquæ absinthij quod sufficit pro potione & fiat potio. Aliud efficacius solutiuũ: Recip. Triferæ feruginatæ descriptione Nicol. ʒ. 1. s. aquæ absinthij quod sufficit pro potioue et fiat potio, utatur aliquãdo mane. Medicinæ remissæ potẽtia, uirtuti familiares & cũ hoc usuales. Solutiuum usuale & propriũ: Recip. Seri caprini ℥. 4. radicis yreos puluerizatæ grosso modo ʒ. s. sachari albi ʒ. 2. misce, & fiat potio. Assumat omnib. 15. dieb. ordine solutiuorum. Si uero uult fortius, tunc huic toti addat iterum radicum yreos ʒ. s Epatis confortatiuũ, sed nõ solutiuũ: Recip. Vrinæ hominis masculi pueri, ætatis intra terminum à quinto anno usq; ad 12. annum inclusiue ℥. 6. eupatorij ʒ. 1. spicæ gran. 2. coralli rub. ℈. 1. sem. endiuiæ ʒ. s. sachari albissimi ʒ. 2. misce & fiat potio, utatur aliquando. Aliud ut supra: Recip. Lactis capræ calidi dum mulgetur ab ubere ℥. 4. eupatorij ʒ. 1. spodij gran. 3. sa-

chari albi ʒ.2.misce capiat mane ad libitum. Epatis confortatiuum: Recip. Specierum confectionis de eupatorio Mesue ʒ.s. diarrhodon Abbatis ʒ.1.macis ℈.2.seminis anisi integrorum ʒ.s.spodij, gran. 5.seminum endiuiæ ℈.1.solani ℈.s.coriandrorum præparatorum ʒ.1.sachari albi.lib.1. puluerizētur puluerizāda misce, et cū aqua absinthij fiat cōfectio solida in morsellis ʒ.ʒ.pro quolibet. Assumat unū morsellum in alternis diebus cum surgit. Hæc omnia supradicta ualent in Ascite. Syrupus solutiuus pro hyposarcha: Recip. Radicum fœniculi, petroselini, apij, sparagi, brusci, acori radicum, spinæ albæ ana.℥.1.scolopēdriæ, praßij, melissæ, eupatorij ana.M.1.radicū capparis, ciperi, seminis, anisi, fœniculi, cinnamomi ana.ʒ.2. chamædreos, thamarindorū ana.℥.s.turbith, agarici ana.ʒ.3.polipodij ℥.1.s.passul.℥.1.sal.gēmæ ʒ.1.sachari lib.1.fiat syrupus utatur ad discretionem medici. Puluis expertus in hyposarcha: Recip. Anisi ʒ.2.cinnamomi ℥.1.cataputiæ ℥.s.sachari albi ℥.2.fiat puluis, dosis ʒ.3.uel. 4. in mane cum uino uel aqua. Syrupus in Tympanite: Recip. Lactucæ siluestris, epaticæ, scolopendriæ, endiuiæ, ana. M.1. eupatorij, melissæ, thamarindorum ana.M.semis, radicum fœniculi, petroselini, liquiritiæ, spodij, corticis radicum ebuli

ana. ℥.1.capparorum, passularũ ana. ℥.s.santalo rum rub. seminis endiuiæ, anisi, cinnamomi, ana ʒ. 2. sachari albi lib.1. fiat syrupus dosis ℥.s. cum pau ca aqua calida, in qua extinguatur ferrum. Et *omni mane semel usq; ad decem dies, postea purgetur cũ ʒ.4.aut.5. huius mixtionis:* Recip. *Electuarij ad me lãcholiã, diamezereõ, diaphœniconis ana. ʒ.4. rheũ barbari ʒ.3. misceantur, sumat mane cum aqua cali da, considera tamen uirtutem patientis.* Et *fiat con fectio de qua sumat mane & sero ante cibum:* Reci *pe trochiscorũ de spodio, liquiritiæ ana. ʒ.1. cinna momi, macis, seminis endiuiæ, xyloaloës, azari, ma stiches, galliæ muscatæ, corallorum rubeorum ana. ℈.2. margaritarum, santalorum, seminis, ozimi a na ʒ.1. sachari lib.1. fiat confectio in uase, dosis ʒ. 5. cum pauco uini puri.* Et *fiat puluis quo utatur in cibis suis temporib. frigidis:* Recip. *Cinnamomi ℥. 1.s. croci.1. fiat puluis.* Et *fiat sacculus ad stoma chum:* Recip. *Absinthij, squinanti, calamenti, myrtil lorum, rosarum, mastiches ana. ʒ.s. bulliant in uino aromatico & ponatur ad stomachum ante cibum.* Et *cum surgit à lecto inungat stomachum ex hoc:* Recip. *Olei nardini, olei mastichini, olei absinthij ana. ℥.s. misceantur & ungatur calidum cum ab stersione, quod si aliquando apparet distempera*

tum

tum inungatur ex hoc: Recip. Santalorum trium, spodij ana. ʒ.2. olei rosati ℥.3. olei absinthij ℥.1. ceræ quod sufficit fiat unguentum. Cruris fiat lotio ex aqua decoctionis radicum ebuli & florum origani. Si apparet aliquod uestigium hæmorrhoidarũ, erit bonum eas prouocare. Si sumendo syrupum prædictum apparet fluxus uentris, unde suspicarentur medici de solutiuo prædicto dimittant illud & nihilominus detur ℥.s. diacatholiconis cum ʒ.s. rheumbarbari, & dissoluatur cum aqua decoctionis radicum corticis myrobalanorum citrinorum ʒ.5. In Ascite uero remota quæ posset esse causa primitiua, quod fit per malum regimen, & etiam antecedente mala complexione epatis calida, tunc ueniendum est ad euacuationem aquæ citrinæ, à concauitate epatis quæ secundum quosdam est causa antecedens, et secundum aliquos est causa coniuncta, licet Auicenna dicat .3. canonis, quod debilitas digestiuæ epatis est causa coniuncta, non dicit simpliciter quod sit coniuncta causa, sed dicit est quasi coniuncta causa, quasi ut plurimum debilitatem sequitur cachexia, quæ est mala complexio, dispositio præcedens ad hydropisim, & ipsa aqua quæ uidetur ferè causa cõiuncta est citrina, non tamen inde curandũ est quæcunque sit ista aqua. Sed euacuandum ip-

ſum & exiccandum omnes autores ſtudent, qua e-uacuata ceſſat tumor aquoſus qui eſt ipſa hydropi-ſis. Euacuatur autem infallibiliter ut poteris expe-riri, cum ſucco cachilæ, quæ Latinè dicitur ſolda-nia, herba eſt naſcens in littoribus maris, & præ-cipuè meridiani noſtri, de quo ſucco ſumat à me-dia libra uſque ad uncias 8. cum unc. 1. ſachari ru-bei tepefiat aliquantulum, ſumantur in matutinis, & uidebis mirabilia de euacuatione aquæ citrinæ, & illo die nihil uel parum comedat æger, & hoc fi-at de decimo in decimum diem. Hæc enim her-ba à tota ſpecie confortat epar, & educit aquam citrinam, quæ duo ſunt quaſi baſis in cura hydro-piſis. Et notatu dignum eſt ſcire quod apud Arabes inuenitur cacele & kachile. Cacele eſt cardamomum, ſed kachile eſt herba ſoldania iam dicta, & in hoc apparet error Gerardi Cre-monenſis in translatione. Nam in tertio cano-nis capitulo de cura Aſcitis, purgetur cum aqua cardamomi, nunquam enim cardamomum euacu-at, neque eſt ſolutiuum, ſed errauit non intelli-gendo uocabulum. Hic error manifeſte appa-ret in de ſimplicibus, ipſe enim ponit duo capitu-la, uidelicet cacele, id eſt, cardamomum, & ca-chile, id eſt, ſoldania, de qua nos magnam habe-

mus

mus copiam. Hæc etiam Rasis tertio Almansoris tangit dicens: Cachile aquam citrinam euacuat, & urinam prouocat. Et ipse Gerardus transtulit utrunque librum, & ideo utrobique errauit, licet sit error in uocabulo tantum, non tamen est paruus, nam quandoque error resultat maximus in opere, post tertiam purgationem oportet ut uolutentur in arena maris subtilißima tempore æstatis, & meridie tempore magni æstus benè cooperto toto uentre, ab hora sexta usque ad uesperas tribus diebus continuis, ita ut sit totus sepultus in arena. Si uero non sit ibi mare, & sit in hyeme, calefacere oportet arenam maris, uel aliam arenam cum admixtione octauæ partis de sale in furno calido, ita quod arena sit multum calida, & tunc in solio domus sepeliatur æger in arena prædicta calefacta in tres partes, ita ut cũ una pars infrigidatur, alia renouetur, uidebis uentrem diminui & ad nihilum deuenire tumorem. In cura Ascitis cum apostemate calido uel frigido, non te intromittas. In cura uero Hyposarchæ procedas euacuando & purgando, cum electuario facto in hunc modum. Accipiatur fructus cucumeris asinini tempore canicularium dierum, &

exiccetur

exiccetur ad solem semper proijciendo aquam, quæ supernatat donec siccetur, tunc Recipe eiusdem succi ℥.1. bdellij ʒ.1. masticħes ʒ.s. salis gemmæ ℈.2. incorporentur simul, & cum uolueris dare, forma pilulam istam ad modum piperis, ciceris, uel fabæ, da sero eunti dormitum unam solam, & uidebis mirabilia, ueruntamen sit medicus prudens in exhibendo cucumer asininum, nam à solis prudentibus medicis exhiberi debet. Confortetur epar cum oleo nardino & emplastro, quod scribit Rasis nono Almansoris, capitulo de ægritudinibus epatis, in quo ingreditur calamus aromaticus, spica, roß. &c. Et detur eadem mixtura ex diacurcuma & rosata nouella. Vltimo deueniat ad arenam calidam. Ad Ascitem cum tympanite fiat iste syrupus, & sumat de eo omni mane ℥.1. Recipe scolopendriæ, melissæ ana. M.1. radicum fœniculi, petroselini, tamarisci, liquiritiæ, eupatorij, ana. ℥.1. sem. portulacæ, capparorũ ana. ℥.s. seminum anisi, endiuiæ, fœniculi, santalorum rubeorum ana. ʒ.2. sachari lib.1. fiat syrupus, sumatur cum decoctione scolopendriæ. Item fiat sacculus in quo bulliant hæc: Recip. Absinthij, seminis aneti, capparorum, tamarisci, chamomilæ, calamenti ana. unc. s. & frequenter ponatur ad splenem ieiuno stomacho. Sero ad minus una hora ante

cœnam sumat ʒ.2. diarrhodon Abbatis cum pauco potu uini puri, uel parum limphati, comedat carnes pullinas uel perdicum, bibat uina mediocria parum limphata.

De regio morbo, quem Ictericum, seu Icteritiam recentiores uocant.

Cap. IIII.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Icterus à Græcis, à nobis morbus regius dicitur. Est enim morbus cum per totum corpus bilis suffunditur, quæ interdum nigra, interdum flaua est Et dicitur ab ictero aue, de qua Plinius lib.30. naturalis historiæ, cap.3. Auis (inquit) icterus uocatur à colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè uocari galbula, hæc ille. Quod autem alij dicunt morbũ uocari ictericiã, uix inuenies apud receptos, quod si aphorismi Hippocratis ita habeant, & aliæ recentiores translationes, non mihi faciunt autoritatem, dum ego de fonte unde hauriuntur, et ex illustrib. autoribus me accipere profitear, nec in hoc accusandus Hippocrates, sed librarij imperiti qui optimos libros mendosißime exscribere consuerunt, nec uitiositas codicum nisi in librarios retorquenda. Sed redeamus. Ictericus dicitur qui pa-

titur

titur icterum, quibus diuersis alijs nominibus appellatur, dicitur enim à Plinio, Varrone, Horatio et Sereno morbus regius, & quare sic dicatur reddit Samonicus rationem duob. uersibus. Regius est uero signatus nomine morbus, Molliter hic quoniam celsa curatur in aula. Aliter hic morbus à Celso aurigo appellatur, & homo auriginosus, qui patitur. Dicitur & arquatus, à colore cœlestis arcus, ut dicit Nonius. Et ut dicit Acron super artem poëticam Horatij, quidam dæmoniacum, nonnulli comitiabilem, alij aquarium uocant, & Iuuenalis ictericon satyra sexta. Consulit ictericæ lento de funere matris. De hoc morbo Hippocrates ait: Si post septimū diem febricitātem ægro superuenit tutum esse, mollibus tantummodo præcordijs substantibus. Diocles ex toto si post febrem oritur etiam prodesse, si post hunc febris, occidere. Colore autem eum morbum detegi maximè oculorum, in quibus quod albū esse debet, fit luteum. Asclepiades aquam quoque salsam, & quidem per biduū purgationis causa bibere cogebat, ijs quæ urinā mouent reiectis. Est autem icteros (autore Paulo Aegyneta) morbus cum per totum corpus bilis suffunditur, quæ interdum nigra, interdum flaua est. Potionandi sunt arquati apij, uel adianthi, uel lapathi, uel serpilli trita deco-

ne, aut absinthium potui ingere. Prodest autẽ multum raphani succus cum uino potus cyathus, & succus cichorij cyathorum. 2. uel. 3. per se, uel cum uino. In inflammatione uero iecoris arquatos potionator cenomellæ, aut coctione tenuis aristolochiæ, aut hyperici, aut adianthi, aut struthij, aut erythroni, aut abrasuræ cornu cerui ℥. 1. cum uino, aut sulphuris apyri drach. in ouis absorbeatur. Hæc plurimum ad oppilationem faciunt, dato cinnamomum trium digitorum quantitate tollæ cum cenomellæ cyathum, aut myrrham fabæ magnitudine cum piperis granis. 5. tantundem cinnamomi.

Secundum Pœnos & Arabes.

ICtericia quidem fit aut propter caliditatem epatis multam per seipsum natam, aut quoniam epar calefactũ est ex cibis, aut medicinis calidis, aut apostemate, aut oppilatione, aut propter multitudinem choleræ rubeæ, aut propterea quia natura expellit ad eam exteriora corporis, aut ex morsione uermiũ, aut animaliũ uenenosorũ calidorũ, aut propter debilitatẽ fellis ab attractiõe choleræ rubeæ, aut propter oppilationẽ meatus quo attrahitur cholera ab epate, aut ꝑpter

oppila-

pilationem meatus, quo expellitur cholera ad intestina, & illorum quidem quorum epata secundum naturam sunt calida, colores sunt citrini semper, & in albugine oculorum eorum semper est citrinitas, & non accidit eis inde maximum nocumentum, nisi cum illud superfluit in eis. Serapio: Ictericia non est nisi uictoria choleræ citrinæ in toto corpore, & non uincit hæc, nisi aut quoniam non mundatur ab ea corpus, scilicet quod est necesse, aut quoniam ipsa generatur super illud quod est necesse, aut ex aggregatione duarum rerum simul. Et causa prima non est nisi ex ægritudine quæ accidit in epate, aut in felle. Quod est, quia epar quando apostematur, aut induratur sicut lapis, aut oppilatur meatus eius, donec oppilant materiæ meatus, quibus mundificatur fel & coarctat ipsos, tunc necessario quando permiscetur sanguis cum felle, & effunditur sanguis commixtus cum felle ad omnia membra corporis, accidit ex eo ictericia, & fortasse totum corpus fellis læditur, & fortasse accidit in uno meatuum eius, scilicet aut in meatu superiori qui recipit choleram ab epate, aut inferiori in quo descendit fel in intestina, & unusquisq; eorũ læditur, aut propter debilitatem quæ consequitur eum ex malicia cõplexionis, aut ex aliqua re apostematis, quod

accidit

accidit in eo, & prohibet à penetratione. Quod est, quia meatus superior quando debilitatur, tunc oppilatur, donec non attrahat choleram ab epate, et mundet ipsum, tunc fel apud ipsum permiscetur cum sanguine, & spargitur in reliquum corpus. Et secundum hanc formam etiam in meatu inferiori, quando non expellitur fel ad intestina secundum consuetudinem naturalem, tunc ipsum redit ad superiora cum acuitate, & figitur in reliquo corpore, & in ipso corpore fellis fortasse accidit quod accidit in uesica recipiente urinam, quando impletur super mensuram. Quod est, quia quando ipsum extenditur ex multitudine fellis, quod aggregatur in eo, mollificatur adeo donec non potest expellere choleram ad inferiora, sed redit ad superiora econtrario rei naturali. Et iã accidit ictericia ex doloribus splenis etiam. Et fortasse ictericia accidit secundum uiam crisis, præter quod sit causa eius aliquid eorum quæ narrauimus. Et iterum accidit ex phlegmone in epate, aut in duobus meatibus mũdificantibus fel, & sequuntur grauitas in latere dextro & febris. Tibi ergo inest ut differentiam facias inter ictericiam quæ fit ex epate, et inter illam quæ fit ex felle, quando diligenter consideras urinam & stercora. Quod est, quia si tingitur egestio cum felle,

tunc non est ægritudo in felle, & in meatibus eius, sed in epate, quod si egestio est alba, tunc significat læsionem duorum meatuum mundificantium fel, et si urina est remanens secundum colorem suum naturalem, tunc non est ægritudo in epate, quod si color urinæ est cholericus, acutus, tũc significat læsionem epatis, etiam urina decliuis ad nigredinem significat dolorem splenis. Et egestio facta etiam in ictericia ex splene nõ est multæ albedinis, quod est, quia natura constringitur, & exiccatur multum in his causis. Auicenna: Ictericia est alteratio coloris corporis fœda ad citrinitatem tendens, aut nigredinem propter cursum humoris citrini uel nigri ad cutem, & quæ sequuntur ipsam sine putrefactione, quæ si ei associetur faciet accidere tertianam in citrina, & quartanam in nigra. Et membrum quidem generans choleram in natura, est epar. Nam cum ualde calefit complexio epatis, facit choleram. Ictericia quæ est in colica, fit propterea quod humor uiscosus glutinat faciem meatus, quare cholera non effunditur ad intestina. Ictericia autem nigra splenetica, ipsa in modum suæ generationis est secundum ictericiam cholericam. Et in illo qui habet ictericiã factam, & non curatur neq; resoluitur eius materia, est timor, & pluribus eorũ associatur mors

mors subita. Scias q̃ in plurib. ictericis citrina et nigra tingitur urina, et quãto urina est plus citrina & acutior, est magis significatiua sanitatis epatis et uirtutis ipsius. Et facta à cõplexione calida epatis, non albescit cũ ea egestio ea albedine quã habet oppilatiua, imò quãdoq; tingitur plus; et nõ sentitur grauitas quæ sentitur in oppilatiua. Et albificatur ex oppilatione egestio in primis, deinde accidit ictericia. Et cũ epatica non albificatur egestio, nisi gradatim. Cõtinua non fit à splene omnino, licet nigra quandoq; fiat ab epate, uerum nigra splenetica maioris est nigredinis. Et uomitus iuuatiuus est in omni citrina, & istis quidem nõ conceditur ut bibant uinũ nisi plurimè permixtum, & ut nõ perueniat nisi ad illud quod est lene ex carnibus, & ad ius carnis auis. Et omnis qui habet ictericiam ex causa calida, oportet ut deuitet uigilias, & iram, & motum plurimũ, & balneum. Et dicitur quod ictericiã patientes, iuuantur per considerationẽ in rebus citrinis. Illud enim mouet naturam ad expellendum materiã citrinam totam ad cutem. Ego uero non sum ex illis qui negent huiusmodi curationes, sicut negant plures eorum qui philosophantur ad eas. Constantinus: Nomen ictericiæ à simili sumptum est, à uolucri, scilicet aurei uel crocci coloris, quæ me-

dia æstate solet esse in colore deserta. Ictericia autem est commixtio choleræ & sanguinis, diffundēs se per omnia membra corporis cum sanguine, & apparens in corporis superficie. Nutriamus cum chrisolocanna, portulacis, bliti, cum amygdaleo, demus ptisanam, pisces recentes, pullos, cum aceto et sacharo. Trochisci ualētes ad ictericiam, oppilationem epatis et splenis: Recip. Hieræpicræ, absinthij, succi eupatorij ana ʒ.2. rosæ, spodij, squinanti, folij, azari, ana. ʒ.1.s. laccæ, rheumbarbari ana. ʒ.1. croci, scamonij ana. ʒ.s. tempera cum succo endiuiæ, fac trochis. de ʒ.1.s. & da.1. cum succo endiuiæ, et oxysacchara mane.

Ex traditione autorum recentium.

Icteritia est cutis defœdatio uniuersalis, propter humorem innaturalem in exterioribus corporis dispersum. Et differt à morphea, quia morphea est maculosa nō continua. Item ictericia fit propter uitium in secunda digestione, morphea autem propter uitium in tertia digestione, quia deficit uirtus aßimilatiua. Ictericia autē quandoq; generatur à rebus exterioribus, ut à morsu reptilium scorpionis, aut à ueneno sumpto interius sanguinem corrumpentibus. Quandoq; causatur

tur à causa interiori, & hoc dupliciter, ut aliquando ui naturæ, aliquãdo ui sympthomatis. Vi naturæ quando natura confortatur ad expellendum feces in die septimo, uel alia die cretica sibi proportionata, & hoc est bonum signum. Vi autem morbi, sicut ex abundantia materiæ in die non cretica ad exteriora exeunte & prorumpente, & præcipue si fiat in febre ante septimum diem, & talis semper est mala, quia mortem & morbi prolixitatem significat. Item icteritia aliquando fit cum febre, aliquando sine febre, & secundum hoc est regimen eius diuersificandũ. Diuiditur autem icteritia in tres species, scilicet in aureã, in agriatapegaseleantos, & in melanchimon. Aurea fit de cholera mala, non tamen adusta, unde retinet proprium colorẽ, scilicet ruffum uel subruffum, unde denominatur ab auro, tales enim icterici similes sunt auro. Agriatapegaseleantos nominatur à psitaco habente uiridem colorẽ, qui psitacus dicitur, ab agriata quod est agreste, pegaseleãtos quod psitacus, tales enim sunt uirides, quia cholera adusta exterius eos sic depingit. Melanchimon uero dicitur à melã, quod est nigrum, & chimus, quia fit de chimo nigro melancholico cutem exterius denigrante. In cura autem istius paßionis necessaria est cognitio causæ, quæ

per propria signa est cognoscenda, hoc tamen ab initio sciendum quod ictericia ex febre ante. 7. diē generata, à medico est relinquenda, varißime enim ista curatur, nisi sit cū fortißima uirtute, potest aūt generari in febre, et sine febre. Sed in febre nō est ex eadē causa, ex qua generatur sine febre. In ictericia uero curanda siue curabili, primo uidendū est utrum sit cum febre, aut sine febre. Si sit cum febre, primo febri subueniendum est, materiam digerendo, & eius maliciam reprimendo. Cessante febre, attendendum est utrum materia remaneat euacuanda, & si hoc in declinatione febris acutæ digeratur, & similiter expellatur, si fiat ictericia sine febre, mala materia existens in corpore digerenda et euacuanda est, & corpus perfectè mundificandū, sed si in corpore postea infectio remaneat, cum dissolutiuis est insistendum. Si ergo ictericia sit ex mala epatis complexione, uel uenarum, insistatur cum alteratiuis corpore mundificato. Si fiat ex apostemate, fiat mūdificatio secundum causam apostematis & epatis. Si autem fit ex oppilatione, utendum est deoppilatiuis, quæ ab autorib. ponūtur. Contra infectionem in corpore remanentem, sic propriè operandum est: Singulis diebus drach. 2. bibātur de succo lactucæ, & loco eius ponitur lactucella si inueniatur

ueniatur. Item fiat stupha ut pori cutis relaxentur, postea uero lauetur facies cum succo maligranati et forti aceto, et duæ guttæ succi maligranati oculis instillentur. Item aliter: Fiat puluis de spodio, rasura eboris, santalis rubeis, rosis, mirobalanis citrinis, & rheumbarbaro, & illo puluere utatur singulis diebus cum succo endiuiæ, & cum uino tepido albo & subtili. Solutiuum minoratiuum in ictericia: Recip. Casiæfistulæ unciam 1. thamarindorũ drach. 2. rheumbarbari electi drach. 1. aquæ fumiterræ ℥. 1. seri caprini quod sufficit pro potiõe, rheumbarbarum prius minutim incisum infundatur in dicto sero, per horas. 12. deinde optime exprimatur, coletur, & substantia abijciatur, & expreßioni reliqua omnia addantur, misce & fiat potio. Digestiuum: Recip. Syrupi acetosi simplicis, iulep uiolati ana unc. 1. aquarum endiuiæ, cuscutæ, raphani, ana. unc. 1. misce. Solutiuum eradicatiuum: Recip. Casiæfistulæ ℥. 1. thamarindorum ʒ. 2. rheumbarbari electi, electuarij de succo rosarum ana. ʒ. 1. aquæ fumiterræ ℥. 1. serini caprini q. sufficit, p potione. Rheũbarbarũ in frusta minuta diuisum et nõ pistatũ, infũdatur in dicto sero ut supra, reliqua omnia addãtur, misce et fiat potio. Cõfectio: Recip. Specierũ diarrhod. abbatis ℈. 1. triasan. ʒ. s. trochi

ſcorum de rheũbarbaro ℈.ſ.ſeminum cõmuniũ ma iorum frigidorum ʒ.3. ſachari albi ℥.2. miſce, & cum aqua cuſcutæ quod ſufficit ad incorporandum fiat confectio in morſellis ʒ.3. pro morſello. Solutiuum uſuale: Recip. Lactis caprini, cartami cõtuſi, infundantur in dicto lacte tribus horis, deinde totum aggregatum cum coagulo coaguletur, & taliter dimittatur per horas.12. ultimo in dicto lacte in fruſta diuiſo auferatur ſerum, deinde: Recipe dicti ſeri ℥.4. ſachari albiſsimi ℥.1. aquæ endiuiæ ʒ.1. miſce, hoc enim ſingulariſsimum eſt. Digeſtiuum uſuale loco ſyrupi: Recip. Aquarum endiuiæ ℥.2. cuſcutæ ℥.1. ſachari albi ʒ.1. miſce. Ad ſanandam ictericiam utatur quotidie ſcariola cum cibis & potibus. Experimentum in ictericia eſt, ut coquatur cortex fabarum in aceto, & mixta palea ordei fiat ſuffimigatio, & ſi uis admiſce parum de abſinthio.

De paſſionibus lienis ſeu ſplenis. Cap. V.

Iuxta traditionem Græcorum & Latinorum.

IN ſiniſtra parte aduerſus iecur lien parum inferior ſuillo ſimilis habetur, purgamenti ſanguinis receptaculũ, eum humorem atram bilem noſtri, Græci melancholiam dicunt. Hic non ut iecur præcordijs, ſed ſiniſteriori

uentriculi parti & omento committitur. Eius quidem materia mollis est, rara ac fistulosa, longitudinis craßitudinisq; modicæ, sed lienosis ita plerunq; intumescit ob humoris confluuium, ut zona ueluti cingere hominem uideatur cum sordibus (ut Plato inquit) iecur abundat, lienis raritas id purgat, & eas combibit, quoniam concauum est & exangue, unde purgamentis impletum excrescit cursoribus (ut traditur) peculiare impedimentum, propterea quandoque nonnullis laborantibus splen inuritur. Adimi posse homini sine uitæ periculo, uerisimile non est. Liene solito ab iecore humorem attrahere melācholicum, qui ueluti corporis est lutum, si eius attrahendi uis infringatur debiliteturq́;, aut meatus oppiletur quo prius atrum humorē uehabatur, sanguis impurus per totum dilabitur corpus. Verum si tenor dolorq́; in liene fit oppilatio, indicatur quod si horum nihil, sitq́; potestatis attrahendi imbecillis, sitq́; atræ bilis uomitus siccæ febri, aliaq́; cachoëtes, qualitate lienis ostendit retentionem uimq́; debilitati. Si excernēdi ipsius imbecillitas amoueat appetitum, neq; fertur melancholici humoris redundantia ad os uentris, ut exacuat appetitum. Obstructo in liene humore melancholico, primo quidem inflammatio fit feruore & dolore tenoreq́; demon

ſtrata. Poſterius etiam in girum cadit, feruore & dolore pacato. Tumore autem & duricia permanente, his nimirum corpus male olens euadit, & gingiuæ abroduntur, & in cruribus ulcera ſine cicatrice permanent, in quibus iecore pariter elanguente, ut diximus, aqua intercus euadit, lienisq; diſtemperantias propemodum, ut iecoris curabimus. Permanente uero inflammatione ab ancone ſiniſtro uenam ſecabimus, aut in extrema manu, quod ex longiore interuallo fiat conuulſio, aut ob aliquam naturalem affinitatem. Inde apponenda cataplaſmata per attenuantia, ne manifeſtus aliquis calor appareat aſtringenda apponendo aliqua, id autem eſt ſuæ naturæ quod ſalis flos appellatur, idque cataplaſma mirificum eſt: Telis unc. 4. hordeaceæ, cardamomi ana. unc. ficuum pinguiũ. 31. periſterionis herbæ aridæ ℥. ficus irrigandi ſunt acerrimo aceto, & coquendi cum alijs iam diſciſſis. Inde rurſus coquendus fimus capræ cum cruda lyſi, coquendo in oxycrato cataplaſmata facito, habeat quoque, ſi uelis, ſalis florem calefacto cyprino, cum pauco aceto utere. In cataplaſmatis primo quidem ſimplicioribus, cuiuſmodi eſt ceræ. drachmas 32. tauri tantundem, nitri ℥. 3. rheſinæ terebinthinæ, agni ſemine, capparis radicis,

corticis

corticis ana. unc. ℥. coquendo, inflammatione in aridam duriciem incidēte ualidioribus utendum, ut superficies remollescat, ut est ex caprarum fimo, qui spirachi dicuntur, & citrino. Conferunt etiam duriciei, capparis cortex aceto eliquatus, & cataplasmata factus, qui sanè etiam potus ex aceto, uel oxymelle exhaurit crassos & tenaces humores. Est etiam salicis quoque cortex similiter illitus, centaurij quoque succus foris appositus, & potus, & lupinorum amarorum decoctio cum ruta & pipere pota, farinaq; ipsorum impacta per cataplasmata, necnon aqua in qua sæpe candens ferrum extinctum sit per se data cyathis. ℥. febricitãtibus, sine febri autem cum uino, & cũ aceto cyathus, uel laphati agrestis radicis cum scylla triobolus, uel dato acetum scyliticum uel oxymel & compositum, panacis radicis, ammoniaci, capparis radicis, corticis struthij, scyllæ tostæ internum æquis partibus ℨ. dato, facit etiam hoc asthmaticis & hydropicis. Epithema iecori superimpositum, leuans eius tumorem mirificè ex Alexandro & Tralliano. Cydoniatum: Tolle farinam ordei, fœnugræcum contusum æquis portionibus, omnia subige oleo rosaceo, & iecori superimpone, nardus
cum

cum aqua frigida pota, epaticis, & nephreticis & ictericis succurrit, laphatus cocta in aceto & apposita, spleni medetur.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.

SPlenis paßio duricies est sui, quæ in propatulo est sensui, quia facile potest tangi, unde fit ut non alia significatio necessaria sit, et cum splen magis magnificatur, multo plus corpus maceratur. Aliquando splenetici uomunt sanguinem choleræ nigræ pertinentem, & aliquando emittitur cum egestione, quandoq; eorum appetitus ad comestionem augmentatur, & aliquando pigritia totius corporis cum tristitia, & risus paruitate contingit ex sanguinis corruptione, & paruitate eius in eorum corporibus, unde Fledius Alexādrinus: Splen, inquit, est instrumentū risus, cuius actio est turbulentiā sanguinis trahere sibi. Cum autem uirtus deficit in turbulentiam trahendo sanguinis, remanet in sanguine clausa, & obscuritatē cum nigredine præstat, unde per totū corpus, obscurus uadit & melancholicus, & ideo color naturalis immutatur & niger efficitur. Cum autē splen trahat sanguinis turbulentiam, & feces clarificet sui subiecti, necesse est ut sit clarus, & temperatus, & per

totum

totum corpus dispergatur sanguis, cum huius temperamenti sit atq; clarificationis, animam non sollicitam & gaudentem reddit, quod Fledius intellexit, cum splenem esse instrumentum risus dixit. Si splenis paßio certificetur antequàm confortatior & durior sit, facilius fit in curatione, & obediens in medicamine, quod si neglexeris donec in oppilatione & apostema indurauerit, durus est ad curandum, & cum splen habet duriciem, medicari oportet cum cataplasmate & epithemate, et emplastris non solum exterius, sed fortis ad bibendum detur, quia splen medicinam accipit epate fortiorem & großiorem. Serapio: In splene quatuor sunt uirtutes sicut in epate. Vna est earum quæ attrahit sanguinem melancholicum ab epate. Et secunda uirtus digerens hunc sanguinem quo nutritur. Et tertia eius uirtus est, quæ expellit superfluitates melancholicas ad stomachum. Et quarta uirtus qua retinetur melancholia & sanguis grossus qui effunditur ad ipsum, donec recipiat digestionem. Dum ergo uirtutes istæ permanent remanentes secundum dispositionem suam naturalem, tunc corpus mundificatur à superfluitatibus melancholicis, sicut oportet & splen est sanum, nec est ægritudo in eo. Et quando debilitatur una earum, tunc nocumentum

ingredi-

ingreditur super operationem quæ completur per eam, quod est, quia si debilitatur uirtus attractiua quæ est in eo, tunc effunditur sunguis melancholicus ab epate ad totum corpus præter quod fit mundus, & propter illud denigratur color eius & accidit ab eo ictericia nigra. Et si debilitatur uirtus mutatiua quæ est in eo, tunc secundum quantitatem qua mutatur eius humor melancholicus qui effunditur ad ipsum, sunt accidentia in corpore. Quod est, quia si est decliuis ad acetositatem, facit accidere uirtutem appetitus cibi quando funditur ad os stomachi, & si aduritur facit accidere tristiciam melancholicam, & fortasse facit accidere subuersionem stomachi, & fortasse facit accidere accidentia alia multa, quando sunt ei dispositiones multæ. Virtus autem retentiua quæ est in eo quando debilitatur, tunc sequitur illud, euacuatio humoris melancholici indigesti, quandoq; per uomitum cum nausea, & quandoq; per solutionem uentris secundum declinationem superfluitatis & quantitatem eius. Apostemata autem quæ fiunt in splene, non sunt secũdum plurimũ nisi dura, lapidosa, propter großitudinem humoris qui uenit ad ipsum, & fortasse fit in ipso etiam phlegmon, quod est, quia in eo sunt arteriæ multæ continentes sanguinem calidum

lidum ualde. Et iam extenditur et coarctatur splẽ, & opprimitur etiam ex uentositate inflatiua quæ cõtinetur in eo. Et cognoscuntur apostemata facta in splene ex grauitate, quæ accidit in latere sinistro ubi est splen. Quod si apostema est phlegmõ, tunc accidit ebullitio & dolor ex tensione & grauitate. Et si apostema est melancholicum, est absq; ebullitione, & neq; est caliditas, neque dolor, imò accidit grauitas in duricie fixa. Communitas autem splenis ad epar in dolore quando dolet, facit accidere etiam sicut diximus ante. Et uentositas quæ inflat splenem, & apostemat ipsum & opprimit eum, cognoscitur in alia contrarietatum opprimentem tactum, per hoc quod apostema expellit tactum & tensionem uehementem absq, grauitate. Auicenna: Extenuatio splenis significat bonitatem humorũ, & pinguedo ipsius maliciam ipsorum. Et eius cura proxima est curationibus epatis, & indiget ut sint medicinæ fortiores & penetrabiliores eis. Plura igitur apostemata splenis sunt dura. Et spleneticus est ille qui habet duriciem in splene suo. Et cum scis quod causa in illo est oppilatio ex sanguine plurimo melancholico, oportet ut phlebotomes basilicam & saluatellam & dimittas saluatellam constringi per seipsam, cum constringitur

ante

ante casum uirtutis. Et omne lac præter lac camelarum est malum spleni. Et quando non cōferunt medicinæ, oportet ut ponantur uentosæ & scarificatio super ipsum. Et aqua ipsorum sit aqua ferrariorum, & omne in quo extinguitur ferrum ignitum multotiens. Rasis: Aegritudines splenis aut sunt debilitas eius ab attractione melancholiæ, aut magnitudo ipsius, & magnitudo eius, aut fit post febres, aut cum febre, aut sine febre, est autem ex apostemate duro uehementi, aut sine illo, aut est inflatio eius sola. Debilitatis autem eius ab attractione melancholiæ signa, sunt corruptio coloris, & conuersio eius ad nigredinem, & conturbatio albuginis oculorum cum casu appetitus. Et cura eius est positio uentosarum super splenem sine incisione uice una, & emplastretur cum medicamine confortante splenem altera, & fricatio, & commotio eius, & motio ipsius cum manu, & equitatio, & exercitium, & id genus alia.

Recentium autorum de hoc sententia.



Plen est membrū oblongū, spongiosum, porosum, cauernosum, in sinistra parte collocatum, à media parte stomachi usq; ad sini-

ad sinistram pelliculam epatis porrectum. Et ad magnitudiuem eius sequitur extenuatio corporis. Et eius extenuatio & paruitas, significat bonitatē complexionis. Ex magnitudine uero splenis multarum ægritudinum fit generatio, sicut hydropisis, phthysis, & omnium, febrium compositarum. Splenetici autem continuum patiuntur dolorem in sinistro latere, mœsticiam multotiens patiuntur propter uapores melancholicos uentriculos cordis ingrediētes. Craßi uero uel repleti maiorem dolorē sentiunt propter splenis repletionem. Splenetici autem colorem habēt fœdum, quia uel citrinum ad liuiditatē pertinentem, uel pallidum aut nigrum. Grauedinē patiuntur in tibijs propter descensum melancholiæ, ascensus montis eos grauat, quia eis deficit anhelitus. Appetitus autem in quibusdam confortatur, in quibusdam corrumpitur propter diuersitatem materiæ calidæ corrumpentis appetitum uel frigidæ confortantis. Spleneticis multotiens cōtingit uomitus, & euomunt choleram, quod est signum splenem ægrotare de causa calida, uel euomunt melācholiam acetosam, quæ cadēs super terram ebullit sicut acetum. Spleneticorum urina quanto subtilior tanto deterior, quia significat humorem compactum, quanto autem intensior & ma

gis substantiata, tanto melior, quia significat malas splenis humiditates cum urina currere, & malas splenis habitudines. Per talem autem urinam, splenis frequenter soluitur ægritudo, paßio autem splenis calida materialis uel sine materia sinistrum latus inflammat, sitim generat, linguæ ariditatem & coloris citrinitatem, casum appetitus, propter caliditatem replentem stomachum, frigiditas uero cõtraria cõsequitur, & addit multum rugitũ & acetosam eructuationem. In sicca uero paßiõe, multa est duricies, & sanguis grossus, & urina est subtilis. Paßio uero humida, molle uel lene efficit latus sinistrum, et humidum colorem cum paruitate sitis, abundãtia saliuæ. Splen positus est in obliquo, unde à medicina transeunte cito non immutatur, & fortiori indiget medicina quã epar, & propter sui remotionem à uijs medicinæ, & propter sui immobilitatem. Epar etiam nobile est membrum & substantiæ tenerioris. Phlebotomia de basilica multum ualet in causa materiali calida, & phlebotomia de saphenis in frigida paßione splenis, & etiam in calida de saluatella. Hæc autem cõmunes sunt curæ in oppilatione uel apostemate. Apostemata aũt generãtur de quatuor humoribus simpliciter, uel de eorũ cõmixtione. Raro autẽ de materia phlegmatica

gene-

generātur. Et inter paßiones splenis oppilatio est frequentior. Est autē differentia inter oppilationē & apostema, quia in oppilatione omnes cauernæ & pori sunt repleti absq; molesta extensione, & cōtinuitatis solutione. In apostemate uero materia est in uno loco aggregata uiolentia, uiolentam distentionem & solutionem cōtinuitatis faciens, qua apostemata splenis quandoq; sunt rotūda, quādoq; oblonga, quandoq; torturam habentia uel formam triangularem, quæ uisu & præcipue tactù discernitur, & signa materiæ prædictæ cognoscuntur. Malicia autem complexionis splenis absq; materia solum indiget alteratiuis, sed si sit cum materia ferè indiget omni medicamine, sicut in unctionibus, infusionibus, euaporationibus, fricationibus, & emplastris, digestiuis, euacuatiuis, uentosis, scarificatione, phlebotomia, cauterijs. Contra duriciem splenis cum aliquali caliditate epatis, regatur regimine conuenienti, & fiat syrupus iste: Recip. Tamarisci, medianæ corticum salicis, scolopendriæ, praßij hortulani, endiuiæ syluestris ana M. 1. radicum fœniculi, petroselini, apij, acori, corticum capparorum, passularum ana uncia 1. seminis portulacæ uncia s. chamædrios, chamæpythios ana unc. s. seminis fœniculi, anisi, endiuiæ ana

drach.2.prunorum numero quinq;, pulueris sacchari ℔.1.fiat syrupus parum acetosus, dosis unc. 1.s.usque ad 2.cum aqua calida. Sumpto syrupo purgetur cum pilulis de lapide lazuli secundum Mesue, & pilulis aggregatiuis secundum eundem ana ℈.2. Et facta purgatione quiescat aliquibus diebus, postea reconficiatur syrupus prædictus & addantur sibi ista: Recip. Polipodij, senæ ana unc. 2. eupatorij M. s. epithymi unc. 1. sacchari unc. 3. ponatur epithymum in fine decoctionis, & sumat unc. 2. mane cum aqua calida. De tertio in tertiũ, uel de quarto in quartum diem cum interuallo octo dierum sumat unc. s. diasene secundum Nicolaum, ex illo in quo intrat lapis armenus, & lapis lazuli, & si uidetur necessitas additionis pauci rheumbarbari fiat. Et in omnibus medicus ponderet uirtutem infirmi cum medicina, ne succumbat uirtus à forti pharmaco. A principio cum incipit sumere syrupum, incipiat ungere his duabus unctionibus ad partem splenis ieiuno stomacho bis in die, prima est hæc: Recip. Muscilaginis, seminis altheæ unc. 2. muscilaginis seminis fœnugræci, adipis gallinæ ana unc. s. olei chamæmil. unc. 2. olei amygdalarum dulcium, hyssopi humidæ ana unc. s. conquassentur omnia simul, & si expedit, inspissetur

cum

cum pauca cera citrina. Secundum unguentum est quod ponit Mesue in Cap. de pane porcino. Vtatur aqua extinctionis ferri, quam bibat post euacuationes factas. Et si expedit propter distemperantiam epatis ut epithemetur, illud cum santalis fiat, quod si hoc totum regimen et assiduatio, & iteratio eius non perducit ad sanitatem, intendatur regimini impinguatiuo cum electuarijs factis ex pineis, amygdalis, fisticis, & similibus, ut exhibitione lactis capreoli, nec (ut uult Gentilis) dubitetur de eo quod dicitur lac est malum spleni. Regimen autem impinguatiuum est notum. Quando autem duricies splenis est cum aliqua distemperantia epatis in calore, cura est difficilior, & si res prolongabitur suspicandum est de hydropisi, nisi præueniatur alia accidentali ægritudine. Cõfectio trochiscorum Alexandri ad duriciem splenis & eius oppilationem ab humoribus uiscosis et pinguibus: Recip. Seminis anisi, azari, semnis apij, absinthij, amygdalarum amararum ana, quod sufficit, fiat puluis, & postea trochisci fiant. Confectio leuis stomacho & splene dolentibus: Recip. Galangæ, cimini ana ℥.2. misceantur cum melle ros. ℥.10. & detur cochlear unum. Vnguentum ad splenem durum: Recip. Succi panis porcini, & succi qui emulgetur ex ra-

dicibus salicis ana ℔. 1. succi extremitatum tamarisci ℥. 2. olei yrini ℔. 2. hyssopi humidæ ℥. 3. acori ℥. 2. bdellij, armoniaci ana ℥. 1. s. ceræ citrinæ ℥. 6. fiat unguẽtum. Cura apostematum splenis ex cura oppilationum ipsius, & apostematum epatis innotescit. Curam ergo illorum prosequere secundum illorũ intentiones & modos. Et ex appropriatis in apostemate calido est alumen, in eo enim est incisio aliqua cum qualitate æquali, & stipticitas, & uirtus frigiditatis, quare oportet ut misceatur cum medicinis cinis eius apocrusticis, & resolutiuis. Et acetum etiam est ex illis, et aqua foliorum salicis, & aqua portulacæ, & capillorum ueneris humidi. Et sumere in potu de semine portulacæ ʒ. 1. cum aceto arnoglossæ exiccatæ & pulverizatæ, omni die cochlear unum, & alia quæ à proprietate operantur frigida.

De dolore intestinorum Colica & Iliaca. Cap. VI.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.



Colica paßio est ægritudo maximi cruciatus in uentre sub cingulo in intestino, quod dicitur colon. Supra aluum collocatur colon craßioris intestini pars, peruium est ac late

late fuſum cellulis plurimis inſinuatum, in quibus excrementa diutius immorantur. Indeq́; quandam recipiunt effigiem, catoceliam Græci uocant, ab aliquibus aluum etiam uocari ſcio, reni ſiniſtro inuolutus annectitur, unde nephreticis colicisq́; morbis dolores conſimiles ſentiuntur, abſtinentia tamen inter cæteras notas diſcernuntur, illos eleuat, hos aggrauat cibus. Deinde id inteſtinum lienem attingit, ſurſum uerſus ad dexteram ſtomachum ſcandit, huius ob id inteſtini noxius humor os ſtomachi afficit, & præcordia. Vnde lipothymia ſæpe concidunt ægri in ſela aluum deijcientes, nec ſine ratione id inteſtinum inter inferiora annumeratur. Serenus: Cum colon inuiſum morbi genus intima carpit, Mande galeritam uolucrem quàm nomine dicunt. Hic morbus cordapſos etiam dici ſolet, & cordios apud Celſum libro quarto. Iliaca paſſio, eſt morbus gracilioris inteſtini, ileos enim non ilios, inde ilioſi qui laborant eo morbo. Ilioſi uero dicuntur, qui iliorum dolore torquentur. Λαγωνόπονος etiam apud Græcos dicitur iliorum dolor. Ilia enim Græci λαγόνας appellant laborem uel dolorem. Remedia itaque Colicæ paſſioni ſunt adhibenda: Primum, quibus ex frigidis, & tenacibus, & craſſis humori

bus ſunt dolores excitati. Prouidẽdum ergo ne ue hementer incaleſcant. Nam ſi multum incaluerint huiuſmodi humores magis inflantur, quos interſcindere concoquereq; oportet medicaminibus minimè inflãtibus, attenuantibusq; ac arefacientibus citra nimiam calefactionem in morbi primordio. Ex aluo igitur ſtercus educendum, commodis ei morbo clyſteribus. Adhibendum oleum in quo coctum ſit cuminum, uel ruta cum adipe anſerina, uel gallinacea, uel ex radicibus agreſtis cucumeris excoctis, & myrrha, et blito, & oleo cucumerino, ac ſæpe oleo cõmuni iniecto, excernitur uitri faciem habens pituita, infeſtantemq; confeſtim dolorem placat, quod ſi ob doloris magnitudinem conſternentur, eſt balneum admouendum ex melle, cumino, nitro, rutæ ſemine arido, braßicæ caule probè feruefacto & ſalſore irrigato, aut braßicæ cinis melle ammixtus, anus autem illiniendus ſucco cyclamini cum melle & nitro, aut centaurio cum melle & nitro. Alexandri cura probat, ut parum umbilici exciſi ab infante cum naſcitur, argento, aut auro incluſum, ſale maceratum ne corrumpatur, qui geſtauerit morbi colici erit expers. Mirifice proſunt etiam cucurbitulæ circa umbilicum ad dolores auferendos. Caprinum epar ure, diſſolue, & da potan

dum

dum cum uino & proderit. Stercus lupi si fieri possit habens ossicula da feredum coxæ alligatum aut lumbis, ut neq; terram, neq; aquam attingat, & leuabitur dolor, ut Alexāder tradit. At Diogenes: Tere, inquit, in puluerem & cribella, da languēti ex aqua calidi dimidium cochlearium. Potiones autem sint absinthium, & cuminum æquis partibus, uel panacæ cum aqua, uel castorij, & anisi, & piperis ʒ. cum oximelle. Attenuata autem pituita catapotijs huiusmodi purgabimus: Aloë, euphorbio, coccognidio puro, scāmonio, æquis partibus dentur ʒ. 2. His autem congruit uictus calidior & aridior. Acutissimus tenuioris intestini morbus εἰλεός à Græcis appellatus, dolor est cum periculo, casum grauem secum ferens, eo nanq; detenti miseranda morte euocātur, stercore per os postremo euadente. Constat autem hic morbus cruditatibus & oppilationibus cum corrupta permanserint, & mortifera medicamina cladem q; afferūt intestinis frequenter inflammatis colica succedēte, affectione. Pueri igitur irrigationibus & cataplasmatis, iniectionibus & balneis, ut in colicis diximus, curandi. Adolescentes uero & puberes sanguine leuandi sunt, si minus, cucurbitulæ admouendæ sunt per totum uentriculum multæ & inanes, & ubi dolor

confricanda astringendaq́; sunt membra, efficacibus clysteribus quoq; utẽdum, & in oleum iniectionibus antidotis, & purgationibus omnibus, quibus & in colicis omnibus prætereq̃ qui acribus & uellicantibus uexantur colici, de quibus dictum humoribus, & si mirificè humores uellicãtes euomuerint, anethũ coctum, potumq́; detur, post potum panem in calidã aquam immissum, statim dato manducandum, cibos calidos, præterea non cohibentes nutrimentum, rhun, et cuminum terendo dato potãdum in oximelle cyathos sex. Qui in læthalem ileum lapsi fuerint, uomere cogito aquæ calidæ potione, inde oleo calido potionãdus, aut iure pingui quo adhuc euomant, post aliquot dies theriaca potionãdi, durante uero oppilatione scisso lacte cum pauco scammonio, uel aloê, aut purgante aliquo aluus deijcienda est.

Secundum Pœnos & Arabes.



Egritudines quæ accidunt in intestinis ex colica, non acidũt nisi aut ex apostematibus, quæ sunt in eis, aut ex humoribus acutis mordicatiuis secũdum aliquẽ modorum difficilis dissolutionis fixis in eis, aut ex uentositatibus großis uaporosis retentis in eis. Et accidentia communia quæ cõtinuantur in hac ægritudine &

renum,

renum, sunt nausea, uomitus, dolores, retentio magna naturæ, et uentositates, quarum uiæ sunt ut egrediatur superius & inferius, uerūtamen ista accidentia in hac ægritudine sunt uehementiora, & plus consecutiua quā ipsa sunt in dolore renum, & non figitur dolor in loco uno, sed permutatur permutatione. In dolore renum sunt debiliora, & sunt in loco uno. Vrina est etiam in principio ægritudinis clara, aquosa, deinde post illud fit crassa, & habet sedimen, & in fine fit in ea arenosum sedimen, & propriè quādo est dolor colicæ ex apostemate quod est phlegmon, tunc enim necessario sequitur ipsum febris, & dolor grauis, & sensus inflammationis, & sitis. Et sequuntur ista accidētia etiam illum qui habet hāc ægritudinem, propter humores mordicatiuos cum dolore mordicatiuo & siccitate in lingua, & sentit cum acuitate urinæ. Et si hæc ægritudo est propter phlegma grossum uitreum, aut uentositatem & inflationem, tunc accidens commune in ea est frigiditas inferiorum, & dolores chronici grossi propter humoris ipsius frigiditatem & tēsionem membrorū in quibus est cōtentus. Et propriè si est ex humore crasso uiscoso, tūc est cum grauitate tēsio Et si est ex uētositate uaporosa, & inflatione, tūc est tēsio absq; grauitate, et si

expellit

expellit natura fecem declaratur quod in ea sunt uentositates, & fortasse natat supra aquam, & similantur in substãtia sua stercori uaccino. Et ægritudo ileos accidit quando oppilantur intestina gracilia, aut ex apostemate, aut ex stercore duro, aut ex humiditate grossa & uiscosa. Constantinus siue Isaac: Causa colicæ paßiõis est septiformis. Prima, est cum augmentatur calor igneus & cholericus super stercus, unde & humiditas stercoris desiccatur, & induratur, ideoq; non egreditur. Secunda, cum cibus in sua essentia est siccus & stipticus egestionem exire prohibens. Tertia, est cum phlegma uiscosum intra illud augmentatur intestinum & inuiscatur, ut oppilet uias eius, & prohibeat exire stercus. Quarta, cum grossa uentositas in hoc intestino inuiscatur, uel causa frigidæ cõplexionis, uel ex defectione stomachi ad digerẽdum, uel epatis, uel ex cibo in sua essentia uẽtoso et inflatiuo. Quod si inueniat intestinum defectum, & ad hanc paßionem paratum, generat colicam paßionem propter constrictionem uentositatis in egestione stercoris. Quinta, cũ nascitur apostema in hoc intestino, prohibent exire stercus. Sexta, cum augmentãtur in uentre lumbrici & ascarides, qui inuiscati & intorti, stercora non permittunt exire, unde in colicam

eam incidunt paßionem. Septima, cum sensus intestini deficit, neq; nocumentum stercoris sentit, unde stercus in intestino remanens non exit. Multi antiquorum dixerunt hanc paßionem esse ex defectione in intestino expulsiuæ uirtutis, uel ex defectione sensus intestini, quia si expulsiua ad expellendum digestionem ab inferiori parte deficiat qualibet ex causa, uel sensus intestinorum lacertorum innatus exire non permittat, neq; ex utroq; latere intestinum opprimat, ut ad inferiora deponat, necesse est in ileon deueniat. Ileos uero dolor est intestinorũ, prohibens stercus exire ab inferiori parte, & aliquando cogens manere, cuius causa est bifaria, uel de calido apostemate in subtili intestino nascente, uel de humoribus frigidis großis et crudis inuiscatis. Accidentia sua inseparabilia, sunt uomitus spissus, omnia quæ bibit euomit, dolor est nimius, tortura in uentre superiori. Auicenna: Colica est integra intestinalis paßio dolorosa, cum qua difficilis fit exitus eius quod egreditur per naturam. Et colica quidem secundum ueritatem est nomen eius in quo est causa in intestinis großis, quod si est in intestinis gracilibus, tunc proprium nomen ei secundum scientiam ueram est ileos. Et malicia complexionis humidæ singularis non semper est causa

colicæ,

colicæ, nisi per accidēs, scilicet, quod sit calida, frigida & humida materialis. Et quando accidunt colica & ileos secundum semitam accidentis ægritudinum pestilentialium aduenientium, & perueniunt de regione ad regionem, & de homine ad hominem, & iam retulit illud quidam Medicus de antiquis, & dixit quod perueniebant quidam eorum ad epilepsiam quæ erat mortalis. Et plurimum quidem accidit colica à phlegmate crasso, deinde à uētositate forti facta et penetrāte in tunicis intestinorum, & uillis ipsorum propter solutionem cōtinuitatis ipsorum. Et colica quidem multotiens permutatur ad paralysim, & sanatur per eam, & similiter quandoq; sanatur per dolores iuncturarum, & quandoq; ad dolorem dorsi, & quandoq; ad melā-choliam & epilepsiam, & quandoq; ad hydropisim. Fortitudo doloris uomitus, post uomitum sudor frigidus, frigus extremitatum, singultus, post singultum turbatio rationis, spasmus, retentio eius quod egredi oportet saltem cum ingenio est res mortalis. Et dolor lapidis est paruus quasi sit acus, & colicus est magnus, scilicet, spacio. Et colicus incipit ab inferiori parte dextri lateris & tendit ad superiora sinistri, & quando confirmatur dilatatur in dextra & sinistra. Renalis uero incipit à superio-

ſuperioribus, & deſcendit paulatim, & eſt decliuior ad poſteriora. Renalis fit fortis in hora uacuitatis, & colicus alleuiatur in ea, & ſi fit fortis conſumitur aliquid. Colicus fit fortis ſubito, & lapidoſus paulatim, & fit fortis in fine ſuo, colicus ad partes mouetur plures, & renalis figitur. Clyſteria & exitus uentoſitatis & fecis alleuiant colicum, & non alleuiant renalem aliquo modo, de quo ſit curandum in pluribus diſpoſitionibus, & è conuerſo lapidem frangentes. Et ileos accidit ex omnibus cauſis ex quibus accidit colica, & quandoque accidit propter potationem ſpecierum uenenoſarum facientium ileos. Et deterior ileos eſt ille, in quo expellitur ſtercus ad ſuperiora, & nominatur fœtidus, deinde ille in quo eſt ſudor fœtidus, deinde ille in quo eſt anhelitus fœtidus, deinde ille in quo eſt eructuatio fœtida, deinde ille in quo eſt inferior uentoſitas fœtida. Signa ileos ſunt ut ſit dolor ſuper umbilicum, & non egrediatur aliquid omnino deſubtus, & non fiat iuuamentum magnum cum clyſteri, ſicut dicit Hippocrates, & quandoq; uomunt uermes & aſcarides in hac ægritudine. Cura ileos appropinquat curæ colicæ, uerũ eſt fortior, & illud quod bibitur eſt magis iuuatiuũ in eo, et eſt neceſſariũ clyſtere etiã.

Nam

Nam illud est adiutorium bonum, bibito, & æquale est siue præmittatur siue postponatur. Et phlebotomia magis hic est necessaria, nam si fuerit apostema non erit eius excusatio, et si fuerit dolor fortis ex quo timeatur apostema, oportebit uti ea, ex hac enim quandoq; accidit separatio humorū malorum in corpore, propter retentionem eorum à dolore. Curatur etiam cum uentosis plurimis positis in superioribus uentris. Rasis: Cōfectio pilularum soluentium colicam uelociter: Recip. Aloës ʒ.10. scammonij ʒ.2.s. interioris colochinthidis ʒ.3. tertiam, salis gemmæ ʒ.2. serapini ʒ.3. sebram tantundem, & sunt decem doses secundum Rasim. Cōfectio ad colicam frigidam: Recip. Cimini, anisi, ameos ana pugillum unum, bulliant bene et in colatura resoluantur penidiarū ʒ.5. & medullæ caßiæ fistulæ ʒ.6 & fundatur desuper oleum amygdalarum dulcium ʒ.3. Confectio medicaminis, quod datur cum dolor uehemens commouetur, & sedat dolorem quando timetur quod ægro superueniat syncopis propter uehementiam doloris: Recip. Zingiberis, macropiperis, styracis liquidæ, croci, seminis hyoscyami ana, castorij, apij ana partem s. fiat pilulæ sicut cicer, dosis ab aureo s. usq; ad aureū 1. Modus confectionis ad colicā mirabilis: Recip.

Cartami ʒ.

Cartami ℥.1. ferapini ℥.10. cõficiantur cum penidijs, dosis ℥.5. Cõfectio olei quo ungitur uenter et spargit uentositatẽ: Recip. Olei rutacei ℥.10. cum quo dissoluatur castorij ℥.2. euphorbij ℥.1. & fiat inunctio cum eo.

Ex traditione autorum recentium.

Colica uero quædam est mala & desperata, sicut illa in qua est uomitus cõtinuus, sudor frigidus, & frigiditas extremitatum, & multus singultus, & spasmus, & permixtio rationis, & omnimoda uentris cõstipatio. Hæc omnia sunt mortalia. Item si appareat pustula nigra sicut faba super uentrem, sequẽti die morietur. Significatio uero bona, dolor mutabilis, & euacuatio per uentrem aliquanta, et alleuiatio post suppositoria, uel clysteria, & priuatio signorũ malorum prænominatorum. Signa specialia diuersarum specierum colicæ partim sumuntur ab indicio patientis, sicut ab eo quod præcessit ad regimen, & iterũ à rebus naturalibus, & non naturalibus, & eorum quæ sunt cõtra naturam. Ileos similiter quædam incurabilis est, ut illa in qua est spasmus, uomitus continuus, singultus, & permixtio rationis. Item ileos in qua urina exit cum destillatione, mortalis est in

ſeptimo die, niſi ſoluatur per febrem ſuperuenien tem. Item ileos in qua eſt inferior uentoſitas multũ fœtida mala eſt, peior autẽ eſt illa in qua eructua-tio eſt fœtida, & in qua anhelitus eſt fœtidus, & illa peßima in qua ſtercus eſt fœtidum, & exit per ſuperiora. Cura autem colicæ præpoſteratur & permutatur propter uehemẽtiam doloris. Cura e-nim recta & ordinata in colica debet inchoari à re motione cauſæ antecedẽtis, p ſuppoſitoriũ uel cly-ſtere, & per medicinas laxatiuas ab interiori ſum ptas. In hoc tamen caſu aliquãdo compellimur in-choare ab accidentibus morbi, & non à cauſa miti gãdo nimium dolorẽ per ſaccellationes, embrocha tiones, epithemata, & quandoq; per narcotica, ſi-cut dicũt autores. Cura autẽ ileos curabilis multum eſt difficilis, fit ergo per inunctiones, epithemata, per phlebotomiã, & per fricationẽ extremitatum, & per medicinas laxatiuas, & per ſyrupos, et per clyſteria, & per alia quæ comedũtur & bibũtur. Eſt auẽ cura colicæ & iliacæ cõſimilis, ſicut morbi cõſimiles ſunt, ea tamen quæ bibũtur & per ſupe riora ſumũtur, magis ſunt propria in iliaca quã cly ſtere, ita tamen quod poſt aſſumpta per os mouẽtia materiam clyſtere adhibeatur, materia enim prius mota facilius cum clyſteri educitur. Item in ileon

multum

multum confert phlebotomia ab initio. Detur syrupi in causa calida, & oximel in frigida cum aqua multũ calida, postea fiat clystere. Item aqua ualde calida per se bibita, uel exterius per uesicã æneam applicata multũ ualet. Item in frigida multũ cõfert hierapicra. Cõtra colicam uentosam, & partim ex fece fiat tale enema: Recip. Oleorum aneti, spicæ ana ℥.3. olei liliorum alb. unc. 4. uitella ouorũ. 2. misce. Aliud: Recip. Olei chamæmilæ unc. 5. oleorũ anethi, liliorũ, sesami ana unc. 3. uitellũ oui 1. misce. Aliud: Recip. Decoctionis capitis castrati arietis ℥. 12. oleorũ spicæ, liliorũ alb. anethi, sesamini ana ℥.3. uitellũ oui 1. hierapicra ℥. s. misce et fiat clystere. Enema aliud: Recip. Vini albi uinosi ℥. 8. butyri ℥. 6. uitellos ouorũ 2. croci ℨ. s. misce dormiat sup uentrẽ compreßum. Si leniatur ex aliquo istorũ, postea fricetur suauiter locus doloris cum manu uersus dorsum. Dormiat multũ si potest. Lenitiuũ & mitigatiuũ doloris: Vitelli ouorũ sine albumine sumpti ante cibum cum modico croci, iuuat. Mitigatiuũ doloris, & resolutiuum: Recip. Aquæ chamæmilæ unc. 3. cinnamomi ℈. 1. croci grana 2. sacchari alb. ℥. s. misce et potetur stomacho ieiuno. Lenitiuũ doloris: Bibat olei communis unc. 6. stomacho ieiuno si non habet stomachi debilitatem. Solutiuum:

Recip. Hieræpicræ Galeni ʒ.3. caßiæ fistulæ ʒ.6. sebesten ʒ.2. aquarum rutæ, aneti ana, quod sufficit misce & fiat potio. Resolutiuum: Recip. Pulueris sem. rutæ ʒ.s. pulueris sem. carui ℈.2. aquæ fœniculi, uini albi aliqualiter uinosi, antiqui ℥.1. misce & potetur stomacho ieiuno. Euaporatiuum: Recip. Milij partes tres quod sufficit pro sacculo, salis partes 2. fufuris, florum chamæmilæ, florum anethi ana partem 1. misce & fiat sacculus & debite calidus loco dolenti appone. Confectio resolutiua: Recip. Specierum diacimini ℈.2 specierum dia galangæ ʒ.1. cinnamomi ℈.2. croci ℈. 1. sacchari albi unc. 6. misce & cum aqua rutæ & fœniculi ana quod sufficit, fiat confectio solida in morsellis trium ʒ. pro quolibet morsello. Fomentatio euaporatiua: Recip. Florum aneti M.1.s. florum chamæmilæ, meliloti ana M. 2. absinthij M.1.s. folij rutæ ana M.1. squinanti M.1.s. arthemisiæ M.1. eupatorij M.1.s. pulegij M.s. rorismarini M.1.s. calamēti, chamædrios, camæpythios ana M.s. radicis aristolochiæ rotundæ ℥. 1. sem. cartami ℥.s sem. iuniperi, fœnugræci ana ℥.1. sem. anisi, fœniculi, carui, ameos, sileris mōtani ana ʒ.3. Contundātur omnia grosso modo, deinde misce et bulliāt in sufficienti quātitate aquæ usq; ad consumptionē tertiæ partis

partis aquæ. Solutiuum facile: Recip. Brodij galli decrepiti ℥.8. polypodij quercini M.1. florũ anethi M.s. ſem. cartami contuſi ℥.s. ſalis ʒ.1. gallus prius optimè fuſticetur, deinde occidatur et euiſcetur, ultimo reliqua omnia in eius uentre includantur, & cum ipſis optimè decoquatur, cuius decoctionis ſumatur diæta, & fiat potio. Vnctio mitigatiua doloris, & reſolatiua doloris: Recip. Oleorum abſinthij, chamæmilæ ana ℥.1. oleorum ſpicæ, liliorum alborum ana ʒ.3. olei rutæ ℥.s. pulueris cinnamomi ʒ.1. pulueris ſileris montani, caßiæ ligneæ, ſpicæ ana ℈.1. ceræ quod ſufficit, miſce et cum modico aceti fiat unctio mollis. Suppoſitorium reſolutiuum uentoſitatis: Recip. Pulegij, ſpicæ ana ʒ.s. radicum yreos, radicum ariſtolochiæ rot. ana ℈. 2. ſem. apij, praßij ana ℈.1. ſem. rutæ ℈.2. ſem. ſileris montani, aniſi, fœniculi, carui, ameos ana ℈. 1. cinnamomi ℈.2. cimini ʒ.1. amygdalarum amararum ℥.s. bdellij ʒ.s. caßiæ ligneæ, ſtyracis ſiccæ aſſæ ana ℈.1. croci drach.s. ſalis communis drach. 1. mellis quantum ſufficit pro ſuppoſitorijs conficiendis. Syrupus cõferens colicæ & iliacæ phlegmaticæ & uentoſæ: Recip. Calamenti, origani, hyſſopi, ſampſuci ana M. 1. aniſi, fœniculi, ſiſeleos, carui, ſem. apij, raphani ana drach .s. radicis

enulæ ℥.s.yreos ʒ.3.meu,phu. anisi,acori ana ℥.
s. squinanti,sem.urticæ ana unc.s.florum rorisma-
rini,boraginis,buglossæ ana ℈.1.mellis communis
despumati ℔. 2.aceti scylitici unc. 4.in petia bul
liantur zingiberis, galangæ, gariophil. ana ʒ.2.
spicæ ʒ. 1. Et quandoque sufficit syrupus ex melle
scylitico cum geleniabin ana unc.1. cum aqua fœ-
niculi. Pilulæ de quatuor rebus expertissimæ: Rec.
Colochintidis,serapini,salis gēmæ,diagrydij cocti
ana partes æquales, terātur & cōficiantur cū suc-
co porri ana ʒ.1. Clystere benedictū pro nobilib.
cum suauitate educens phlegma & melancholiam,
& sanat colicā: Recip. Anisi triti,polypodij triti a-
na unc.2.s.bulliant cum aqua lactis caprarū ℔.5.
& dissolue hieræpicræ unc.1.mellis unc.2.salis ʒ.
1.s.olei uiol.℥.2 fac cum reiteratione si oportet.

De diarrhœa, dysenteria seu dysenterion, lienteria & uermibus. Cap. VII.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.



Iarrhœa iugis uētris cursus sine uomitu, liquida aluus, & sæpius q̄ ex cōsuetudine fertur, atq; interdum tolerabilis dolor est, interdum grauissimus, idq; peius est. Sed uno

uno die fluere aluum sæpe pro ualetudine, atq; etiam pluribus, dum febris absit & intra septimum diem id conquiescat. Purgatur enim corpus, & quod intus læsurum erat, utiliter effunditur, uerum spacium periculosum est. Proxima his inter intestinorum mala, tormina esse consueuerunt. Dysenterion Græcè uocitatur, Latinè uero tormen dicitur, & est intestinorum exulceratio, à δὺς quod malum significat, & ἔντερον, quod est intestinum. Tormen uel tormines masculini generis (ut ponit Nonius) à torquendo dicitur. Et ut Plinius inquit, mentastrum torminibus efficacißimum. Inde torminosi, & dysenterici qui patiuntur. Recentiores Medici accipiunt pro cruciatu uentris, sicut & Baptista Mantuanus de patientia, sed uix ita apud idoneos reperitur, sed ille ut hic, ita sæpe aliâs cum uulgo sentit de nominibus morborum. Intus intestina exulcerantur. Ex his cruor manat usq; modo cum stercore aliquo semper liquido, modo cum quibusdam squamosis excernitur. Interdum simul quædam carnosa descendunt, frequens deijciendi cupiditas, dolorq; in ano est. Lienteria Græcè, hoc est, intestinorum solutio latinè, λύω enim dissoluo ualet, ἔντερον, intestinum. Est autem morbus ubi cibus non perficitur & digeritur, sed incoctus

egeritur, inde lienterici qui aluini dicuntur. Lienteria est exire comesta, uel bibita in eadem qualitate qua sunt accepta. Galenus hanc paßionem diffiniuit dicens: Lienteria est digestionis ablatio, cum cibus in stomacho nullatenus mutetur in liquorem, nec in colorem, nec odorem. Et est lienteria duplex. Vna quidem in superficie intestina exulcerans, in multis dysenteriæ consimilis, ex alijs facta distillationibus. Altera uero quæ ob imbecillitatem cibum in uentre detinet, incoctaq́; egerit nutrimenta, leniaq́; exeunt incocta & humida uentre in totum distillante. In lientericis facile inconcoctus euadit cibus, eoq́; cœliacis distinguuntur. Est ergo uentri cataplasma adplicãdum: Lini seminis cum dactylis & echino, & bato cum oxymelle coctis, quod si inflatio affuerit misceantur cuminum, anethum, & ruta, ducta porrò distillatione pariter apponimus mala cytonia, alumen humidum, acatiam, hypocistida, cecidem, uel ex his aliqua, uel omnia. Cerata uero ex myrrha, uinoq́; aliquo astringẽte. Potus autem simplex: Arnoglosi semen, aut lapathi semen, malipunici cortices, uua arida, uel uuæ præmaturæ succus aridus. Præsentaneum uero remedium est: Lapathi agrestis semen uncia, arnoglosi seminis uncia, hypocistidis drach 6. gummi

uel

uel acatiæ tantundem. Sume contritis cytonijs co- ctionem facito, cumini, piperis, rhois, syriaces, balaustij ana ℥.2. corticis mali punici ℥. silphij ℥. uel aridi ℥. & potui infunde, uel misce oxymel mane, & in uespera myrti atri cochlearium & dimidiũ, anisi, rosarum aridarũ fac pastillos, et dato drach. 4. cum aqua. Theriaca quoq; ex uiperis præstans remedium est. Dysenteria uero, quæ à Latinis tormen appellatur, intestinorum exulceratio est, quãdoq; ex cessante tenesmo, uel uentris fractura quapiam, quandoq; inde est morbi principium ubi sunt uaria biliosa excremẽta, dein iuxta proportionem cruenta, & postremo purulenta cuiusmodi è morticinis effluere consueuerunt. At quæ ab atra bile tormina principium ducunt, læthalia sunt, quippe quæ cum exulceratione cancrum subesse indicant. Ex eo igitur quod effluit cum stercore ægritudinis causa dinoscitur, excernitur nanq; aliquãdo nigrior quàm esse consueuerit sanguis, iecore exceptum cibum non satis commodè concoquẽte, ac ob ipsius infirmitatem, uel uim extrariam sæpe è uentre excernitur quiddam simile eis, quæ ex ablutis recẽtibus eijcitur carnibus, ob hoc paßionem hanc uocitant dysenteriam. Communiter igitur utendum est remedijs, quibus in cœliacis alijsq; contra natu

ram utimur excretionibus, at proprie cōmoda erit lemnia sigillata, seu pota, seu abiecta, prius clystere facto ex mellicrato, inde salsor & portulacæ succus idoneus à dysentericis potus, ipsaq; portulaca cocta in oxycrato mansa, cōuenit etiam arnoglossum, & bati fructum ac folia, & altheæ radicis coctio. Hippuris ex aqua uel uino pota, eiusq; succus. Fluores etiam alui arefaciunt oua ex aceto, tosta et mansa. Nonnunq̄ autem (ut Celso placet) lumbrici occupant aluum, hiq; modo ex inferioribus partibus, modo fœdius ore redduntur. Atq; interdum latos eos, qui peiores sunt, interdū teretes uidemus. Si lati sunt, aqua potui dari debet, in qua lupinum, aut cortex mori decoctus sit, aut cui adiectum sit contritum, uel hyssopum, uel piperis acetabulum, scammonij paulum, uel etiam pridie cum multū allium ediderit, uomat. Posteroq; die malipunici tenues radiculas colligat quantum manu comprehēdet, easq; contusas in aquæ tribus sextarijs decoquat, donec tertia pars supersit. Huc adijciat nitri paulū & ieiunus bibat. Interpositis deinde tribus horis duas potiones sumat, aut aquæ, uel muriæ duræ sic adiectæ, tum desidat subiecta calida aqua in pelue. Si uero teretes sunt, qui pueros maximè exercent, & eadem dari possunt, & quædam leuiora, ul

ra, ut contritum ſemen urticæ, aut braßicæ, aut cu mini cum aqua, uel mentha, uel abſinthium decoctum, uel hyſſopum ex aqua mulſa, uel naſturcij ſemen cum aceto contritum. Ediſſe etiam & lupinũ, et allium prodeſt, uel maluæ oleum ſubter dediſſe.

Iuxta mentem Pœnorum & Arabum.

QVando autem euacuatio eſt ſupra conſuetudinem, tunc eſt aut propter grauitatem multitudinis eius quod recipitur ſupra ſtomachum, aut quoniam mordicat ſtomachũ acuitate ſua, et uadit propter illud ad expellēdum illud, aut propter uiſcoſitatem ciborum, & lubricitatem eorum, & propriè quando ambulat qui accipit ipſos ſucceßione ſuſceptionis eorum, aut ex debilitate eorum, quoniam cibaria ſunt diminuta, à neceßitate ſunt ſuperfluitates eorum diminutæ etiam, & ſi ſunt groſſa, pontica, tardatur in deſcenſione. Et non eſt tarditas euacuationis ſuperfluitatis, & anteceßio eius propter debilitatem ſtomachi & inteſtinorum tantum, ſed propter debilitatem lacertorũ qui ſunt ſuper ſtomachum, & pectus etiam. Et euacuationes cõtinue quidem fiunt, aut pro ter debilitatem, aut mordicationē. Scias quod

quod lubricitas ſtomachi non eſt niſi ægritudo uentris & inteſtinorum, quæ accidit ut lubricent comeſta uelociter propter quod alterentur penitus, nec qualitate ſua, nec ipſorum ſubſtantia. Cõſtantinus ſiue Iſaac: Lienteria naſcitur ex defectione uirtutis contentiuæ in ſtomacho, uel ex uulneribus in ſuperficie ſtomachi & inteſtinorum. Defectio contentiuæ eſt ex mala complexione ſtomacho dominante, uel inteſtinis. Hæc complexio ſi eſt perfecta & firmata ut exire nequeat, aliquando inter ſtomachum & inteſtina, humor proprius unde naſcitur eſt phlegma, patitur infirmus ſemper oxyremiam, id eſt, inſeparabile accidens, exit cibus ilicò cum ingreditur ſine ulla digeſtione uel expreßione uirtutis, uulnera in ſuperficie ſtomachi, uel inteſtinorũ. Cauſam habẽt, humores acutos, calidos, pũgitiuos, inſequentes contentiuam uirtutem uelociter antequàm digerere incipiat, hoc modo infirmus ſentit puncturam & ardorem, & niſi feſtinemus medicinam, in dyſenteriam mutatur. Hæc ſpecies lienteriæ nõ habet oxyremiam in principio, quæ ſi quandoq; appareat cibum morari in ſtomacho, tamdiu ibi eſſe ſignificat donec natura aliquantulum mutat, unde naturam intelligimus in ſuam actionẽ reuerſam. Sed cũ uideatur infirmus nihil tenere intra

ſtomachum

ſtomachum, unde hoc fiat inquirendū eſt, aut enim eſt ex defectione uirtutis contentiuæ in ſtomacho, uel inteſtinis, uel ex uulneribus. Si ex defectiõe uirtutis contentiuæ, uidendum eſt unde defectio ſit, aut ex mala complexione ſibi dominãte, aut de materia ibi coadunata. Si ſit ex materia coadunata, mundificãdi ſunt humores cum medicina quæ cum expreßione deponat. Si ex mala complexione ſit ſola, interrogemus infirmum utrum ardorem ſentiat intra ſtomachum & ſitim, & fumoſam eructuationem. Ex his enim intelligimus, quia ex incenſione caloris ſit. Si nõ ſenſerint & multũ comederint & parum digeſſerint, perpẽdimus quod ex frigore ſit, deinde medicanda ſunt contraria contrarijs. Dyſenteria eſt egeſtio ſanguinis cum excoriatiõe uel uulneratione ſui. Cauſa eius uel interior eſt, uel exterior. Interior, ſicut digeſtio, aliâs egeſtio cholerica, acuta, pungitiua, quam patitur infirmus cum per inteſtina cholera acuta tranſeat, perforãs & excorians, uel ex ſuo acumine uulnerans, uel ex ſalſi phlegmatis acumine, & ſua ſalſugine idem in inteſtino faciente, ſicut uidemus in uitrei actione, uel in uitreo phlegmate, uel aquoſa humidate. Exterior, ſicut de pharmacia, quæ ex uirtute ſua & acumine facit ſimile. Cum enim inteſtinum inueniat

defectum

defectum & discoopertum excoriat uelociter ipsum. Vniuersalis significatio dysenteriæ est tortura, & angustia, & egestio sanguinolenta mixta cum cholera rubea, uel cum re alia coagulata alba, & uiscosa in interiori quasi uestimentum intestini. Particularis significatio dysenteriæ est, cum hæc apparent in digestione: Si enim est cholerica, intelligimus esse ex cholera rubea. Si phlegmatica, cognoscitur esse ex phlegmate salso. Si exterior sit causa, ex inquisitione infirmi est intelligenda. Ascarides & lumbrici solent nasci in intestinis, qui uniuersaliter ad rem extra naturam pertinent, unde expelli oportet. Causa eorum est saturitatis multitudo, & indigestibilium ciborum acceptio, de quibus in intestinis crudi adunantur chimi, quibus cum calor dominetur excoquentur, & inde animalia illa generantur. Sunt qui dominantur in subtili intestino superiori, hi uocantur lumbrici, quia longi sunt, & quidam nascuntur in grosso intestino, quod est sub umbilico, & ascarides uocantur & cucurbitini. Qui hanc habent speciem, multum comedunt, & si non comedant, sentiunt puncturam, & incisionem sub umbilico, & in uentre. Sunt quidam nascentes in inferiori intestino, quod uicinum est ano, hi sunt uermes minuti,

minuti, qui si ibi remaneant ut crescant, patitur infirmus molestationem cæteris prioribus maiorem, sicut ablationem desiderij cibi, stuporem, mentis alienationem, febrem, & aliquando stridorem dentium in somno, maximè si non saturentur cibo, aliquando dormientes garriunt, & cum excitantur trementes surgunt, plurimi linguam emittunt ab ore, & quasi masticant cum nihil in ore habeant. Oportet ergo ut festinemus ad eos emittendos, quia si in uisceribus remaneant, corpus consumunt, membra emolliunt, neque expellentur nisi prius interficiantur. Auicenna: Scias quod omnis fluxus uentris, aut est ex cibarijs & cibis, aut aëre continente, aut ex membris. Et fluxus apostemosus sanior est quàm epaticus, & ille qui est ex debilitate, est susceptibilior curationis. Quæcunque autem excoriatio melancholica est, eueniens secundum semitam inceptionis, est mortalis. Et multotiens quidam perforantur intestina habētis ulcera, & moritur secundū plurimū. Inquit Hippocrates: Omnis fluxus uētris post ægritudines subito est malus, & significat mortem propinquam. Et singultus in fluxu uentris est significatio mala. Et fluxus stomachi sanguineus sine

dolore

dolore plurimo, & absq; nocumēto sequēte ipsum in appetitu & alijs, est saluus. Fluxus uentris prohibetur in quantum est fluxus, cum stipticitatem facientibus, & incrassantibus materias, & facientibus conglutinationem, quandoq; etiam necessaria sunt narcotica. Et quandoq; curatur fluxus uentris cum diureticis, & sudorem facientibus, & dilatantibus poros, & uomitum facientibus, omnia nanq; hæc mouēt materiam ad cōtrariam partem fluxus. Et scias quod dormire est ex rebus magis iuuantibus ei qui habet fluxum uentris. Et ex retinentibus fluxum est positio uentosarum super uentrem, & balneum, & fricatio. Et interdicatur eis uinum, si autem non fuerit excusatio propter uirtutem, tunc sit nigrum saporis stiptici & parum, & si expectauerint ut non bibant omnino, curatur per se. Oportet ut cum sciueris quod causa in ipso est oppilatio in epate et meseraicarum, ut intendat cum apertione oppilationis. Et scias quod adeps caprarum bonum est supra totum illud, quod aggregatur in clysteri ex glutinatiuis, est enim succurrens, & sedās mordicationem, & portat super locum ægritudinis uelociter. Scias quod clysteria pinguia, glutinatiua sedant dolorem eius qui habet ulcus in intestinis suis corrosiuum, sed non sanat. Et non cures in corrosi-

corrosione nisi de medicinis conferentibus corrosioni, licet quandoq; lędant & dolorem faciant, nõ tamen respiciatur ad id. Non oportet ut retineatur fluxus creticus cum non perducit ad timorem. Si tenesmon fuerit ab ulceribus & corrosione, non cibentur amaris, neq; salsis ualde, neq; acutis, neq; acetosis ualde, omnia enim ista faciunt egestionẽ mordicatiuam, dolorosam, aut excoriatiuam. Et scias quod frigus facit tenesmon in pluribus horis. Rasis: Excoriationis autem quæ fit in ano & est tenesmon signa sunt, frequentia assellationis paucæ, sicut sputum. Verbi gratia, cum dolore lędente prope anum, & illud cum quo egreditur egestio nõ est permixtum cum fece, & iuuantur habentes eã suppositione collyrij plusquàm reliquis curationibus. Confectio trochisci ad tenesmon experti: Recip. Seminis hyosciami, sem. aneti, sem. fœniculi ana ʒ. 5. ameos ʒ. 2. s. opij, ʒ. 3. seminis apij, ʒ. 1. fiant trochisci aurei unius detur. 1. & administretur cum non est caliditas.

Neotericorum super his sententia.

IN hoc loco agitur de triplici fluxu uentris, sicut de Diarrhœa, Liẽteria, et Dysenteria. Differentia autẽ ponitur inter diar

rhœam, lienteriam & dysenteriam, quia in diarrhœa est simplex fluxus humorum, ut ciborum sine uentris excoriatione, uel continuitatis solutione. In lienteria est egreßio ciborum indigestorum, nõdum in humores conuersorum. Dysenteria est fluxus humorum, sed cum excoriatione & continuitatis solutione. Diarrhœa uero de facili conuertitur in lienteriam & dysenteriam. Fit autem diarrhœa uel ex nimia repletione humorum, uel ex eorum nimia liquiditate, uel à nimia fluxibilitate, uel à nimia uasorum uel orificiorum largitate, uel à nimijs rheumatismis à capite, & ab alijs membris ad stomachum & intestina deriuatis, unde uiscera omnia & eorum orificia lenia & lubrica efficiuntur, unde continenda nequeunt retinere. Lienteria autem fit aut ex cibarijs, aut ex superflua humiditate, aut ex membris. Fit aliquando ex cibarijs nimis pinguibus & uiscosis, qui non tandiu non poßunt sustineri ut digerantur, sed talis lienteria cito recipit correctionem. Itẽ fit lienteria ex membris, id est, ex uitio membrorũ, ut quando lacerti qui sunt instrumenta uirtutis retentiuæ, sunt paralyticati, ex paralysi enim taliũ deficit retentiua. Item fit lienteria post dysenteriam propter abrasionem uillorum stomachi & intestinorum, & hæc est incurabilis. Item fit lienteria ex

uulne-

uulneribus intrinsecis stomachi et intestinorũ, quæ sunt ab humoribus acutis. Item fit lienteria ex defectu uirtutis retentiuæ, propter maliciam complexionis solum, & iterum fit propter phlegma uiscosum in uillis adhærens, unde omnia redduntur lubrica, & talis lienteria lubricitas stomachi & intestinorũ appellatur, propter phlegma uiscosum & lubricũ, & uillos stomachi replet, unde cibus lubricus non potest retineri donec immutetur. Signa autem lienteriæ incurabilis, habentur per dysenteriã præcedẽtem. Signa lienteriæ ex paralysi, habẽtur per insensibilitatem & frigiditatẽ. Signa lienteriæ ex uermibus habentur, quia dolor & mordicatio præceßit. Signa aũt lienteriæ ex uiscoso phlegmate, sumuntur ab egestionibus uiscosis phlegmaticis. Lienteria uero ex defectu uirtutis contentiuæ dignoscitur per hæc, & per priuationem aliorũ. Fluxus autem qui est cum sanie & sanguine, aut fit ex dubellati quæ erumpitur, & illud fit ex percußione, & prouenit aut subito plurimũ eius, aut paulatim, aut propter uenã ruptã, aut propter debilitatẽ epatis à digestione, aut propter excoriationẽ, & excoriatio fit in intestinis superioribus, aut inferiorib. aut in ano. Et excoriatio alia est mala, putrida, antiqua, & alia cũ qua nõ est putrefactio, & alia quæ fit à cholera, et

alia quæ fit à phlegmate salso, & alia quæ fit à cholera nigra, & de istis alia est in intestinis superioribus, et talia in inferioribus. Egestio sanguinis puri, fit propter solutionem continuitatis. Egestio uero sicut substantia carnis, causa est massa sanguinis coagulati & condensati. Et aliquando est fluxus uẽtris ex splene, aliquãdo à capite propter catarrhũ descendentem à cerebro ad stomachum, & appellatur cerebellaris. Aut fit fluxus à stomacho cum non est digestus cibus, aut fit à toto corpore, et quãdoq; ad bonum, quandoq; ad malum. Et aliquando dysenteria est epatica, aliquando ab intestinis cum rasione & dolore. Et aliquando fit propter meseraicas, propter malam dispositionem ipsarum. Et aliquando egestiones sunt chilosæ, & causa est debilitas attractiuæ, quæ est in epate, aut oppilatio uel apostema quæ sunt in sima epatis, uel in meseraicis, unde non potest chilus penetrare ad epar ut fluat chymus. Causæ uero aquosæ egestionis uel ablutiuæ uel lauatiuæ, est debilitas digestiuæ uel retentiuæ. Causa uero cholericæ egestionis, est multa cholera cum forti expulsiua. Causa uero uirulentæ egestionis, est fortis adustio humorum & corruptio, & quandoque ruptura apostematis, & iste fluxus aliquando est periodicus. Egestio uero nigra uel,

grossa,

grossa, uel subtilis est propter rupturam apostematis uenenosi, aut corrosiones, uel ulcera, aut sanguinis adustionem circa epar uel in uasis. Egestio melancholica est à splene, quando uidelicet oppilatio aperitur. Medicinæ simplices quæ ualent contra fluxum uentris. Primo, coagulum leporis uel hœdi sumatur drachma 1. cum uncia 1. aquæ plantaginis tepidæ. Secundo, theriaca recens propter opium, quæ si non recens reperiatur, sumatur de ipsa drach. 1. opij gran. 5. & misceatur cum aqua plantaginis tepida, uel uino grosso de torculari. Tertio sunt lentes excorticatæ, quia cum corticibus sunt laxatiuæ & fortißime bullitæ, & postea in patella assatæ cum pinguedine mutonis, & ministrare cum pauco aceto. Quarto, est sanguis mutonis fortiter decoctus sine sale & pinguedine, cum brodio mutonis. Quinto, est sanguis turturis antiquæ datus in potu cum uino grosso de torculari, & non coquatur sanguis. Sexto, est semen nasturcij integrum assatum in sartagine, ministratum cum lacte butyroso, in quo ferrum uel lapilli sint extincti. Item magna uentosa si patiens eam tolerare potest sine scarificatione, super umbilico. Item aliqui faciunt suffumigationes ab extra cum sella perforata, & fumus recipiatur per

anum cum aceto fortißimo, in quo proijciãtur pru næ igneæ, uel lateres antiqui igniti. Item electuariū ad idem: Recip. Corticum citri cum sacharo conditorum minutim incisorum, carnium citoniorum conditorum, conseruæ rosarum antiquæ ana ℥. s. cõseruæ buglossæ antiquæ ʒ. 3. interioris cinnamomi electi, florum chamæleõ ana. ʒ. 1. s. coralli albi et rub. fortißime abluti cum aquis exiccatiuis ana. ʒ. 2. sanguinis dracon. ℥. 2. s. santali albi & rub. coriandri præparati, acatiæ, hypocistidos ana ʒ. 1. sachari libra. s. aquæ buglossæ, succi citoniorum ana. unc. 2. fiat electuarium per bolos. Item potus aquæ prunellorum, & sorba & mespila comesta ante prandium mirabiliter astringũt. Item in tenesmone, quando patiens surgit de sella lauando pudibunda cum aqua frigida, & postea bombacem superponendo in eo quod sequitur: Recipe olei rosati antiqui unciam 1. uitelli ouorum fortiter conquassatorum duorum, opij puluerizati drach. 1. misce & tepefiãt, et hoc facto inungatur bombix bene carminata, quæ ponatur intra pudibunda quantum potest. Contra dysenteriam quæ sequuntur fiant. Clystere primo potest fieri tale: Recip. Aquæ decoctionis hordei torrefacti, quod sufficit pro decoctione herbarum infrascriptarum, foliorum plantaginis. M. 4. corrigiolæ

giolæ seu centinodiæ M.2. & uitellum oui numero. 1.olei ros. unc.3. gummi arabici drach.s. pinguedinis hirci unc.1. & fiat decoctio, cuius colaturæ: Recipe unc.15. reliquas uero medicinas adde, misce et fiat clystere. Istud clystere sibi imponat tepidum, stomacho ieiuno saltem semel in die. Iulep potabile delitiosum in dysenteria: Recipe uini granatorum unc.6. granorum ribes unc. 2. sumach unc. s. thamarindorum drach.3. margaritarum drach.2. syruporum de acetositate citri unc.7. rosarum ℥. 6. aquarum plantaginis partes 2. acetosæ partem. 1. aquæ cisternæ chalibeatæ partes 3. de his trib. simul quod sufficit ad omnium supradictorum decoctionem, & fiat iulep ut decet secũdum artẽ. Puluis ad idẽ: Recip. Coriandrorũ præparatorũ ℥.s. sem. plantaginis ʒ.2. corallorũ rub. sem. acetosæ ana ʒ. 1. pulueriʒẽtur subtiliter, deinde misce et aliquãdo capiat cũ crusta panis assata in principio prãdij & cœnæ, et post comedat bolos tres citonij optime decocti, bibat aquã cisternæ et chalibeatam, & ipsam aquã aliquãdo bibat mixtã cum tantundẽ uini nigri nõ multum uinosi. Solutiuũ facile uentrẽ stipticum relinquẽs: Recip. Micletæ ℥.s. rheũbar. torrefacti secũdũ canones ʒ.1. aquarũ plãtaginis partes 2. acetosæ partẽ. 1. de his aquis simul q. sufficit fiat potio

ut decet ſecundum artem. Iſtud aſſumat in aurora, & poſtea dormiat per duas horas, & poſtea ſtet ieiunus horis quatuor, & non ſumat lauatiuum aliquod. Poteſt etiam dari aliud remedium ſecundum tamen diſcretionẽ medici, ut: Recip. Abſinthij uiridis. M. 1. s. menthæ uiridis. M. s. maſtiches ℥. s. gariophilorum ʒ. 1. macis ℈. 2. calami aromatici ℥. 1. roſarum, florum labruſcæ ana. M. 1. ſumach, myrtilli ſimul bulliant in uino nigro & aqua fluuiali munda & clara, quod ſufficit pro fomentatione uſq; ad conſumptionem quartæ partis ipſius liquoris, deinde reliqua pulverizentur groſſo modo, ultimo ipſa pulverizata dictæ decoctioni addantur. Digeſtiuum humorum aqueorum, & choleræ ſimplicis, & aduſtæ, & phlegmatis ſalſi, fluxumq; intercipiens, aut aliqualiter ſiſtens: Recip. aquarum roſarum ℥. 12. acetoſæ ℥. 6 ſumach ℥. s. maſtiches ʒ. 1. ſpodij ʒ. s. ſumach, ſpodium & maſtix contundantur groſſo modo, deinde ſimul bulliant in ipſis aquis ad lentum ignem uſq; ad cõſumptionem quartæ partis ipſarum aquarum, & uſui reſerua. Syrupus contra dyſenteriam in gracilibus inteſtinis, et peruenit ad exeuntia epatica, & ad ſingultum prauum: Recip. Paſſularũ ℥. 2. liquiritiæ unc. 1. s. ſantalorum rub. abſinthij, radicũ fœniculi, petroſelini, ſeminis endiuiæ,

niæ, berberis, cinnamomi ana. unc. 1, rosarum, sem. anisi, squinãti ana. ʒ 2. spicæ ʒ. 1. rheumbarbari ℥. s. sachari ℥. 7. aquæ endiuiæ ℥. 3. fiat syrupus dosis unc. 1. s. in mane. Iulep ad fluxum uentris: Recipe aquæ endiuiæ, aquæ lupuli ana. ℥. 6. ponatur in infusione cinnamomi drach. 2. sachari ℥. 5. fiat iulep. Ad dysenteriam pueri lactentis cum febre. Recipe aquæ arnoglossæ ℥. 8. passularum torrefactarum ℥ s. seminis ros. ʒ. s. sachari taberzet unc. 6. fiat iulep. Ad idem in initio: Recipe olei omphacini, olei de citonijs, olei mastichini ana. unc. s. inũgatur stomachus. Clystere in excoriatione intestini recti quando esset ibi tenesmon: Recip. Thuris albi, sanguinis draconis, terræ sigillatæ, boli armeni, ana. ʒ. 1. croci ʒ. s. accipiatur ex istis pulueribus ℈. 2. & cum cyatho succi arnoglossæ & pauca aqua hordei, uel cum uno cyatho plantaginis fiat clystere bonum & expertum. Contra uermes & exitum ani: Recip. Succi absinthij quod sufficit ad infusionem infrascriptam, micæ panis in canone infrascripto, aloës epatici drach. 1. gentianæ drach. s. nigellæ ℈. 2. mastiches drach. s. lupinorum drach. 1. myrrhæ ʒ. s. coriandrorum præparatorum ʒ. 2. corallorũ rubeorum ℈. s. fellis tauri aut bouis ℈. 2. puluerizãda puluerizentur scorsum & differmiter ut decet

secundum canones, deinde in dictum succum absin thij infundantur, & ex dicto succo imbibatur mica panis grossitiei unius digiti & figuræ scutalis siue in modum scuti, postea ipsa mica panis taliter imbi bita aspergatur ex dicta mixtura pulueris in felle tauri aut bouis, ultimo mica taliter imbibita & a- spersa suauiter in uelo serico subtili & raro, &c. Clystere cõtra uermes: Recip. Lactis caprini ℥.12. mellis ℥.s. Vnctio: Recip. Oleorum masticbes unc. s. absinthij, amygdalarũ amararum ana. unc. 1. pul ueris aloës, absinthij, gentianæ ana. ʒ s. nigellæ ℈. 2. seminis portulacæ, coriandrorum, corallorũ ru- beorum ana. ʒ. s. fellis tauri ʒ. 1. baurach ʒ. s. ceræ quod sufficit pro unguento, puluerizanda pulueri- zentur, deinde omnia simul misce & fiat unguen- tũ. Pilulæ solutiuæ uermiũ et humorũ ipso ũ: Recip. Aloës ʒ 2. myrrhæ ʒ. 1. s. croci ʒ. s. rheũbarbari ℈. 2. corticum radicum capparorum, baurach, thymi ana ℈. 1. puluerizentur subtiliter, deinde omnia si mul misce, & cum syrupo de absinthio quod suffi- cit ad incorporandũ, reformentur pilulæ 8. pro. ʒ. Potus digestiuus: Recip. Agrimoniæ M. 2. radicis graminis. M. 1. siliginis unc. s. coriandrorum præ- paratorum ʒ. 2. sem. portulacæ ʒ. 1. misce, deinde omnia bulliant in sufficienti aqua ad consumptionẽ

tertiæ

tertiæ partis, deinde exprimantur & colaturã usui reserua. Puluis: Recip. Aloës, absinthij, ana ʒ.1. baurach. ℈.1. gentianæ ʒ s. calamenti, mastiches, nigellæ, menthæ, abrotani ana. ℈.2. coriandrorum præparatorum, corallorum rub. ana. ʒ.1. fellis tauri ʒ.2. succi cepæ unc. s. puluerizanda puluerizẽtur, deinde omnia simul misce, & semel aut bis in die inungatur stomachus ex oleo de absinthio calido, postea aspergatur ex isto puluere supra stomachum ʒ.s. Confectio: Recip. Diptami albi. ʒ.1. nigellæ ℈.1. seminis portulacæ ʒ.2. coriãdrorũ præparatorũ ℈.2. cornu cerui usti ʒ.1. sachari albi lib. 1. misce, & cum aquis agrimoniæ, gentianæ ana. quod sufficit fiat confectio solida in forma rotunda. Electuarium: Recip. Theriacæ antiquæ ʒ s. Emplastrum: Recipe radicis enulæ unc. 1. foliorũ uiridiũ absinthij, rutæ, menthæ, abrotani ana. M. 1. nucleorũ persicorũ, lupinorũ ana. ℥.s. baurach ʒ.1. thymi, nigellæ, gẽtianæ, aloës ana. ʒ 1. s. fellis tauri ʒ.3. cepæ ℥.1. coriãdrorũ præparatorũ, sumach, sem. portulacæ ana. ℈.2. olei absinthij, olei amygdalarũ amararũ ana. quod sufficit. Radices, herbæ, nuclei & cepæ contũdantur, & deinde sufficienter bulliant. Vltimo omnia cum reliquis incorporentur, & fiat emplastrũ ad lentum ignem.

De

De hęmorrhoidibus & ęgritudinibus ani. Cap. VIII.

Iuxta traditionem Græcorum & Latinorum.



Lui exitus anus dicitur ubi musculi sunt, quibus astringitur cum opus est, aut laxatur, inibi uenarum ora sunt tanquàm ex capitulis quibusdam surgentia, quæ sæpe tetrũ sanguinem fundũt, sicut è naribus, αἱμοῤῥοΐδας *Græci uocant, eo profluuio purgationis uice utũtur, nec ualde imbecilliores ob id fiunt, ideo importunè quidam curati, cum sanguinis exitum non haberent, inclinata in præcordia ac uiscera, dira illa materia, subitis ac grauißimis morbis correpti sunt, in eadem parte, quæ corona est & sedes dicta, condilomata innascũtur, tubercula quædam quæ nunc dura, nũc mollia, quæ ex inflammatione oriri solent, uerum si uetera iam indurucre, medicamentis causticis interdum aduruntur. Anus sicut et uulua procidit, quam sedis procidentiam uocamus uel sedem conuersam, quam stipticis retro agimus, ulcera eidem & fungi similiaq; innascũtur, quæ aduri solẽt. Mariscæ item & rhagades anum infestant cute circunfissa. Hos morbos (ait Alexander Benedictus) lasciua luxuriæ procacitas & æstuans libido facit, non sine naturæ & maiestatis diuinæ iniuria, & utriusq; lege calcata, uitio-*

ta, uitiorum inuentrix libido, quæ neglecta natura, diuerticula quæritat, hoc est genus humanum perdere. Anus multa tedijq; plena mala recipit, nec inter se multum abhorrentes curationes habet. Interq; uitium est, cum ora uenarum tanquàm ex capitulis quibusdam surgentia uidentur, quæ sæpe sanguinem fundunt, αἱμοῤῥοΐδας Græci uocant, atq; in quibusdam parum tutè supprimitur, qui sanguinis profluuio imbecilliores non fiunt. Habent enim purgationem hanc non morbum, ideoq; curati quidem cum sanguinis exitum non haberent, inclinata in præcordia ac uiscera materia, subitis et grauißimis morbis correpti sunt, si cui ergo nocet succurrendum. Hæmorrhoidum nimirum significatio nobis indicatur ex operatione, quæ ex deiectione, euacuationeq; fuit, ut multis utendum sit clysteribus, simul intestini superflua deijcientes, simulq; anum irritantes, conuersionem ad exeundum ex ano expeditiorem faciamus. Aegrotum itaq; supinum ad apertam lucem sistemus. Sic astrictione utemur, filum multipliciter obuolutum adhibentes laqueo, hæmorrhoida astringemus, unum modo erumpendi locum sanguini superfluo relinquentes, quod ita iubeat Hippocrates, post astrictionem oleo & uinculo usi eo loco commodo, oleo tepenti mellicra

toq;

toq; uentrem curabimus, postea in frigidantibus et croci cataplasmate utemur. Et post hæmorrhoidũ lapsum filum tollemus. Leonidas autem filo non utitur, sed uua agresti cohibens aliquandiu, hæmorrhoidas excisorio scalpro execat, post manus iniectionem, quam χειρουργίαν uocant Græci, manna, & amylo, & chalcitide, uel adusta spõgia cum pice curat. Vtendum alij aiunt pastillo ad absolutã adustionem. Condyloma tuberculum est, quod ex quadam inflammatione nasci solet, in anoq; intumescere, cum pluribus locis cutis exciditur rhagada, Græci uocant cõdyloma. Igitur inflammatione, uel rhagade antecedente est. Primum igitur exochia nuncupatur, cum autem callosum factum est, condyloma. Expedit ergo ut illa, ita hæc, mydio retenta, excisorio scalpro excindere, crustaq; enata curare, rhagadas porrò stercore maximè obduratas, & circa cicatricis ortum, quod calore euadentes diutius durent, recentes faciendæ sunt unguibus, uel scalpro dissecando, ac statim in cicatricem deducamus. Est autem aliud leuius omnibus proximis, quod tenesmon Græci uocant, id neq; acutis, neq, lõgis morbis annumerari debet, cum & facile tollatur, neq; unquàm (ut Celso placet) iugulet. In hoc æque atq;

in

in torminibus frequens desidendi cupiditas est, æque dolor ubi aliquid excernitur, descendũt autem pituitæ mucisq; similia, interdum etiam leuiter subcruenta. Sed his interponuntur nonnunquàm ex cibo quoq; recte coacta. Desiderare oportet in aqua calida, sæpiusq; ipsum manu nutrire. Cui plura medicamenta idonea sunt, butyrũ cum rosa, acatia ex aceto liquata. Emplastrum id quod τετραφάρμακον Græci uocant, rosa liquatum, alumen lana circundatũ & ita appositũ, eademq; ex inferiore parte indita, quæ torminum auxilia sunt, eadem uerbenæ decoctæ, ut interiores partes foueantur, alternis uero diebus aqua, alternis leue & austerum uinum bibendum est. Potio esse debet è gelida & frigida, propior ratio uictus talis qualem in tormine supra præcepimus.

Pœnos & Arabes nunc audiamus.

HAemorrhois est apertio oris illius uenæ quæ est in ano, unde sanguis effluit, sicut uidemus in multis sanis temporibus interpolatis. Causa huius, humores sunt grossi & uiscosi

uiscosi in intestinis, quos uirtus expulsiua expellit & à natibus eijcit, sicq; fit hæmorrhois apostema & uulnera. Aliquando hæmorrhois est propter acutos & pungitiuos humores de potione acuta, & forti, malos humores ad nates trahenti, & has passiones efficienti. Hæmorrhoides semper sequuntur ista accidentia: mutatio coloris in citrinitatem, & maximi si inueterascant, angustia in præcordijs, dolor dorsi, grauitas in coxis & cruribus, inflatio in lateribus. Quæ si sint ex grossis humoribus & uiscosis, nimiam gurgulationem & inflationem in uẽtre habent. Si ex acutis humoribus sit pruritus in natibus, & dolor, et tenesmus. Putat infirmus se debere egerere cum nihil habeat. Vniuersaliter ad me dicandum hæc infirmitas dura est. Passiones ani sicut hæmorrhois, apostema, uulnera & fissura nocent, & dolorem faciunt, nates infirmum exprimere cogentes, quasi ex quadam suauitate, unde exit anus, aliquando quoq; ægreditur ex mollitie lacerti uoluntarij. Ideoq; stercus infirmi sine uolũtate exit. Si ex depressione nascuntur, dolorem nimium faciunt. Auicenna: Scias quod ægritudines ani sunt difficiles ad sanandum, propter ea quæ aggregantur in eo, quoniam est callis, & quia est diuersum penetrans ab inferiori ad superius, & quia est uehemẽtis sen-

tis sensus, & quia est positus in inferiori. Hæmorrhoides diuiduntur in uerrucales & sunt deteriores alijs, & in uueas & morales, & in exterius natas, & profundas & sunt deteriores, & propriè illæ quæ tendunt ad partem uirgæ, quandoque enim stringunt urinam cum apostemate. Et plurimũ quidem generantur hæmorrhoides, ex melancholia et sanguine melancholico, & parum ex phlegmate et sunt quasi ipsæ sint uesicæ uentrium piscium. Et nõ est poßibile ut accidant hæmorrhoides, nisi aperiãtur orificia uenarum in ano. Et non oportet quod ex hæmorrhoidibus apertis currentibus sanguis currens retineatur, donec perueniat ad debilitatẽ et mollificationem genuum, & comprehensionem syncopis, & uideatur sanguis non niger. Et plurimis quidem habentibus hæmorrhoidas adest color proprius eis, & est citrinitas declinans ad uiriditatem. Oportet ut in inceptione eius rectificetur corpus, & euacuetur sanguis malus, ita ut phlebotometur saphena. Et uentosatio eius quod est inter utrasque spatulas confert ad eas, & ad humores melancholicos. Et earum curatio perducit quandoq; ad fistulas et ad rhagadias. Scias quod in sanguine q curit ab hæmorrhoidibus, & ex ano, est securitas ab herpete, estiomeno, mania, melancholia, epilepsia,

erysipila, milio, cancro, excoriatione, scabie, glabie, id est tinea, lepra, pleuresi, peripneumonia et cæteris huiusmodi. Et impendatur studium in lenificatione naturæ, ut non noceat duricies fecis ano, & magnificetur labor. Et quando retinetur sanguis ex eis qui consuetus est manare, timetur aliqua harum ægritudinum, & hydropisis & phthysis. Rasis: De ægritudinibus ani sunt hæmorrhoides & fistulæ, et inflatio uenarum, et mollificatio ani, et rhagadiæ, & uermes parui, & exitus ani cũ fit egestio. De hæmorrhoidibus aliæ sunt eminentes, aliæ profundæ. De eminentibus quædam sunt uerrucæ duræ, & quædam sunt molles, crudum emittentes humorem & nominantur morales, & quædã sunt humidæ sanguineæ. Confectio medicaminis eradicãtis hæmorrhoidas mirabiliter: Recip. Hyoscyami succi nigri aur. 2. succi hyoscyami albi aur. 4. aluminis iameni, calcadis, ana. aur. 2. affius aur. 1. cerusæ tãtundẽ, terãtur et misceãtur cũ cera dissoluta cũ oleo roß. & liniãtur super pannũ, & ponatur desuper.

Quid Neoterici de hoc morbo dicant.



Haemorrhois nomen est æquiuocum ad quinq; ramos uenæ chilis, qui terminantur in ano, & ad paßiones illorum ramorum

rum ſiue uenarum, ueruntamen ſæpe æſtimat aliquis habere hæmorrhoidas propter ſanguinis exitum ab ano & non habent, ſed habet ulcera in recto inteſtino interius uel exterius, uel in illis uenis quæ ſunt ſupra ipſum. Hæmorrhoidarum ſpecies tres ſunt, quædam ſunt ſimiles uerrucis oblongis, unde ab Auicenna dicuntur uerrucales, & iſtæ omnibus alijs deteriores ſunt, & iſtæ aliquando ſunt apibus ſimiles & longæ. Aliæ ſunt ſimiles uuis, et dicũtur uuæ, et ſunt cæteris leuiores. Aliæ ſunt moris ſimiles, & dicũtur morales. Item profundæ deteriores ſunt. Item quædam ſunt anteriores ex parte teſticulorũ, & ſunt ualde malæ, & quædam poſteriores, & ſunt minus malæ. Et fiunt hæmorrhoidæ quandoq; ui naturæ, quandoq; ui ſympthomatis. Si autem ui naturæ ſecundum periodos ut de menſe in menſem, quãdoq; ſemel in menſe, quãdoq; ſemel in anno, & maxime in autũno, quandoq; ſua grauitate deſcẽdit ad illas uenas inferius, quæ ſi nõ aperiẽtur dolor fit magnus, & ſi aperiãtur quod ſuperfluum eſt ſine dolore egreditur. Mollificatio ſiue paralyſis ani, aut eius egreſſus inuoluntarius, fit quandoq; propter caſus ſupra dorſum, et propter percuſſionẽ, unde lacerti rũpũtur uel deſiccãtur, quãdoq; uero ex nimia humiditate relaxãte, fit etiam ex reten-

tione ſuperfluitatũ, unde longa non paralyticatur, & fit inſenſibilis, fit etiam propter nimiam retentionem urinæ, quandoq; fit ex nimia compreßione & nimio conatu & appetitu egerendi, unde propter nimiã compreßionẽ exit anus. Poteſt etiã fieri propter apoſtema, unde anus expellitur ad exteriora, uel ex continua ſeßione ſuper lapides & ſuper ſedes frigidas ualde, undecunq; contingat paßio eſt multum doloroſa. Contra dolorẽ hæmorrhoidarũ cura, eſt ſuaue prouocatiuũ et aperitiuũ illarum, ut: Recip. Foliorum ficus et cum dorſo eius fricet eas, & hoc quando uniuerſaliter uolumus eas aperire ut ſanguinem educãt. Iſta utatur fricatione pluries cum hæmorrhoidæ tument & dolent, & ſanguinẽ quærit educere, uerum hanc præcedunt euacuationes debitæ ad hæmorrhoidas. Vnguentum mitigatiuum doloris earum ſi cum eis eſt ardor: Recip. Olei roſati, olei uiolarum, albuminis oui cum uitello, ceræ albæ fiat unguentum molle, inũgatur petia in dicto unguento, deinde ducatur circa candelam & imponatur, & ultimo extrahat petia remanente. Et ſi non ſentit ardorem tamen dolet, addatur modicũ croci. Si eſt ſine ardore, apponatur adeps anatis cũ ſubſtantia corpulenta, accepto fruſto longo aliqualiter filo alligato, & ſic integrũ ano apponatur dolore

lore infestante, & propriè si est sine dolore. Cõtra exuberantem fluxum hæmorrhoidarum: Recip. Myrobalanos chebulos, numero. 2. pulpas istorum comedat in aurora quatuor diebus continuis, in quib. exuberantem fluxum patitur, & post stet ieiunus horis quatuor, dormiat desuper per horam. Aliud medicamen efficacius: Recipe pilularnm de bdellio & à. 5. usq; ad. 7. sumat in aurora cum modico uini nigri. Quidam patiebatur fluxũ dictum, unde erat pallidus & dispositus ad hydropem, incepit sumere omni mane unum cyathũ aquæ distillationis chelidoniæ, in fritellis cum uitello oui & liberatus est. Ad dolorem earũ: Recip. Olei rosati, uiol. ana. ℥. 1 cerussæ ℥. s. camphoræ ʒ. 1. s. fiat unguentum. Puluis consolidatiuus hæmorrhoidarum: Recip. Aloës, thuris ana. pulueriz ẽtur & accipiatur tela aranea molendini & albumen oui conquassati, madefiat, deinde puluere aspergatur supradicto orificio hæmorrhoidarum à quo fluit sanguis, supponatur. De exitu ani. Confert eis sessio in aquis stipticis & inungantur cum oleo rosarum, & puluerizetur desuper medicamen stipticum, & infrigidentur. Medicaminis autem stiptici cõfectio: Recip. Charabæ, thus, balaustias, gallas, antimonium, acatiam, & alumen cribellata & simul puluerizẽtur & ano asper

gantur post inunctionem olei rosati, & quandoq; additur in ipso cerusa secundum mensuram unius illorum.

Finis libri quarti.

SIMPHORIANI CHAMPERII, DE *morbis particularibus,* Liber V.

De ægritudinibus renum & uesicæ. Cap. I.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.



ENES *membranulis integũtur, quibus sentiunt dum calculo laborãt, quia multi renes laborare uidentur. Duplices constituti sunt, ut æquale corporis libramentũ, Galeno autore, animalibus præstarent, ex superabundanti calore incontinentia & urinæ stillicidia sequuntur. In meatibusq; arenæ materia, ac calculi generantur. Vesica uero neruosa est, aliter uiris atque fœminis posita, nam in illis iuxta rectum intestinum potius in sinistram partem inclinata, in his supra ora genitalia constituta est, superq; elapsa ab ipsa uulua sustinetur.* Duo item meatus ab aorta uali-

ualidi & perpetui aduesicam procedunt, nullusq; à uena maiori huc tendit. Qui uero de cauo renum ueniunt, cum uena maiore continuatam nõ habent materiam, uesicæ uero ceruix carnosa est, musculis referta, quibus humor continetur atq; laxatur, cum opus est Incisa sola coalescit, reliqua pars coire nõ potest, quod ediuerso contigisse refert Aristoteles. In masculis urinæ uiæ longiores atque compreßiores, ad imum usque ad colem descendunt. In fœmineo uero sexu breuiores plenioresq;, communiq; demum uia, ad uuluæ ceruicem se ostendunt, quapropter mulieres calculis minus afficiuntur in uesica, præter calculos setarum ueluti quædam capillamenta non sine diro cruciatu innascuntur, ex mucosa equidem materia. Quibus modis extrahi lapides conueniat, ne si chirurgus loci errore læthaliter ægrotis uulnus inferat cultello, locus aperiendus indicandusq; modus est. Aliquibus quædam in uesica concrescunt, quæ nihilo à conchilijs specie differunt. Sed iam ad renum ægritudines transeamus. Commune est colicorum, & in renibus calculos habentium à principio cohiberi uentrem, & multum dolere, & appetitum amoueri suum, colicorum est in his extendi, nephreticorũ aũt minus, colicorũ potius in dextris ilibus dolorem habere,

& ad ſtomachum uſq; penetrare, & iecur et lienẽ, & ſtercus prorſus inhiberi, ut neq; in flatũ euadat. Cum uero neceſſario excernatur inflatũ ſit, & par ſtercori bubulo, & quãdoq; etiã uitioſum phlegma excernatur, & urinæ plus ac ipſa æditur pituitoſa. Dolentib. aũt ex renibus, in ipſis dolor hæret renib. quaſi perforantis paxilli uicem gerens, è regioneq; teſticulis dolet, rariuſcule educit excremẽtum. Clyſteribus autem omnino aluus inflata ſtercus ædit biliosum. Vrina uero pauca & harenoſa æditur, meatusq; urinæ obſtruitur, hæc ſunt in renibus calculorũ ſigna, in ætate pfecta genitorũ, at in ueſica calculorũ concretio pueris potius eſſe conſueuit. Horum autem ſigna ſunt: cruda urina, ac ſubalbicans, continue cum harenoſa hypoſtaſi. Intenduntur q; pudibunda, ſtranguleturq; urina. Materialis igitur cauſa ad calculos gignẽdos, eſt craſſus ac terreſtris humor. Effectrix uero flagrans renum calor, aut ueſicæ. Verum in renibus quæ calculos atterant, ſecẽtq; utendum medicaminibus, ne tamen admodum calefaciant. Sunt autem huiuſmodi: aſparagi radices et bati, utrunque exuſtum, & agreſtis radix, & adianthum & bdelliũ, lauriq; radicis cortex, et althææ ſemen, & ciceris nigri ius, ſpongiarumq; lapilli, & ſcilliticum acetum, & phu, & minij & carpeſia &

ſaxiphragia. Sion etiam manſum & potum, ſcolymiq; radix & eryſimũ, & prionites, lauacriſq; iugibus utendum, & poſt lauacrũ, eorũ quæ dicta ſunt, potent aliquid. Irrigationibus autem utendũ & cataplaſmatis, & calefactionibus diminuentibus & placabilibus ex colicis aſſumendo. Renum purgantia ſunt cuncta ſecantia, arnogloſsi radix, et folia et fructus arida, diſſoluta, pota. Aſparagus, myacintinus, pẽoniæ radix, cicerorum nigrorũ coctio, amygdala præſertim amara, eryngij radicis coctio, damaſonium, adianthum, apij ſemen, fœniculi, dauci, petroſelini, ameos, aniſi, leuiſtici, azari coctio, rhu, phu, iunci flos, ſeſelis, acori radix, agreſtis uitis lachryma, & cortex. Sanguis hircinus aridus. Opem autem ferunt hæc pota, poſtquàm pubeſcunt inflãmari. Impedit nanq; dureſcere calculoſq; gigni. Vrinam, ſeu lotium libet appellare, ueſica agit, acori coctio pota, azari, amaracinum oleũ, amygdala amara cũ uino dulci pota. Altheæ radicis coctio, hæmatitis lapis ſolutus cum uino potus, gallinarũ ſtercus aridum. Anchuſæ coctio, abrotani, aniſi ſemen, ſanguis hircinus aridus, atraphaxis ſemen, arthemiſiæ coctio, ariſtolochiæ coctio, brathys ſolutiſsimi ℥.i. cum hydromelle, non febricitantibus autem cum uino, balſami fructus, glandis coctio, bdellium,

bati semē, balaustia, bryoniæ radix, glycirrhizę, succus glichon, glycisides fructus, dictānum, draconti um, elates coctio, erythrodani coctio. Hæc non per mittunt gigni in uesica calculos, & craßitudines feculentias substantiasq; tales amouent, necnon impe tiginosas & ulcerosas affectiones medicantur. Cum plena urina fuerit uesica, nec poßit prouocari exprimiq; urina, apponimus genitalis membri glandi hæc: nitrum aqua dilutum, salsuginem, fel ciclaminum. Calculos tum renum, tum uesicæ purgantia, quæ eos quoq; confringunt: Cardamomum cum lauri radicis cortice potum, cyperum, amygdalinum oleum, paliuri semen, bdelliū, fœniculi radix, thus, oxy myrsinæ folia, fructus cerasorum, præcipue nu clei poti cum uino albo, pruna, apri uesica arida, litospermum, tecolithum, bethonica, amygdala amara, lapathi radicis coctio, tribuli uiridis coctio, adianthi coctio, uitis lachryma, saxiphragia, lapides qui in spongijs, electrum. Componātur autem potiones hoc modo: Rutæ agrestis, & maluæ agre stis & apij radices coquito cum uino, & humorem exprimito aquamq; ammisceto, datoq; cyathos. 2. Item balsami fructus, calculi qui in spongijs, glichonis, aridæ maluæ agrestis seminis æquas portiones secato, dato cum uino diluto cyathos duos, & arefa

ctum

ctum sanguinem hircinum, cicadas arefactas absque alis & pedibus ad excernendos calculos, plerunq; sanguinis iuuit detractio.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.

APostemata facta in renibus, sequitur dolor in locis uacuis, secundum hoc tamen quod si apostema est in substantia renũ carnosa, sentitur cum eo grauitas in loco, & si apostema est in panniculo continente eos, aut in concauitate ipsorum, aut in uijs urinæ quæ procedunt ex eis, tunc dolor est acutus, & sequitur illud quod infirmus non potest stare rectus, neq; ambulare. Et si est ibi motus uoluntarius, aut non uoluntarius, sicut sternutatio, aut alius ex illis quæ sunt eis similes tũc clamat infirmus, & conqueritur et non fit ei facile dormire super uentrem suum, imò plurimum quietis eius est ut sint accubitata & quieta ut non sint suspensa. Et propter id plurimum quietis eorũ est in resupinatione dorso suo. Et dolor qui accidit ex apostemate renum, quandoq; extenditur usq; ad epar, & quandoq; tenditur usq; ad anchas & uesicam & uirgam Et quando uesica apostematur, dolet cum ea uirga annexa collo eius, & non forsitan descen-

descensus huius doloris sentitur, & nocumentum eius ad hunc locum semper neq; frequenter, imò in tercisim, sparsim, & dolent cum ea etiam anchæ, et infrigidantur extremitates membrorum & propriè crurium & pedum. Vrina autem in principio fit subtilis, & aquosa & tingitur, & in fine rubet. Et quando apostemata renum sunt uehementia & uelocis lapideitatis, tunc ex eis sunt in quibus nō est omnino curatio, sed firmantur & prolongantur, et liquefaciunt corpus, & extenuant ipsum. Et apostemata ex quibus fiunt dolores in istis membris, nunquàm fiunt ex sanguine qui resudat in eis. Et ulcera quæ fiunt in mēbris urinæ, aut fiunt in renibus, aut in uesica, aut in uijs urinæ, & sequuntur ex accidentibus cōmunib. eis, ut currāt cum urina sanguis multus et sanies, et accidit, eis, difficultas urinæ, donec prohibetur id quod currit, si autē abscindatur illud quod currit, erit inter ista accidentia propriè differentia in situ & operatione, et speciebus solutionis uentris et uirtute. In situ quidē quoniam si ulcus est in renibus, est sensus doloris posterius in anchis & alcatin, & si ulcus est in uesica uersus duo emunctoria, tunc dolor sentitur anterius uersus pectinē, & si est in uijs urinæ tunc dolor est in medio. Et si dolorē sequitur difficultas urinæ & distillatio eius, tūc

ulcera-

ulceratio est in uesica, aut in uijs urinæ. Et si descensus urinæ est secundũ æqualitatẽ absq; læsione & sine difficultate, tunc ulcus est in renibus. Et si ulcus in renib. est, egrediũtur cũ urina laminæ et fila carnea, et urina est æqualis in grossitudine. Et si ulcus est in uesica, egrediuntur cum eo cortices similes pãniculis ex uesica cum urina fœtida, & ulcera quæ sunt in uesica sunt difficilis curationis, propter illud quod currit ex superfluitate aquosa, salsa semp. & illa quæ sunt in renib. sunt facilis curationis. Isaac: Apostemata in renib. fiũt ex humoribus ad ipsos descendentib. unde dolor in anchis sentitur, & rigor cum febrib. Iaceat ergo infirmus super sinistrũ latus si doleat in dextro, & è cõuerso. Si quis suspensos & graues sentit renes ex apostemate est, si nimiũ grauatur, sanies ibi colligitur, & cito aperitur, sanies & sanguis cum urina egrediũtur. Si apostema sit ex cholericis humoribus, nimia sitis & dolores maximi sequuntur, urina rubea, febris acuta. Sĩ ex frigidis humoribus, paruus dolor est in renibus, & febris lenis, & urina alba. Aliquando humores calidi & acuti descendunt ad renes, & inuiscantur in eis facientes uulnera ex acuminibus suis. Idem faciunt humores ad uesicam descendentes, medicina eorum est æqualis, & diæta similis. Et sanguinis

egres-

egreßio cum urina quatuor modis fit, uel de apertione uenæ epatis ruptæ, uel de apertione epatis solum, uel de incisione uenarum inter renes & uesicam. Et in renibus generatur lapis, & in uesica pariter duobus modis, ut si coquantur humores grossi & uiscosi ex calore igneo in renibus, in calorem extra naturam exeuntem, uel si in renibus nascantur uulnera unde sanies efficiatur, neque purgetur, sed remanens in renibus coagulatur lapisq; efficiatur. Plurimum iuuenibus lapides nascuntur in renibus, pueris in uesica, cuius collum in eis strictum est, prohibens materiam exire, unde lapis concreatur, & item uesica eorum calidior est. Maior causa lapidum in pueris est grossities urinæ naturaliter grossæ, & ex grossitie uiscosæ, quia calor eorum naturalis bene digerit & excoquit. Res autem uiscosa coagulatur magis & conglutinatur. In mulieribus uero raro nascitur, quia materia unde lapis concreatur, non adunatur multis ex causis in mulieribus, quia collum uesicæ earum curtum est, & foramina sunt larga, & non multum tortuosa sunt, & minus bibunt aquam quàm pueri, lapis enim maximè nascitur, quia aqua diuersa & turbida bibitur, ex qua humores grossi & uiscosi ad concreandum lapidem coadunatur.

Acciden-

Accidentia eius ſunt febris & anguſtia urinæ, dolor continuus, ſi in renibus & in anchis quaſi punctura acus intolerabilis ſentitur. Si in ueſica ſit, ſentitur dolor in pectine, prurigo in uirga, ita ut puer eam ſcalpere cogatur & tenere in manibus, et ſemper uirga erigitur. Paßionem diabeticam habēt etiam renes ex defectu contentiuæ uirtutis, unde ſemper ſitiunt infirmi, neq; aqua poſſunt ſaturari, quam & quantam bibunt, ſimiliter eam mingunt, ſicut uidemus in canino appetitu, quicquid enim comeditur cum ferre nequeat mouetur natura, et eijcit foras, ſimiliter cum contentiua in renibus deficiat nō poteſt retineri, quam habet aquoſa humiditas, neceſſe eſt ergo ad ueſicam effluat. Renes enim cum humiditate exinaniuntur et mouentur, et aquoſa humiditas de uenis ſibi attrahitur, ſanguis in uenis deſiccatur, humiditas ab epate cum appetitiua trahitur uirtute, et epar ſimiliter fugit à ſtomacho, ſicq; pars à parte ſibi ſumit donec perueniatur ad os ſtomachi ubi inde generatur ſitis, cum aquā biberit uenæ exeuntes epar à ſtomacho ſibi eam appetunt, et ſic uicina à uicinis quouſque peruenit ad renes, qui ex calore ſui cito trahunt ſibi, et ex defectione ſuæ contentiuæ expellunt eam ad ueſicam, & inde exit cum urina, unde fit ut aqua nequeat

queat ſatiari, neq; ceſſet ſitis. Et paßio eſt etiam ueſicæ in expellenda urina, antequàm multa coadunetur quantitas, appellatur guttata urina, quod duobus fit modis, uel quia ueſica qualitatem urinæ non potuit pati, quæ acuta & pungitiua, uel quia defecta ſit ut grauetur antequàm urina coadunetur, ſed quæ ex acumine qualitatis contingit urinæ, ſubſequitur ardor nimius, punctura ueſicæ, quod duobus fit modis, uel de paßione renum uel ſecundum criſim, in quam natura expellit materiam morbi, unde morbus fuerat & tranſit per renes & ueſicam. Et quidam ignoranter lectos commingunt non ſentientes, quod pueri plurimum patiũtur propter grauitatem ſomni, & multitudinẽ humiditatis, aliquando in maiori ætate contingit cum complexio ſit humida, maximè ſenioribus, quia ueſicæ eorũ molles ſunt propter humiditatem corporum. Et urina aliquando impeditur exire de ueſica uel renibus, ſed in iuuenib. plurimũ de renib. propter calorem complexionis ſuæ, pueris uero de ueſica ex inordinata diæta. Et hoc fit ut uult Raſis in libro diuiſionũ propter ægritudinem in emunctorijs, aut propter ægritudinem uirgæ, & ægritudo aut eſt lapis in meatu uirgæ, aut caro nata, aut oppilatio ſanguinis aut ſaniei. Signa itaque eius quod fit ex emunctorijs,

ctorijs, sunt: grauias in dorso, & repletio uesicæ ex urina, cuius cura est, sumere in potu medicinas quæ lapidē frāgunt. Et signa eius quæ fiūt ex oppilatione meatus uirgæ, sunt repletio uesicæ, et inflatio eius, tentio et chorda, grauitas quædā in pectine, & ancha cum dolore uehementi, et tentione superflua. Et fit aut propter lapidem obsessum, aut propter apostema, aut propter carnem natam, aut propter oppilationem sanguinis, aut saniei. Carnis autem ortæ signum est, quod fit secundum plurimum post ulcera accidentia in hoc meatu, & non prohibet totam urinam, sed modicum eius, & quādoq; est inceptio exitura similis uerrucæ in hoc meatu, quod ergo ex ea est in emūctorijs, curationem non habet. Oppilatio autem sanguinis & saniei, fit post mictum sanguinis & saniei. Apostematis autē in uesica signa sunt, febris ualde fortis caliditatis adustiua, & uehemētia doloris, & punctura in uesica. Et quandoq; fit difficultas urinæ ex lapide cadente in ore meatus non in meatu, & signum eius est, quod cum proieceris infirmum super dorsum suum, & leuaueris pedes ad superiora, & uehementer commoueris egredietur urina, & istud sine cessatione fiat, ita donec egrediatur lapis. Et quandoq; fit difficultas urinæ ex mollificatione la-

certi uesicæ, cuius signum est, quod habēs eam min git cum facilitate, quando super uesicam fit compreßio, & eius cura est iniūctio eius cum oleo nardino, costino, & castorio. Et quandoq; fit difficultas urinæ post uehementem retentionem urinæ, & signum est quod si fiat compreßio super uesicam, egreditur urina tunc. Et confert pluribus modis difficultatis urinæ introitus in aquam calidam, in qua decocta sunt folia caulium humida, & cartamum, fœnugræcum, & rubea tinctorum, & emplastra pecten & alchatin cum eis, & conferunt quidem medicinæ prouocantes cum uesica est uacua, & nocent uehementer cum est plena.

Ex traditione autorum recentium.

Renes parua sunt corpora, rotunda, rubea, plurima pinguedine inuoluta, in fine spinæ circa caudam, & super lumbos posita. In renibus adeò paruis accidit mala complexio, & statim extendit se ad lumbos. Sunt enim lumbi carnes illæ maculosæ, quæ spinæ adiacent à dextris & à sinistris ualde tenerrimæ & paßibiles. Practici large sumunt renes pro continente, id est, pro lumbis et renibus contentis. Renum autem paßio-

paßiones triplicis sunt generis, sed species diuersificantur, quia propter hoc quod fit morbus in renibus ex mala complexione cum materia, uel sine materia, & solutio continuitatis, fit in eis etiam officialis morbus ferè, & secundum omnes sui species. Oppilantur enim renes ex lapide uel humiditate. Magnificantur autem aliquando, uel constringuntur, uel paruificantur. In positione etiam possunt diuersificari, potest enim in renibus fieri corrosio, ulcus, uulnus, collectio saniei, scabies, & nimia amplitudo in uijs, uel constrictio, uel uirtutis corruptio, ut in dyabete, unde secundum hoc diuersa capita à Rasi, Auicenna, Isaac, & à Serapione constituuntur. Apostema uero in renibus fortiorem efficit dolorem, quia operatur solutionem continuitatis, & malam complexionem, quæ sunt duæ causæ doloris. Apostema etiam uesicæ fortem dolorem efficit circa renes, et pectinem, & circa anchas cum difficultate urinæ. In utroq; autem apostemate adest frigiditas extremitatum, & propriè crurium & pedum, urina in principio subtilis est & aquosa, sed in fine tingitur et rubet, quia nocumentum extēditur ad epar in statu apostematis, unde corrumpitur digestio in epate. Vlcera renum et corrosiões eorũ frequēter post apostemata malè

curata fiunt, uel quoniã ex sanie corrosiua sine apostemate, uel ex humoribus acutis, cholericis ad eos uenientibus. In sanie uero renum non est multus fœtor, sicut in sanie uesicæ, & propterea dolor in uesica acutior est magis descendens ad inferiora, sicut circa pectinem & peritonœum. Significatio autem talium ulcerum renum, est dolor cum grauitate, & mictus sanguinis saniosi cum forti commixtione, quia ab ulceribus uesicæ exit sanguis & sanies non fortiter cõmixta, sed quasi separata. Exitus autem sanguinis aliquando fit à sima, & per intestina & egestiones, & aliquando fit cum urina, nec differunt nisi loco, quia si causæ sint ex parte simæ, tunc exit sanguis cum egestione, si autem ex parte gibbi, cum urina. Renes etiam & uesica communicãt in lapidis generatione, non autem in istis solis sed in pulmone, & in qualibet corporis concauitate generatur lapis, sicut dicit Galenus in de interioribus, quia fatetur se aliquem uidisse à pulmone lapidem eijcientem, uel excreantem. Generatur autem lapis ex duobus, scilicet, ex materia patiente, & causa agente cooperante dispositione loci. Materia autem est uiscosa similis uel phlegmati, uel sanguini, saniosa, grossa, uel uiscosa phlegmatis melãcholiæ, uel sanguinis saniosi, quod est raro

secun-

secundũ Auicennã: Angustia meatuũ ad hoc etiam operatur. Alia est paßio renũ, quæ tria habet nomina apud Serapionẽ: Dicitur enim dyatos, id est, siti re faciẽs. Dicitur dyabeten, quod interpretatur penetratio. Dicitur samida, id est, perforatio. Hoc autem prouenit ex debilitate uirtutis retentiuæ in renibus, est enim uirtus attractiua. Attrahit enim humiditates à toto corpore ad ipsos renes, aggrauatur retentiua ex multitudine eius quod attrahitur, non figitur ergo, sed succumbit propter pondus attractorum, unde uincit super illam expulsiua, et expellit ad uesicam à renibus totum illud unde renes exiccãtur, & ex siccitate renum calor magis intenditur, calor enim renum magis efficiens est mala complexio renum, aut est absq; materia quæ retentiuam debilitat, & attractiuam confortat primo loco, & inde expulsiuæ fortitudo sequitur, unde humiditates corporis liquefiũt. Hæ autem paßiones lubricitati intestinorum comparãtur in uelocitate euacuationis, & desiderij intentione, quia caninus appetitus dicitur, sicut enim cibi accepti uelociter egrediuntur per intestina, retẽtiua et digestiua superatis, sic est hic, quia quod aliunde bibitur auidius attrahitur, et attractum euacuatur, neq; hic, neq; ibi accepta immutãtur. Differẽtia est tamen in hoc

quod caninus appetitus est ex paßione uentris & totius corporis, dyabetes uero ex sola renum paßione. Item appetitus caninus attrahit cibos tantum, sed dyabetes non desiderat nisi potum. Et in canino appetitu adest lubricitas intestinorũ, hic autem est lubricitas uesicæ per urinam. Nocumẽtum in emißione urinæ, ut ex prædictis patet, aliquando fit ex superfluitate sui exitus, ut in dyabete, aliquando ex inordinato exitu & inuoluntario, aliquando ex totali retentione uel eius diminutione, non tamen omnis diminutio est nociua, quoniam aliquando diminuitur urina secundũ cursum naturæ, ut in nimio fluxu uẽtris, uel in sudore copioso, ut dicit Isaac in urinis, quia una euacuatio aliam diminuit, unde Hippocrates in Aphorismis: Vrina multa facta nocte modicum secessum &c. Sed ad curationem renum primo ueniendum. Et contra ipsorum caliditatem fient hæc remedia. Solutiuum facilitatiuum: Recip. Thamarindorum, caßiæ electæ ana unc. 1. succi uiolarum recentium & in conserua sacchari ʒ. 2. succi rosarum ʒ. 1. s. myrobalanorum chebulorum puluerizatorum ℈. 1. tragachanti, sacchari candi ana ʒ. 2. iulep uiolati, aquæ endiuiæ ana quod sufficit pro dissolutiõe casiæ, & thamarindi minutim incisi dissoluẽtur cum dictis iulep, & aqua sufficienti ipsis

ipſis remanentibus in forma electuarij, ultimo reliquã omnia addãtur, fiat electuarium. Vnctio pro renibus: Recip. Oleorum nenupharis unc. 5. roſati & uiol. ana unc. 2. tragachanti, & gummi arabici ana ℈. s. ſeminum 4. minorum frigidorum communium, uidelicet, lactucæ, portulacæ, endiuiæ, plantaginis ana ℈. 1. raſuræ eboris, ſantalorũ rubeorum ℈. s. ceræ albißimæ quod ſufficit, fiat unctio mollis pro renibus. Si congruit, efficatius priori: Recip. Vnguenti ſupraſcripti unc. 1. s. muſcilaginis pſylij unc. s. miſce. Si iterum efficatius adde camphoræ grana 6. Si uero adhuc efficatius conuenit remedium ſuper loco renum, ex directo ponat unam laminam plumbeam latitudinis quatuor digitorum, & longitudinis ſaltem ſex, & großitiei ſaltem unius coſtæ cultelli conuenientis ad incidendum panem, perforatam pluribus foraminibus latitudinis partis großioris unius acus ſubtilis, ſeu conuenientis ad ſuendum, hanc teneat ſuper renibus ſecundum neceßitatem. Doloris mitigatiuum, lapidis comminutiuum, cauſarum dolorum & materierum omnium eductiuum, uentoſitatisq; reſolutiuum & eductiuum: Recip. Oleorum liliorum alliorum unc. 4. ſpicæ unc. 3. anethi unc. 5. chamæmilæ unc. 4. uitellos ouorum numero 2. pulueris cinnamomi ʒ. 2.

croci ʒ.s. pulueris sacchari unc. 1. salis communis ʒ.2. misce fiat clystere. Istud clystere calidum debitè imponat dolore ipsum uexante, aut dum uexationi ex dolore proximus est. Solutiuum proprium: Recip. Caßiæ fistulæ unc. 1. benedictæ ʒ.2. electuarij Indi ʒ.1. aquarum asparagorum, scolopẽdriæ ana, quod sufficit pro potione, misce & fiat potio. Istud solutiuum assumat debitè calidum in aurora, & cum custodia. Doloris mitigatiuum, & lapidis comminutiuum: Recip. Parietariæ M.4. pulegij, chamædrios, calamẽti, senationum, sauinæ, chamæpythios, abrotani ana M.s. radicis altheæ frustatim incisarum unc. 1. sem. lini, fœnugræci, cartami ana unc. s. anisi, fœniculi, ameos, carui ana ʒ.2. florum chamæmilæ, meliloti, alchechengi ana M.1. semina contundantur grosso modo, deinde omnia simul bulliant in sufficienti quantitate aquæ fluuialis usq; ad consumptionem medietatis aquæ, postea optimè exprimantur, & colentur, cuius colaturæ: Recip. Vnc. 15. uel 12. olerum liliorum alborum, anethi, spicæ ana unc. 2. caßiæ fistulæ unc. 1. benedictæ simplicis, sacchari rub. ana unc. s. uitellos oui numero 2. salis communis ʒ.2. misce & fiat clystere. Item: Recip. Diacinnamomi unc. 1. assumat aliquibus diebus unum morsellũ ieiuno stomacho.

Aliud

Aliud dolorum mitigatiuum: Recip. Spongias 2. grosſiorum trium digitorum & latitudinis proportionalis loco dolenti, & ex decoctione praecedenti, fiat fomentatio cum ſpongia ſecundum canones quacunq; hora dolore uexante, praeterquàm renibus dolẽtibus, quibus haec fomẽtatio non fiat. Simplicia quae calculum comminuũt ſingularia, libet ſub ordine quodam deſcribere: Et ab herbis principium ſumam, ex quibus eſt ruta agreſtis, carduus, pulegium, abrotanum, arthemiſia, apium ſylueſtre, calamentum, abſinthium, extremitates uitis albae, chamaemila, capillorum ueneris, polytricum, ſenationes, parietaria, pẽtaphilon, malua, polium montanum, ſauina, urtica, ſerpillum, hypericum, uſneae, gallitrichõ, tribulus, ſcolopendria, aſparagi, ſiſymbrium, cichoriũ, cotula, uerbena, bethonica, trifolium, creſpula, ſeu herba cãcri, folia raphani, matricaria, aliqui autem arthemiſiam pro matricaria ſuis in receptis ponunt, ſed falluntur in hoc. Harum autẽ herbarum uſus talis erit: Recip. Decoctionem ex qua libuerit cum uino uel aqua ab ℥. 1. uſq; ad quatuor, et ſit tibi doſis, ſublimẽtur quoque & fiat ex his aqua, cuius eadem ſit doſis, uel ex his in umbra deſiccatis fiat puluis, cuius à ʒ. 1. uſq; ad 2. cum uino albo dabis ſolum, ſcilicet, aut cum

uino, uel alio liquore ut libuerit. Et inter ista succus maximè cõmendatur, ut sunt folia raphani, & maximè syluestris, folia similiter cardui comestibilis, & istarum duarum succus cæteros excedit, fit itẽ ex gallitricho, tribulo, pulegio, folijs uitis albæ, & saxiphragia, urtica, cretano marino et pollitricho, asparagi leniter cocti mãducentur. Senationes uero ex aceto, oleo, & sale condiuntur, ac cretani quoq; marini, & de his tribus ferculum aliquãdo. Ex seminibus cõueniunt puluis seminis cardui, & semen maluæ, carui, dauci, semen genestæ, nigella, semen porri, sinapis, milium solis, semen asparagi, & tribuli, canapis, cyperi, raphani, anisi, cardamomi, fœniculi, citrulli, cucumeris, melonis, & cucurbitæ. Ex istorum parte maiori fit decoctio, cuius usus in casu nostro, & in omni calculo & arenulis renum est utilis. Et super omnia nigra cicera commendantur, de quibus fit communiter decoctio, iusculum quoq; laudatur. Potes tamen puluerem ex aliquibus facere si uis, ut est semen maluæ, anisi, cardamomi, cyperi, fœniculi, raphani, carui, dauci, genestæ, nigellæ, porri, sinapis, milij solis, asparagi, & tribuli, & talis puluis cũ uino aut decoctione rubeorũ cicerũ, seu aqua mellis cõmuniter datur, & sit dosis à ʒ. s. usque ad ʒ. i. s. Ex radicibus

laudan

laudātur infrascriptæ, ut radix cardui, tamarisci, xylobalsami, citrulli, thymi, tribuli, costi, pentaphi lon, capparis, yringi, cortices radicis lauri, radix saxiphragiæ, cyperi, rad. caulis, radix apij agrestis, uerbenæ, lapatij, fœniculi, graminis, asparagi, raphani agrestis & tenelli, altheæ & acori. In istorum quoq; numero scyllā, atq; scordeon ponere libet, & acetum scyllæ, et oxymel maximè commendātur, & ex istis decoctionem in uino uel aqua potes facere, uel eas sublima et q̄ maximè radices cardui, & tā de decoctione q̄ de aqua sublimationis ab ℥.2. ad 4. dabis. Valet & ipsarū succus cum uino potui datus, uel fiat puluis qui cum uino subtili, aut quo sorbili dari potest. Et inter cæteros laudatur puluis corticis rad. lauri, costi, saxiphragiæ, cyperi, yringi, capparis & acori, ac cinis radicis caulium, istorum autem dosis sit à ʒ.s. usque ad 1. & sic de cæteris potest uti. Ex fructibus conueniunt ossa cerasorum syluestrium, ex quibus subtilißimè contritis fit lac, cuius unc. 4. stomacho uacuo datæ maximè prosunt. Conueniunt oliuæ cum aqua & sale conditæ, ut mos est apud montem Pessulanum. Conueniunt melones, fistici, ac pineæ, amygdalæ amaræ cum rob subtilißimè terantur, & potui in ieiuno dentur, & aliqui ipsorum oleum cum modico

pulueris

pulueris ireos potui quoque tribuunt, puluis bac-
carum lauri, lac ficus cum aqua bibitum, ac ficus
ipsæ comestæ, & trochisci quoq; ex succo pomo-
rum, aristolochiæ rotundæ facti. Item trochisci se-
ptem, qui ex granis septuaginta piperis fiunt, quo
rum unum omni die patienti tuo cum aqua mellis
stomacho uacuo dare, efficacißimũ compertum est
apud Auicennam. Ex gummis ualet gumma pomo
rum, amygdalarum, gumma pini, gũma uitis, gum-
ma cerasorum. Valet serapinũ ac bdellium, et istæ
gummæ cum uino dissolutæ, uel in puluerem subti-
lem redactæ, potui stomacho ieiuno dentur. Ex fo
lijs seu lignis, uel corticibus arborum, ualent folia
amygdalarum amararum, quoquo modo dederis,
seu in decoctione aut in puluere, ualet & decoctio
foliorum rubi, & lac foliorum fici. Ex oleis conue-
niunt balsaminum, cuius dosis sint guttæ quatuor
cum uino maluatico, uel consimili dissolutæ. Valet
oleum de sauina, de piperibus, amygdalarum ama
rarum, & benedictũ seu de lateribus, & si ex his
fit inunctio, aut per syringam iniectio ualet. Item
oleum de granis citri, cerasorum ac citrãgulorum,
tam inunctum, scilicet, quàm bibitum. Ex minera-
libus conueniunt lapis Iudaicus, coralli, lapis Hæ-
matitis, lapis renum, seu quod ab humana uesica
per

per incisionem extrahitur, et lapides qui inueniun tur in epate apri, lapilli uentrium gallinarum, uel palumborum, ac lapis spongiæ. Et inter mineralia multi nitrum enumerant, quod (ut inquit Auicenna) est inter lapides sicut stultus inter homines, & talia debent subtilißimè teri. Et aliqui ponũt quod isti lapides debent super cote confricari, dehinc uero cum uino, aut decoctione cicerũ, aut mellis aqua dari. Istorum tamen dosis uariatur. Nam lapidis lincis, spongiæ & iudaici dosis ana ℈.s. usq; ad 1. aliorum uero à ʒ.s. usque ad 1. Ex animalibus infrascripta à ueteribus plurimum commendantur, ut cinis seu puluis uesicæ apri sua cum urina desiccatæ, puluis renum asini, cinis testarum cochleæ, ac etiam totius cochleæ puluis, pelliculæ uentris galli, puluis iecoris hirci, ac eius desiccati sanguinis, puluis stercoris columborũ, ac gallorum, turturis quoque, sed illa stercora debent puluerizari subtilißimè, & cum aqua mellis propinari. Conueniunt quoq; infrascriptorum omnium cineres, ut cicadæ, ac pullorum hirundinum, ex quibus quoq; fit ferculum de quo infra laudatur. Item scarabeorum cinis, scorpionum, ericij cum suis spinis, grilli, locustæ, lumbricorum terrestriũ, millepedes, testa ouì à quo sit pullus egressus, uermis de nocte lucentis,

ac alarum anſerũ ſuis cum plumis, ac auiculæ paruæ, qui hyemali tẽpore apud nos ſæpius apparent, quam quidem caudam tremulam uocamus. Hoc tamen infra quoduis iſtorum in olla rudi pane extracto in furno ad deſiccandum pone, in quo tam diu ſtet, quod commodè teri poßit, cauendo tamen ne deſiccetur in tantum quod carbo fiat. Et ſecundum Apuleium quæ eſui in caſu iſto animalia nobis ſunt, luna creſcente capi debent. Vitellus item oui recentis durus, ualet cum croco trito comeſtus. Valent paſſeres comeſti atq; turturis decoctio. Et ſola quoque urina apri, porci, atq; capræ conuenit, quæ cum tanto uino albo non dulci dari debent. Et iſta ſunt ſimplicia quæ huic crudeli morbo ualere comperi. Contra ardorem urinæ: Recip. Syrupi de papauere, pulpæ caſiæ ana ℥.1. puluer.s ſubtilis trochiſcorum deſcriptorum à Raſi nono Almãſ. cap. de mictu ſaniei ʒ. 3. diſtemperentur omnia cum aqua decoctionis ſeminum communium, quæ decoctio ſit colata, & totum detur tepidum anteq̃ dormitũ uadat, & cõtinuet hoc toto uno menſe de ſero. Cõtra mictum in lecto: Euitet diuretica prouocantia urinam. Euitet brodialia, & ferculum in cœna, ſed in prandio comedat ferculum, utatur uino nigro non uinoſo. Solutiuũ poteſt fieri tale: Recip. Caßiæ fiſtu

la

le ℥.s.myrobalanorum citrinorum, chebulorũ ana ℈.s. aquæ acetosæ quod sufficit pro potione, misce & fiat potio, capiat in aurora & dormiat parumper postea. Vnguentum ad idem: Recip. Oleorũ rosati ℥.1. myrtillorũ, masticbes ana ℥.s. tragachãti, gũmi arabici ana ℈.s. albuminis oui optimè spumati & conquassati ℥.s. santalorum rub. ʒ.s. boli armeni ʒ. 2. rasuræ eborũ ʒ.s. ceræ nouæ quod sufficit pro unguento molli, et cum pauco aceto fiat unguentum ad lentũ ignem, ungãtur renes ex hac unctione actu frigida in sero dum uadit dormitũ, & uti incipiat die tertia post solutiuum. Cõfectio emplastri ad diabeten: Recip. Seminis portulacæ, solani, carnis porcinæ, sem. melonis, citrulli, aut rasuræ cucurbitæ, quodcunq; præsto fuerit, & emplastretur cum eo patiens, & permutetur quando fuerit tepidum, sitq; cibus eius lentes excorticatæ, acetum, agrestia, & omnia quæ ingrossant sanguinem. Confectio diabetis: Recip. Spodij, succi liquiritiæ ana ʒ.10. sem. lactucæ ʒ.10. sem. portulacæ drach. 25. rosarum, coriandri sicci ana drach. 5. acatiæ, gummi santali citrini, lentium excorticatarum, balaustiæ, boli armeni ana drach. 2. camphoræ ʒ. s. fiant trochisci ʒ. 3. & detur unus in potu cum aqua rosarum, & aqua granatorum acetosorum.

Confectio

Confectio quæ retinet urinam ualde: Recip. Glandium ℥.1.thuris masculi ℥.30.coriandri infusi in aceto, myrobalanorum nigrorum, boli armeni ana ℥.10.fiat puluis, & sumatur ex eo omni sero & mane ℥.4. Alia confectio quæ retinet urinam: Recip. Glãdium ℥.10. rosarum, myrtillorum ana ℥.3.acatiæ ℥.2.amyli, gummi arabici, boli armeni ana ℥.1.lentium excorticatarũ ℥.10. omnia misceantur simul ut decet, & utatur secundum discretionem medici. Confectio ad destillationem urinæ sine ardore: Recip. Glandium thuris ana ℥.30.cyperi, myrrhæ, galãgæ, cinnamomi, enulæ, acori ana ℥.3. terantur & sumãtur de puluere eorum ℥.2.s. Confectio prouocans urinam: Recip. Semi. apij, meu, phu, dauci rubeæ qua tingitur, petroselini, sauinæ, azari, ameos, fœniculi, galliæ, costi, amygdalarum amararum excorticatarũ ana ℥. 10. sem. melonis ℥.5.cãtharidarum ℥.1.armoniaci aureũ s. dissoluantur cum uino, et fiant pilulæ similes auellanis, dosis ℥.2.s. est enim bona ad difficultatem urinæ, et molliciem in corpore, hydropisim, hyposarcham, et ægritudines in quibus necessaria est subtiliatio corporis, & quando est caliditas addatur in ea sem. melonis, & detur de ea ℥.1.plus uel minus. Confectio ad mictum sanguinis experta: Recip.

Recip. Boli armeni, charabæ ana ʒ. 10. acatiæ, balaustiæ, gummi, hypocystidos ana ʒ. 3. sem. apij, hyoscyami ana ʒ. 2. fiant decem trochisci, & dentur in potu cum robub stipticis & detur 1. Confectio emplastri ad rupturam experti: Recip. Nucis cipreßi partes 2. cyperi, sampsuci, gallarum, acatiæ, thuris, gummi arabici ana partes æquales, dissoluatur gummi in uino & aggregetur cum eo, & fiat emplastrum.

De ægritudinibus membrorum generatiuorum. Cap. II.

Secundum Græcos & Latinos.

SAtyrias uel satyriasis est morbus quando fit pulsus testium, & uelut singultus quidam inguinis, sequens inflammatam quandam paßionem seminalis receptaculi cum intensione & tentigine. Quod si non cessauerit pulsus ille, solēt seminis receptacula intendi, uel spasmus nasci, unde celeriter moriuntur homines. Et dicitur satyriasis, quoniam ea affecti faciem similē satyris habent, nasum, crassa labra, aures lenigatas, ut scribit Galenus. Priapismus uero est cum genitales partes in suam longitudinem protenduntur, & in circulum intumescūt sine appetitu Veneris. Saty

riasis(ut iam dictum est)pudendorũ est tremor,in flãmationis quadam affectione seminalia sequens uasa cũ tenuiore intestino,& nisi tremor leniatur, consueuit uasa seminalia abolere,aut distentionem neruorum, spasmumq́; inuehere,& inde statim ne care. Morientes autem inflant uentrẽ, & sudorem excutiunt frigidũ,raro hic apparet morbus, & mu lieribus potius. Subito igitur sanguis è uena detra hẽdus,uictusq́; sit tenuis,nec uinum potet lãguens. Beta prodest & malua, & aliquantulum linozo- stis,non improbantur simplicia clysteria, quæ ad mingendum cient prohibenda,cõfert in natibus re frigerantia adhibere,ut strychnochylus,aut succus portulacæ,aut hyoscyami,aut conij. Penis & uici- na loca illinienda refrigerantibus , ut lithargyro, cimolia,cerusa,aceto,eliquata in aqua,aut uino dul ci, supinnm quiescere perniciosum est. Potare expe dit nympheam radicem,& irim,& adianthum,& rutæ succum,nutrimentum sit paucus cibus, sitis to leranda. Languore durante cucurbitulæ à princi- pio sunt admouendæ, si multitudo exurat,sangui- sugæ admoueantur , uẽter crudalysi cataplasmate illiniatur. Priapismus uero est penis membriq́; genitalis explicatio in longitudinem, & in gyrum tumor. Turget enim absque Venere. Indicatur

nanq;

uanque manifesta inflatio, cum ea pars spiritu turget mediocri, quadam caliditate factus ex humidis tenacibusq; ac craßis humoribus, certum est eam partem calefaciendam non esse, sed aptè refrigerandam rosacea, et cerata cum aqua discissa, ac chamæmilo, pudendisq; epithemata ponenda. Medicamina uero inducenda quæ uim attenuandi habeant, ut manifesta absit calefactio, admouendaq; sunt quæ naturaliter exerceant, nymphea his potanda est, & agni semen, rutaq; uiridis cibis ammiscenda. Hoc tamen non est in ipso faciendum principio, quandoquidem satis calefacit, sed posterius, ut aliorum attenuandi uim habentium usus adueniat, deiectione utendum est, idq; uomitu faciendum, ne infernæ uẽtris partes stillantes ob uicinitatem lædant, exercitium, frictioq; admittenda ob spirituum districtionem. Coitus in his duobus proximè memoratis morbis prorsus est alienus, nisi coniectura consequamur aliquam redundare materiam. Est etiam circa naturalia uitium, seminis nimia profusio, cõtinua sine pudendorum intẽtione, siue uenere, siue nocturnis imaginibus, sic fertur, ut interposito spacio tabe hominem cõsumat, id ex imbecillitate potentiæ fit & succumbentibus uiribus, ubi quies custodienda, cõtegantur nates et pecten,

apponatur uinum & melinum, uel œnanthinum. cataplasmata fiant diaphœnicon, malorum œnanthes, acatiæ et hypocystidis, & rhois, & similium apponantur iunci, & bari, & huiusmodi in uino excoctiones, uel etiam aqua. Cibis utatur arefacientibus, reliquis temporibus exercitium ducatur, quo totum corpus & languētes partes influorem perducantur. Cubile profuerit stomna frigidior, & medicamina frigida omnia subillitanatibus, & sub coleis, cuiusmodi sunt coriandrum & cicuta, quæ conium nominatur, & cerusa, & portulaca, cunctaq; cum aceto.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.

SI arteriæ et nerui uirgæ impleantur uentositate, necesse est uirgam erigere, & rectam diu permanere, quod si diu permaneat, neq; resideat, sine tamen uoluntate & concupiscentia coitus, paßio est quæ porgesmos uocatur, cuius causa est uētositas inflatiua, & grossa humiditas uiscosa, & calor moderatus. Galenus omnis, inquit, medicina uel diæta, quæ coitum augmentat, huic paßioni est nociua, cui medicandum est dando contraria, uentositatem mitigantia, & refrigerantia. Rasis: Quandoq; accidit erectio aßidua

aßidua nocens & perducẽs ad ſpaſmum, et ægritudines aßiduas. Cura eius eſt, ſi eſt caliditas, phlebotomia, & ſi adeſt albedo coloris et paucitas ſanguinis, adhibeatur medicamen calidum minorans ſperma. Serapio: Scias quod euacuatio ſpermatis extra naturã, aut fit ex ſpaſmo inſtrumentorũ ſpermatis, ſicut accidit in epilepſia, et eſt corruptio ſenſus & mollificatio, aut ex debilitate uirtutis retentiuæ, quæ eſt in inſtrumentis ſpermatis donec non poteſt retinere ſperma, & totum hoc accidit etiam quãdo mouetur uirtus euacuatiua, quæ eſt in inſtrumentis iſtis motu malo. Et ſumat in potu ex medicinis quibus eſt proprietas in curatione huius ægritudinis, ſicut eſt nenuphar cũ uino ſtiptico, & aqua decoctionis lentium, & aqua portulacæ, & ſemen eius cum ſemine lactucæ. Et ſi non eſt caliditas apparens, permiſce etiam ſemen agni caſti, & rutæ recentis in cibis eorum. Et oportet, ut hoc adminiſtretur in fine, non in principio, quoniam calefacit ualde. Medicamen ad Gonorrhœã: Recip. Seminis agni caſti & rutæ amborum ana ʒ. 1. teratur & cribelletur, & detur cum aceto permixto. Aliud: Recip. Seminis rutæ, aniſi ana drach. 2. caſtorij, ſeminis hyoſcyami albi ana ℥. s. roſarum rubearũ, balauſtiarum ana drach. 3. teratur & cribelletur,

dosis sit ʒ.2.cum aqua frigida. Aliud: Recip. Seminis lactucæ ʒ.3.sebedenigi ʒ.2.s.seminis rutæ ʒ.1.s.teratur & detur dosis ʒ.2.cum secaniabin. Et post istos potus fiat ut infirmus utatur exercitio, donec stringatur corpus eius. Et res quæ ualent ad coitum, & faciunt ad emißionem spermatis, sunt semen urticæ, et bulbus, & est cepa campestris, & semen napi, & napi ipsi, & bauciæ, & semen earum, & mentha, & eruca, & cicer, & fabæ, & piscis qui dicitur multorum pedum, & grana pini, et calamēthum, & radix serpentariæ. Planè quando coquitur & comeditur, & loca sunt in circuitu renum, stinci, & oua perdicum addunt in erectione, et costum etiam quando accipitur cum gelaniabin de melle, aut cum syrupo de melle, testiculi uulpis etiam, quando accipitur ex eis cochlear unum, addunt in erectione, & cepæ, & asparagi, & cerebella passerum. Isaac libro eodem: Et apostemata, & uulnera uirgæ, seu pustulæ sunt ex humoribus à corpore descendentibus, quod palā est sensui, cum hoc in propatulo sit intelligendum unde nascatur, quoniam ex infirmorum complexionibus. Et humores à corpore ad testiculos descendentes, apostema ibi facere solent, qui si sint acuti uel calidi, calor rubens uel citrinus, inde exit cum ardore, dolore,

lore & pulsatione. Si materia sit frigida, color apostematis sit talis, qualis est color corporis, & sine dolore. Si uero ex percußione uel scissura fuerit, infirmus bene manifestabit. Vulnera autem in testiculis deuenientia, si sint calida, sic sunt medicanda: Accipiatur chimolea cum aqua, & acatia, cerusa cum oleo rosato, lithargyrum, cathmia argentea, oleum rosatum, & superponantur, & omnis crepatutura in pelliculis uentris, & testiculorum existens circumdatorijs est ex motu forti, sicut si post saturitatem graue tollatur pondus, uel fortiter tußiat, seu alte uociferetur, uel post saturitatem coëat, seu luctetur, uel propter lubricam humiditatem, unde & membrum lubricum fit, & sic locum suum dimittens, & alium non accipiens, unde & pellicula illius loci est fissa, scilicet, ita quod si neruus crepuerit non solidatur, sed tamen quædam crepatura est leuior altera, quæ cum incensione curatur, & ad dilatationem retardatur propter colligantiam extremi nerui seu pelliculæ, quod maximè contingit in pueris plusquàm in alijs ætatibus.

Ex traditione autorum recentium.



N membris uirorum generatiuis multæ accidunt paßiones, ſcilicet, paucitas coitus, uel defectus, uel effuſio ſeminis ſine delectatione & ſenſu, uel immoderatus appetitus. Coitus paucitas aut defectus, approximeron dici ſolet. Et huiuſmodi paßionis cauſa eſt in uirga, aut in membris ſpermatis, aut in mẽbris principalibus uel generatiuis, uel inferioribus, uel propter inflationis paruitatem in toto corpore, uel circa membra generatiua. Cauſa uero facta in uirga, aut eſt malicia ſuæ complexionis, aut ſuperflua eius mollificatio. Item cauſa facta circa teſticulos, aut eſt eorum ſiccitas immoderata, aut eſt frigus congelans humiditates, quare non calefit ſperma, neque ſubtiliatur. Cauſa autem membrorum principalium, aut eſt à parte cordis, quia denegatur calor teſticulis, aut uapor aëreus, aut ex parte epatis, quia non mandatur materia ſpermatis generãda, aut à parte cerebri, quia ſpiritus ſenſibilis, & motiuus non poteſt penetrare, aut propter impedimẽtum, quod eſt in uia, aut ꝓpter id quod eſt in cerebro, aut propter cauſas exteriores, ut quãdo læditur caput caſu uel percußione, & cõſimilibus. Item cauſa eſt, quando

quando membra uicina nobilibus, ut propter nocumentũ quod est in stomacho, aut renibus, aut in diaphragmate. Aut causa est ab inferiorib. sicut in forti dolore ani, uel propter hæmorrhoidas, uel propter concußionẽ, uel propter constrictionẽ in inferiori parte spinæ, unde mẽbra spermatis cõpatiuntur, & uentositas inflatiua aufertur. Item accidentia animæ horribilia uirtutẽ coëundi debilitãt, sicut est, dolor, sollicitudo, inhonestas coëundi, uerecundia, cõuersio animæ ad intellectũ, & fit obliuio generandi sperma, sicut obliuiscitur natura generare lac in mãmillis fœminæ remouentis filiũ à lacte, ut dicit Auicẽna. Priapismus autẽ & satyriasis paßiones etiam sunt membrorũ generatiuorum, sed hæ paßiones inter se cõueniunt & differunt. Cõueniunt, quia utraq; operatur immoderatã uirgæ erectionem. Differunt tamen, quia in priapismo non est concupiscentia coitus, et non per coitũ mitigatur. In satyriasi est concupiscentia coitus, & per coitũ sedatur. Priapismus uero est paßio difficilior ad curandũ, et contingit propter multitudinẽ grossæ uẽtositatis, quæ in mẽbris spermatis est inclusa, uel supueniens ex arterijs ex superfluo & aquoso sanguine repletis, quæ ad integritatẽ uirgæ conueniunt. Satyriasis autem magis generatur ex amore

alicuius personæ desideratæ, et circa quam diu fuerit fixa intentio. Hæc enim materias mouet ad uasa spermatis, quæ per easdem uias quærunt euacuari, uel etiam humiditatis spermaticæ multa collectio ex quacunq; causa. Hæc ergo causa diu perseuerans, uasa spermatis perducit ad spasmum & tetanum, uel apostemata calida & uentosa, & interficit ad ultimum. Gonorrhœa autem paßio fit ex abundātia humiditatis spermaticæ naturam aggrauantis & debilitantis, unde nihil potest retinere, aliquādo enim ex spasmo, dindimos et uasa spermatis replente, unde similiter aggrauatur natura, aliquando fit ex paralysi lacertorum, alquādo uero ab acumine spermatis, uel nimia subtilitate, aliquādo autē sua nimia liquiditate. Aliquādo fit in nocte pollutio quæ quatuor habet causas, uel nimiā ciborum repletionē, ut crapulā, uel amorem nimium, & cōtinuam delectationē supra personā mulieris dilectæ, uel decubitū longum supra spinā dorsi, quæ quidem tria sunt causæ primitiuæ, uel nimia humorum superabundantia, quæ est causa antecedens. Causæ primitiuæ ab indicio patiētis cognoscūtur. Pollutionē sæpe habētes cum frigida medicina, siue cibarijs, siue unguētis curētur. Ad multiplicandum sperma, & confortandū uias spermatis, sic est

proce-

procedēdum: Caueat ab herbis crudis, & oleribus, & à pomis, & aqua pura, & à uino brusco. Comedat carnes agni castrati annualis, & hœdi lactentis, carnes perdicum, pipionum, & porci, & oua sorbilia, & corpus cicerum deiecto cortice, & cepæ decoctum, & pisces fluuiales conditos cum speciebus recentibus, & bibat uina declinantia ad magnitudinem non nimis subtilia, nec multum limphata. Comedat panem mundum à furfure. Sumat de ista confectione omni sero quando uadit dormitū: Recip. Auellanarum, amygdalarum dulcium ana ℥.1. pinearum mundatarum ℥.2. s. testiculorum uulpis elixatorum in lacte caprino ℥.2. fisticorum, passularum ana ℥.s. linguæ auis ℥. 1. s. been albi & rub. zingiberis, galāgæ, sem. erucæ ana. ʒ.1.s. sacchari albi quod sufficit fiat confectio. Et utatur puluere isto: Recip. Cinnamomi, piperis lōgi, galangæ ana ℥.1. macis, croci ana ʒ.1. zingib. albi ʒ.2. calamēthi ʒ.3. & fiat puluis quo utatur cum quodā modo decoctionis ceparum in furno, & postea tritarum, & postea iterum decoctarū cum istis speciebus. Pilulæ mirabiles ad prouocandū coitū. Recip. Eminum ceparum albarum, testiculorum uulpis, florum palmæ, thuris albi, cerebellorū passerū ana ℥.2. informentur pilulæ cum aqua calida in modū

ciceris.

ciceris, & dentur quinq; uel sex & non plures. Ad gonorrhœam siue spermatis incōtinentiam fiat hoc unguentum: Recip. Succi solani, succi plantaginis, succi ungulæ pastoris ana unc. 1. unguenti populeon, olei rosarum ana unc. 3. olei nenupharis unc. 1. camphoræ unc. s. fiat unguentum & inungātur renes & pectinis partes. Sumat sero quando uadit dormitum, & aliquando mane de puluere radicum nenupharis, quantū tribus digitis potest capi cum pauco potu uini limphati. Quod si ista non sufficiant, utatur aqua destillationis plantaginis in qua bulliant semina agni casti & continuetur, & iteretur multotiens. Ad pollutionem inuoluntariam fiat tale unguentum: Recip. Olei rosati, olei nenupharis ana unc. 1. succi foliorum salicis, succi lactucæ, succi solani, aquæ portulacæ ana unc. s. coriandri, gallarum, mastiches, seminis agni casti ana drach. 1. aceti unc. 1. quæ sunt terenda terantur, & fiat unguentum pro renibus & testiculis. Emplastrum ad rupturam & herniam longæ compositionis, quod laudibus multis extollendum est: Recip. Colophoniæ, armoniaci, galbani ana drach. 5. s. picis naualis unc. 1. lithargyri, ceræ albæ & rubeæ ana drach. 5. uisci quercini, gypsi, thuris, myrrhæ ana unc. 2. s. boli armeni, nucis cipressi ana uncia 1. s.

cabal-

caballini mastiches, consolidæ maioris & minoris ana unc. s. & drach. 1. Aristolochiæ longæ & rotundæ ana unc. 2. et drach. 3. gallæ unc. 2. et scrup. 2. terebinthinæ lotæ cum aceto unc. 2. & scrup. 4. sanguinis humani unc. 4. acatiæ, sanguinis draconis, mumiæ ana unc. s. pellis arietinæ depilatæ incisæ, quæ bulliant in aqua donec liquefiant, postea addantur glutinis scriptorum, glutinis carpentariorum, glutinis piscatorum, glutinis licodemonum ana unc. 1. fiat emplastrum. Hoc enim emplastrum diligentißima compositione paratum, superextendere oportet sufficienti sindoni aut corio subtili, & rupturæ applicetur, partibus demum cum bombaci plumazeolum habēte superligare. In primis tamen decem diebus continuis laboranti, & ieiuno danda est hæc mixtura: Recip. Hæderæ contritæ drach. 1. s. radicum consolidæ maioris & minoris recentis minutim incisæ, & contusæ, aut siccæ pulverizatæ drach. 2. s. & conficiantur cum ouo similiter, & coquantur, & administrentur omni die. Alijs decem diebus sequentibus offeratur hæc. Recip. Pilorum leporis minutorum, ut puluis sanguinis draconis ana drachmam unam, præparentur uel exhibeantur secundum eum qui dictus est modus. Modus autem condiendi cibos eius cum medi-

cinis

cinis est, ut in illis quos assumit patiens hora cœnæ, imponatur huiusmodi puluis: Recip. Fauces lucij magni separatas à carne, & combure eas in olla noua cooperta in clibano, postea pulueriza, deinde accipe pulueris eius unc. s. & consolidæ maioris & minoris ana drach 3. millefoiij, arnoglossæ ana drach. 2. sanguinis draconis, mastiches, thuris, uolubilis minoris ana drach. 1. s. gariophylorum, cinnamomi, zingiberis, cardamomi ana drach. 2. sacchari quantum uis, reducantur in puluerem, & commisceantur omnia, de quo sumat patiens frequenter cum cibis. Syrupus huic intentioni appropriatus: Recip. Succi iaceæ nigræ, succi epaticæ terrestris, consolidarum omnium ana lib. 1. succi corrigiolæ, succi plantaginis ana lib. s. succi rutæ uirentis unc. 4. depurentur hi succi cum decoctione harum rerum in illis: Recip. Mumiæ, mastiches, thuris, rosarum, boli armeni, sanguinis draconis ana drach. 3. myrti, sumach, nasturcij, coralli rubei, ciperi ana drach. 2. nucis cupreßi drach. 2. myrrhæ, gariophylorum ana drach. 1. bulliant hæc omnia in succis usq; ad consumptionem tertiæ partis ipsorum, post colantur & syrupizentur cum sacchato, aut melle secundum naturam patientis, de tali igitur & taliter constructo syrupo, decursu uigintiquinq;

tiquinque dierum, uel alicuius temporis, emplastratione nequaquàm prætermissa, exhibeatur laboranti. Necesse est etiam exhibere de huiusmodi apozemate: Recip. Radicum herbæ sanctæ Mariæ, radic. prouencæ, herbæ sigilli Salomonis, foliorum graminis & radicis ana M. 2. radicis gariophilatæ M. 1. terantur & coquantur in uino optimo & subtili, quod uinum reseruetur, & distemperetur cum eo syrupus in hora suæ exhibitionis secundum notam proportionalitatem, & perduret huiusmodi exhibitio per singulos dies unius septimanæ, aut duarum si fuerit ægritudo inobediens & difficilis. Pilulæ mirabiles in ruptura: Recip. Limaturæ ferri unc. 1. pilorum leporis puluerizatorum unc. s. nucum cipreßi drachmas 3. mumiæ, sanguinis draconis, olibani ana drachmam unam cum succo millefolij incorporentur, dosis earum est drach. 2. oportet autem nocte qua porriguntur pilulæ sufficientem portionem magnetis, leuem simul & applanatam loco superponere patienti, emplastro deposito.

De ægri-

De ægritudinibus matricis. Cap. III.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.



Stium uuluæ in muliere, ac in cæteris animalibus naturam atq; os genitale uocari uidimus, in medio tunicula utrinq; apparens, nympha & cletoris dicitur, partem interiorem matricem, locosq́; appellamus, qui desiderio coitus sæpe descendunt in ijs quæ acetabula sunt dicuntur, quibus per umbilicum fœtus augetur. Vulua nulla uim immutandi seminis, sed cōseruatricem tantum poßidet. Ex ijs acetabulis à partu menstrua profluunt, similis in maribus est, quæ in semen genitale per concoctionem uertit menstrua. Cum plurimum lunæ motu singulis mensibus profluūt, quo profluuio uirginibus uox mutatur, ut in maribus primo coitu, mammæ inde tumescunt, locorum ostium in conceptu aperitur, & exinde clauditur, nec amplius recluditur, nisi mulier superfœtet, uel fluxionibus laboret, uel si menses fluant. Os id adeo occlusum est, ut aër subire nequeat, loci ipsi posituram habent inter spinæ imæ partem, quam os sacrum uocamus, supra uesicam,

contra mediam positi aluum, inde paulū ad dexte-
riorem coxam conuertuntur, postea super rectum
intestinum progressi ilijs. Vulua in uirgine exigua
est, in muliere, nisi ubi grauida est, nō multo maior
quàm manu comprehendi posit. Ea cordi, arterijs,
neruis, cerebro, spinæq; medullæ committitur, præ
cordijs item mammis, renibus, uentri, ilijs, coxis, pu
bi, quæ omnia in uuluæ strangulationibus percipi-
untur, quibus anima subducitur, uertigines sentiūt,
capilli in uertice uel occipitio conuelli arbitrantur,
lumbos præterea, femora, inguina & stomachū do
lent. Menses non nisi semen incoctum ab Aristote-
le appellantur, ex partibus quæ supra infraq; renes
sunt, & à lumbis minimis uenis prodeunt ad uul-
uæ acetabula, quibus fœtus in utero alitur, uel à pu
erperio iuxta naturalium ord, ex uenis quoq; dua-
bus secundum os pubis, iuxta urinæ exitum erum-
punt, ex ea parte & fœminarum non prolificum se
men in coitu effunditur, tanto in plerisq; impetu ut
masculorum more longius exiliat, diuersæ equidem
naturæ ab eo quod in uuluæ cauo prolificum restag
nat. Ex uulua quoq; fœminis uehemens malum na-
scitur, proximeq; à stomacho uel afficitur hæc, uel
corpus afficit, interdum etiam sic exanimat, ut tan-
quàm comitiali morbo prosternat. Distat tamen hic

casus, eò quod neq; oculi uertuntur, nec spumæ pro fluunt, nec nerui distenduntur, sopor tantū est, idq; quibusdam fœminis crebro reuertens perpetuum est, ubi incidit, si satis uirium est, sanguis missus adiuuat. Si parum est, cucurbitulæ tamen defigendæ sunt in inguinibus. Si diutius aut iacet, aut alioquin iacere cōsueuit, admouere oportet naribus extinctū ex lucerna linimentum, uel aliud ex his quæ fœdioris esse odoris retuli, quod mulierem excitet. Idē q; aquæ frigidæ perfusio efficit, adiuuatq; ruta contrita cum melle, uel ex cyprineo ceratum, uel quodlibet calidum & humidum cataplasma naturalibus pubetenus impositum. Inter hæc etiam perfricare coxas & poplites oportet. Deinde ubi ad se redit circumcidendū uinum est in totum annum, etiam si casus idem non reuertitur. Frictione quotidie utendum totius quidem corporis, præcipue uero uētris & poplitū. Cibus ex media materia dandus. Sinapi super imū uentrem tertio quoq; aut quarto die imponendum, donec corpus rubeat. Si durities manet, mollire cōmode uidetur solanum in lac demissum, deinde contritum, & cera alba atq; medulla ceruina cum irino, aut seuum taurinum uel caprinū cum rosa mixtum. Dādum potui etiam uel castoreū est, uel gith uel anethum. Si parum pura est, purgatur

iunco

iunco quadrato. Si uero uulua exulcerata est, ceratum ex rosa fiet, et recens suilla adeps, et ex ouis album misceatur, idq; apponatur, uel albũ ex ouo cũ rosa mixtũ adiecto, quo facilius cõsistat, contritæ rosæ puluere. Dolẽs uero ea sulphure suffumigari debet. At si purgatio nimia mulieri nocet, remedio sunt cucurbitulæ cute incisa inguinibus, uel etiã sub mãmis admotæ, & si maligna purgatio est, subijciẽda sunt coëuntia, id faciũt etiã albæ oliuæ, & nigrũ papauer cũ melle assumptũ, & gummi cum trito semine apij liquatum, & cum cyatho paßi datũ. Præter hæc (ut Celso placet) in omnibus uesicæ doloribus idoneæ potiones sunt, quæ ex odoribus fiunt, id est spica nardi, croco, cinnamomo, casia similibusq;. Item etiam decocta lentiscus præstat, si tamẽ intolerabilis dolor est, & sanguis profluit, etiã sanguinis detractio apta est, aut certè coxis admotæ cucurbitulæ cute incisa. At cum urina super potionum modum etiã sine dolore profluens, maciem & periculum facit, si tenuis est, opus est exercitatione & frictione, maximeq; in sole uel ad ignem. Balneũ rarum esse debet, neq; longa in eo mora, cibus comprimens. Vinum austerũ, meracũ, per æstatem frigidum, per hyemẽ gelidũ, sed tantũ quantũ minimũ sit. Infinita aluus quoq; uel ducenda uel lacte pur-

ganda est. Si crassa urina est, uehementior esse dicitur & exercitatio & frictio, longior in balneo mora, cibis opus est teneris, uinum idem. In utroq; morbo uitanda omnia sunt, quæ urinam mouere consueuerunt. Pota uero à podice sanguinem agunt cũcta urinam citãntia, & erysimum & asarum cum mulso, calamus odoratus. Alumen, castorium, cicerum decoctio cum pipere & ruta. Asphodeli radix in uino decocta, glychonis in uino decoctæ, eryngij radicis decoctio, abrotani fructus, origani, thymi, thymbræ, rutæ decoctio, crithamon, cuminũ, sinapi, porri semẽ, balsami fructus, glycysides fructus, daphnoidis, myrrha, cardamomum, clymenum, sagapenon, fœniculi semen, nardi spica, costus, styrax, centaurij magni radix, brathy, iris, aristolochia, cicodoniorum flos & succus, lapathi radicis decoctio, arthemisia, dictamum. Horum singula decocta cum uino, uel dissoluta & pota sanguinem agere creduntur, congruunt autem in quibus purgationes præpediuntur, uel strangulationes purgantur, uel musculus podicis contractus & inclinationibus, & recursibus podicis & suffocationibus.

Ex

Ex traditione Pœnorum & Arabum.

MEnstrua mulieribus eueniunt cum ætatē. 14. annorum subeunt, sed tamen si festinauerint menstrua in. 12. hæc faciet natura, quæ sic contingunt mulieribus, sicut pollutio masculis, causa eorum est, quia corpora mulierum frigida & humida sunt, unde multos humores colligunt, qui cum ad inferiora descendunt cum mēstruis exeunt, sicut in arboribus sæpe uidemus quarum humores cum gummis egrediuntur. Cum exeunt menstrua secundum quod oportet in quantitate & tempore, purgantur humorum superfluitates, quod si fiat contra in quantitate sine tempore, uel si auferantur, diuersitates paßionum generantur. Eorum ablatio aut est naturalis aut non naturalis, quæ mulieribus post quinquaginta annos contingit, alijs in quadraginta, alijs in 35. maximè multum pinguib. & carnosis. Ablatio accidentalis est uel ex uirtute, uel ex organis, uel ex materia. Ex uirtute, ut si membris dominentur aliquæ complexiones malæ, scilicet naturaliter uel accidentaliter. Ex organis propter substantiam uuluæ, uel uenarum suarum. Ex substantia uuluæ, ut si sit spissa & uiscosa naturaliter uel accidentaliter. Ex uenarum substantia, si sint

strictæ sicut pinguibus euenit, quibus uenarum ora sunt constricta naturaliter uel accidentaliter, sicut ex oppilatione quæ innascitur eis ex humorib. grossis & uiscosis. De materia secundum quantitatem uel qualitatem, uel ex motu suo. De quantitate si sit parua, quæ paruitas uel est ex subtili diæta, uel ex magnis exercitijs. Rursus mulieres se exercẽtes et nimium mouentes, non multum habent menstrua, sed quæ quiescunt & multum comedunt, & suauiter uiuunt, multa indigent purgatione menstruorũ. Ex qualitate materiæ, uel ex grossitudine & uiscositate, uel de frigiditate & siccitate, sanguis enim ingrossatus claudit uias neq; faciliter exit, similiter infrigiditatus uel exiccatus nõ currit per uenas facile. Ex motu materiæ in alia membra se mouentis, sicut & in anum & dicitur hæmorrhois, uel in nares, & dicitur fluxus sanguinis. Rursus si quædam mulieres multum fluxum sanguinis habuerint, & quædam ab hæmorrhoidibus, uel de pectore, uel de uenis quæ crepuerint, multũ emiserunt. Hæ omnes et similes menstrua descendentia non habent. Item menstrua auferuntur & corrumpuntur ex continua tristitia, motu, gemitu, timore, ira & alijs talibus animæ passionibus. Cum uero ablatio menstruorum ab eis diu elongetur, passionẽ in stomacho patiuntur,

tiuntur,utpote defectionem appetitiuæ uirtutis,abominationem,malum appetitum,sicut pulueris terræ,carbonum,laterum,& similium. Alia adhuc passio sequitur maior,sicut colli,dorsi,capitis & oculorum dolor. Patiuntur etiam acutas febres. Vrina earum pertinet nigredini & rubori. Aliquando est sicut lauatura carnis recentis. Vniuersaliter enim earum corpora morbis maximis sunt apparata,sicut phthysi,hydropisi,maniæ,morpheæ & talib. phlebotomemus ex uena media donec hora menstruorum ablata erit maior. Fluxus autem sanguinis exiens cũ menstruis plusq̃ oportet,uel de organis erit, uel apertis uenis uuluæ,scilicet crepatis,& tũc sanguis subito, & uelociter exit rubeus & clarus, uel ex materia cum augmẽtetur sua quantitas propter multam suauitatẽ,& nimiam comestionẽ, uel propter qualitatẽ,ut sit acuta, cholerica,uel salsa,phlegmatica,uel ex acumine sanguinis, quem uulua retinere non potest & festinat ut expellat. Si materia sit cholerica:color eius citrinus fit, si phlegmatica albus, si sanguinea rubeus, hoc fit cum totius corporis corrumpitur sanguis,& descendens ad uuluam effluit,quod non possunt compati membra corporis propter corruptionem sui, & malignitatem suæ æqualitatis. Si augmentatur fluxus iste,

neq; cesset, patiuntur mulieres colorũ mutationes, fastidia, macilentiam, hydropisim, quia epar propter hoc necesse est refrigescat & actio sua deficiat, unde oportet ut si augmentetur, et eum extinguere uelimus, mulieres in superioribus phlebotomemus, ut materiæ ad superiora trahantur, hoc fit si sanguis causa fuerit. Si cholera rubea sit, catarticũ dandum est, quod eam purgare debeat, et similiter in phlegmate, uel in cholerica nigra faciamus catartica sibi conuenientia, deinde redeamus ad medicinam stringentem sanguinem. Aliquando mulieres patiuntur suffocationem matricis, unde earum appetitus deficit, & corpus refrigescit, sæpe mulieres inde deficiunt & subtiliantur, pulsus earũ paruus adeo & ualde debilis. Aliquando ex toto aufertur. Aliquãdo mulieres adeo coartantur, ut earum capita genibus implicẽtur. Vnde Galenus: Vidi mulierem huiusmodi patientem, quæ & flatum perdiderat uere & pulsum quasi mortua esset, neq; distulit à mortua, nisi quia parum erat in medio corporis calida, multi medicorum eam mortuam esse putabant. Quod certificare uolentes, lanam carpinatam rarissime acceperunt & naribus apposuerunt, de cuius motu eam uiuere certificati, quia flatum habebat, omne animal flatum habens uiuit.

Causa

Causa eius paßionis multitudo est spermatis, uel corruptio sui. Hæc contingunt, quia diu remotæ fuerunt à uirorum cōiunctione, unde necesse est ut augmentetur sperma & corrumpatur, & quasi uenenum efficiatur. Hanc ægritudinem uiduæ plurimum patiuntur, maxime prius maritatæ & parturientes sæpißime. Similiter puellæ patiuntur cum ad ætatem ueniunt, neque cohabitent cum masculis. Sperma enim coadunatur in ipsis, quod expellere sicut & masculis necesse est, hoc enim naturæ actio expetit, cum mulier habere masculum non ualeat, adunatur in ea sperma, & ab ipso factus fumus ascendit ad diaphragma, quia diaphragma & uulua coniuncta sunt, quia uero diaphraggma coniunctum est cum gula & instrumentis uocis, suffocatio inde contingit. Iterum hic morbus est ex menstruorum ablationibus. Nam si menstrua auferantur, & sperma augmentetur multo peius est, & maximè in autumno & hyeme, & primo in hac ægritudine machinandum est ut manus & pedes mulieris fricemus. Et aliquando apostemata nascuntur in uulua multiformia. Si ergo adsit cholera rubea, calidum generatur apostema, quod tamen fit de uentositate grossa, uel de percußione, uel de menstruorum ablatione. Si enim apostema

in uuluæ fit prora, ſequitur dolor cum ſtranguria. ſi in ore uuluæ, umbilici & natium aderit dolor, ſi in eius puppe, ſequitur dolor dorſi, conſtipatio digeſtionis, dolorq́; ſub hypochondrijs. Si apoſtema ſit cholericum uel ſanguineũ, febres habet acutas, ſitim & dolorem. Si de humorib. ſit großis, tumor & durities & grauitas in anchis & coxis, unde oportet ſuccurri. In uulua uulnera generãtur de acutis apoſtematibus, & aliquando de acutis medicaminibus uel de aborſu, quæ certificantur ex ſanie inde effluẽti, & ex dolore et pulſatione in matrice. Si ſit putrefacta ſanies, fit ex cholera nigra cum putredine horribili & ardore nimio, unde mulieri eſt præcipiendum, ut in uuluam ponat illa quibus uulnera mundificentur, & calor extinguatur, & dolor mitigetur. Et aliquando uulua patitur mollitiem propter humiditatem nimiam, uel in loco frigido multam ſeßionem, ſeu aquæ frigidæ infuſionem, his enim emollitur, & ſuo loco egreditur, aliquando egreditur propter nimiam expreßionem in partu. Auicenna: Menſtrua temperata in quantitate & qualitate, & tempore ſuo currente ſecundum conſuetudinem naturalem, in omni ſpatio ſunt cauſa ſanitatis mulieris, & mũdificationis corporis eius, et faciunt ipſam acquirere caſtitatem & paucitatem deſiderij.

desiderij. Menstruatio æqualis est, ut menstruetur mulier omni mense usq; ad triginta dies, & quod est supra illud, & infra illud, scilicet quod cadit in 15. uel. 17. est non naturale. Ex nocumento menstruorum, scilicet in euacuatione superflua peruenitur ad additionem debilitatis mulieris, & alterationem formæ illius, & paucitatem conceptionis, & multitudinem aborsus, & debilitatē fœtus cum nascitur. Et retentio menstruorum & paucitas eorum commouet in eis ægritudines repletionis omnes, ut apostemata, dolores capitis, tenebrositatem uisus, & cōturbationem sensuum, febres, repletiones uasorum spermatis, quare fit desiderans non casta, & non suscipiens filiū in imprægnatione propter corruptionem matricis & spermatis, & præfocationē & syncopim, & quandoq; moritur. Et de mulieribus est cuius alteratio menstruorum festinat in 35. uel. 40. anno uitæ suæ, & de eis est in qua tardatur usq; quo ueniat ad quinquagesimum annum.

Ex traditione autorum recentium.

MAtrici accidunt complexionales paßiones, instrumentales & communes. Et accidit mulieribus suffocatio matricis, ut quando matrix propter uaporē distensa, uel su-

perius eleuata comprimit diaphragma. Item acci-
dit eis præcipitatio ſcilicet, ut deſcēdat pluſquàm
debeat, ut in uiris inteſtina. Huiuſmodi autem ægri
tudines accidunt quandoq; ex proprio uitio matri
cis, quandoq; uitio aliorum membrorum quibus ma
trix compatitur, inter quos morbos agitur primo
de retentione menſtruorum præter naturam, quia
ſecundum naturam retinentur uſque ad. 12. annos
uel. 14. uel poſt. 50. ulterius, et aliquando citius ſe
cundum naturam mulierum. In tempore autem in-
termedio retinentur præter naturam, aliquando
languore, exercitio plurimo, fame, ſiti, & accidenti
bus animæ, ubi nõ ualet calefactio aromatum, quia
menſtrua conſumuntur interius per prædicta. I-
tem in tempore intermedio retinentur iterum ſe-
cundum naturam, ut in prægnantibus, quod medi-
cus habet conſiderare, ne tunc prouocans mēſtrua
fiat homicida uel cauſa aborſus. Nec ſemper credat
fœminam non eſſe impręgnatam ſi menſtrua emit
tat, licet hoc in paucis accidat, ſicut in ualde forti-
bus quæ ſunt repletæ habitudinis et complexionis,
in quibus plurimus ſanguis eſt generatus, qui totus
non eſt neceſſarius ad fœtus nutrimentum, neq; e-
tiam tunc temporis ille ſanguis prouenit à matrice
cum ſit uehementer clauſa, ſed à uenis exterioribus
orificij

orificij exterioris, quod semper est apertum. Retinentur iterum menstrua propter alias causas, sicut propter sanguinis grossitudinem, uel propter oppilationem factam in uenis, uel propter constrictionem quæ accidit in uijs & orificijs earum secundũ plurimam frigiditatem, uel uiscositatem, uel propter apostema factum ibi, uel in uelocis uicinis, unde sequitur fortis constrictio, uel ex pinguedine superflua, uel ex panniculo etiam denso, qui generatur in orificijs uenarum, aliquando unde prohibentur menstrua currere. In omnibus his prodest aromatum calefactio. Retinentur etiam propter alias causas, sicut propter debilitatem uirtutis, quia sanguis ad alia loca deriuatur. Aliquando mulieres patiuntur nimium fluxum menstruorum, & hoc aliquando fit, quia orificia uenarum matricis nimis aperiuntur & sanguinem nequeunt retinere, aliquando fit quia ipse uenæ rumpuntur ex saltu, casu, percussione, aliquando uero ex nimio cibo & potu & assidua quiete, aliquando uero propter aborsum, aliquando ex acuitate sanguinis & nimia subtilitate, aliquando uero propter difficultatem partus, aliquando propter hæmorrhoidas in collo matricis, unde prægnantes aliquando mingunt sanguinem, aliquando uero ex rhagadijs, uel ulcerib. malis antiquis

tiquis matricis, aliquando uero ex dominio mali humoris in corpore naturalis uel innaturalis, ſicut abundat ſanguis aduſtus, & ſanguis crudus, aquoſus, phlegmaticus. Eſt alia paßio matricis quæ ſuffocatio nominatur, & cauſa iſtius paßionis eſt plurima ſpermatis aggregatio circa teſticulos mulierũ, ut contingit in puellis adultis uel uiduis continentibus, cum non utuntur cõſueto coitu. Item ergo ſperma corruptum non ualet exire, & inde uapor plurimus malus natus, matricem eleuat ad ſuperiora. Item prouenit ex retentione menſtruorũ, quæ cum matrice aggregantur, & non euacuantur, in uaporem reſoluta idem operantur. Prouenit etiam ex quocunq; humore in matrice præter naturam collecto. In cura uero iſtarum ægritudinum cautè procedendum eſt. Et primo contra præter naturalem retentionem menſtruorum, medicinæ efficaces et remiſſæ ponendæ ſunt. Digeſtiuum ſubtiliatiuũ, aperitiuum, inciſiuum menſtruorum et prouocatiuũ: Recipe ſyrupi de bizantijs, oxymellis ſimplicis ana. ℥. s. ſyrupi de abſinthio ℥ i. aquarum capil. uen. & matricariæ ana. ℥. i. miſce. Ventris Solutiuũ, aperitiuũ, ſubtiliatiuum, menſtruorum prouocatiuũ: Recip. Aloës ſuccotrini electi ʒ. i. myrrhæ ʒ. s. croci, agarici ana. ℈. i. ſalis gẽmæ, zingiberis ana. gran.
i. miſce

1.misce, et cũ syrupo de absinthio formẽtur pil. 7. pro. ʒ. Subtiliatiuũ apitiuũ mẽstruorũ, matricis confortatiuũ: Recip. Diacori ℥. 6. florũ rorismarini ℥. 1. misce ambo simul in cõserua diacori. Subtiliatiuũ aperitiuũ ut supra: Recip. Granorũ pini. ʒ. 1. calami aromatici, casiæ ligneæ ana. ʒ. s. cinnamomi ℈. 1. sem. fœniculi, galliæ muscatæ ana. ʒ. s. ligni aloës ℈. 1. nigellæ ℈. 1. musci gran. 8. sachari albi quod sufficit, et cũ aqua matricariæ fiat cõfectio ut supra. Alia cõfectio ad idẽ: Recip. Amygdal. amar. ℥. 1. sem. anisi et bauciæ et carui ana. ʒ. s. iuniperi ʒ. 2. cinnamomi ʒ. 1. s. sachari albi ℥. 12. pistentur omnia subtiliter, deinde cũ aqua capil. uen. fiat cõfectio solida in morsellis da ʒ. 3. Digestiuũ ut supra: Recip. Aquarũ hypericonis ℥. s. fœniculi et capil. uen. ana. ℥. 1. s. cinnamomi gran. 3. sachari albi ʒ. 2. misce. Pilulæ ad idẽ nõ solutiuæ: Recip. Trochiscorũ de capparib. ʒ. 1. specierũ diarrhodon abbatis ʒ. s. diamusci dulcis ℈. 1. absinthij ℈. 2. cuscutæ ℈. 1. sachari albi ʒ. s. cum syrupo de absinthio formentur pilulæ. 7. pro. ʒ. Ventris lenitiuum: Recipe oleorum de been. ℥. 6. liliorum alborum ℥. 7. absinthij ℥. 2. amygdalarum dulcium ℥. 1. galliæ muscatæ ℈. s. fiat clystere, et tota quantitas est pro duabus uicibus. Puluis: Recipe Croci, spicæ, trochiscorũ de myrrha, rubeæ

tinctio-

tinctorum ana ʒ.1.misce & fiat puluis pro tribus uicibus, & detur cum brodio aut uino albo. Nota quod quàmprimum menstrua effluunt debitè, tunc non ulterius medelis ad hoc utatur domina patiēs. Contra fluxum menstrualem, dentur trochisci de charabe, phlebotometur basilica, uentosæ apponantur sub mãmillis, nutriatur stipticis, supponatur uuluæ hoc: Recipe baldustiæ, olibani, gallarum, antimonij, acatiæ, aluminis ana. fiat puluis & misce. Femur deorsum epithemetur ex stipticis. Si fuerit ex repletione sanguinis, fiat phlebotomia. Si ex cholera, fiat choleræ euacuatio, ligentur extrema ligatura, imò & coxæ apud inguina, uentosæ ponantur inter duas anchas. Nutriatur uitellis ouorum sorbilium, aqua carnis ualde nutritiua, acetosis ex succo sumach, aqua acetosæ, potibus boni odoris, ex carne bona sorbitionibus humidis, & sumach & amylo, uino grosso, nouo & dulci. Euitet uinũ antiquũ, subtile, cibetur omni cibo uelocis digestionis confortãtis, & arnoglossa est proprium bibita & iniecta, camphora bibita & supposita, lac decoctum cum ferro ignito in quo est scoria ferri, detur in potu cũ stipticis omni die acetositas citri, est enim propriũ. Contra fluxum sanguinis menstruorum post abortum, aut post partum naturalem accipiat sequẽtia:

Recipe

Recipe pilularũ de bdellio ʒ. 1. trochiſcorũ de terra ſigillata ℈. 1. miſce et cum ſyrupo myrtini quod ſufficit, fiãt pilulæ. 9. pro. ʒ Itẽ: Recip. Trochiſcorũ de charabe, de terra ſigillata ana. ℥. 1. miſce, & cũ ſyrupo myrtillorum quod ſufficit fiant pilulæ ut ſupra. Iſtarum pilularum aſſumat ʒ. 1. in aurora. Contra retentionem ſecundinæ: Recip. Ellebori albi & cum eo prouocetur ſternutatio. Item aliquotiens ipſa ſternutante teneat os clauſum & nares, & ſimiliter ad coxam per collum eius. Item obſtetrix immittat manum oleo ſeſamino inunctam, deinde prouocetur ſternutatio, fiat ſternutatio ſemper tẽpore quo non deſcendit, ſtomacho ieiuno tã de die quàm de nocte, cum tanta quantitate ellebori albi quod prouocet ſternutationem trigeſies aut amplius, & ſufficit inſufflando in nares, & ad hoc ſufficit parua quantitas. Item ſupponatur ſtercoris accipitris ʒ. s. Suffumigetur cum ſtercore columbino, cum radice ariſtol. rot. detur in potu ſtercoris accipitris ℈. 1. Notare debes quod omnia prouocantia aborſum educunt ſecundinam, & omne genus gummi, omne genus ſalis, omnes medicinæ calidæ in quarto, quas omnes require. 21. tertij, capite de prouocatione aborſus. Item ſuffumigetur per embotum cum hac decoctione: Recip. Praßij, abrotani, ana. M. 1. olei de

lilio ℥.2.misce omnia simul. Contra præfocationē matricis suppositorium: Recipe galliæ muscatæ ʒ. 1. supponatur adintra uuluã, ligata prius in petia, uel sindone rara. Aliud ad idem: Recipe ligni aloës ℈ 1. musci gran. 5. ambræ, gariophil. galliæ muscatæ ana ℈. s. contundãtur grosso modo & misce, supponatur hoc medicamen in petia ut in alio. Suffumigiũ ad nares: Recipe Pẽnas perdicis uel phasiani q. sufficit, his ignitis suffumigentur nares. Item cum assa fœtida super carbones proiecta. Item cum corio ignito ueteri. Istæ suffumigationes fiant tempore paroxismi præfocationis, aut quãdo timetur sup eius aduentu proximo, incipiẽdo à leuiori. Fricetur os uuluæ cũ digitis tinctis in oleo liliorũ alborũ. Clystere: Recip. Maluæ, florũ chamæmilæ, meliloti, florũ anethi ana. M. 1. uitellũ oui. 1. olei liliorũ alborũ, olei spicæ ana. ℥. 3. salis cõmunis ʒ. 1. isto clysteri utatur stomacho ieiuno & ante paroxismũ, quoniã ualet præuisioni à præfocatione. Item contra uentositatem, cõtra febrem deorsum, & uomitũ, & cõtra tumorem membrorũ solutiuũ facilimũ: Recipe mãnæ ℥. 2. aquæ absinthij ℥. 1. brodij perdicis, pulli uel phasiani q. sufficit misce, uel loco mannæ pone casiã. Ad exitũ matricis uel ani, suffumigatio facta ex corio anguillæ salitæ ualet. Et ad idẽ ualet suffumigatio facta ex limatura plũbi.

De

De ægritudinibus iuncturarum. Cap. IIII.

Quemadmodum Græci & Latini tradunt.

GRæci dicunt arthreticam, quem nos morbum articularem, quod ἄρθρον Græci articulum uocant. Est autem morbus qui articulos infestat, nec idem est morbus articularis, et in Græco chiragra et podagra, quod luculentißime ostendit nobis Plinius naturalis historiæ lib. 26. capite. 11. dicens. Podagræ morbus rarior solebat esse, non modo patrum auorumq; memoria, unde etiam nostra, peregrinus & ipse. Nam si in Italia fuisset, antiquitas Latinū nomen inuenisset, cum ergo Latinum nomen non habeat, non potest esse articularis, cum etiā hic arthreticus dicatur. Recentiores semper arthetică uc[illegible] de quo Serenus sic: Si uero articulos tabes inimica p[illegible] Hæserit, ex ficu betas ac melle ligabis. Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua. Hoc uitio tales fertur meruisse dolores. Podagra pedū est dolor, πούς id est pes, et ἄγρα atrocitas uel infirmitas. Ouid. Soluere nodosam nescit medicina podagrā, uel q; ποδάς, id est pedes, ἀγρεύει, id est capit. Chiragra manuum dolor est, χεὶρ enim manus est, et ἄγρα dolor. Et sciatici di-

cuntur, quibus in coxendice seu in coxæ uertebra, quæ scia dicitur, dolor inest, & propterea claudicant. Podagra raro castratos uel pueros ante fœminæ coitum, uel mulieres nisi quib menstra suppressa sunt tentant, ubi sentiri cœperunt (ut Celso placet) sanguis mittendus est. Id enim inter initia statim factum sæpe annuam, nonnunquam perpetuam ualetudinem præstat. Quidam etiam cum asinino lacte epoto se eluissent, in perpetuũ hoc malum euaserunt. Quidam cum toto anno à uino mulso, uenere si temperassent, securitatem totius uitæ consecuti sunt, idq́; utiq; post primum dolorem seruandũ est, etiam si quieuit. Coxarum morbus de genere articulari est, nisi quod insedit coxæ eius causa est multus & pituitosus humor in coxa concretus. Dolor autem languentibus est ab uertebræ loco, & inguine ad genu usq;, in pluribus autem ad pedem usque transit. Non sola podagricum omnemq́; morbum articularem efficit imbecillitas membrorum, sed etiã humorum contra naturam redundans multiplicatio. Nam cum membrorum nutriendi uis subuulsa fractaq́; est ciborum affluentia, inde concoctiones non sunt, redundatq́; humor in articulos quosuis, ut crura & pedes, manusq́;, neruorumq́; nexus reuinciens dolorem suscitat, mediaq́; articulorum occupat

pat loca, crura media, uel coxas, uel cubitū, uel brachium. Cum autem pedes occuparit perturbans humor, podagra morbus appellatur. At cum in omnes corporis transierit artus causa, iam articularis languor dici consueuit, quo uertebræ spinæ, & scapulæ, & coxendices, et omnis artus morbo subijcitur, quibusdam aures quoq; & dentes & guttur, et quādoq; iecur & lien articulari dolore oblanguet, quibus nisi celeriter succuratur, confestim imminet exitium. Redundans itaq; & affluens humor aliquando biliosus, aliquando sanguineus, aliquando melācholicus, frequenter autem pituitosus ac crudus est, ex ciborum redundantia, & incoctionibus, & ocio conflatur. In articulis nanq; inueterascens dēsescit, & glutinescit. Est & quandoque mixtus, ex pluribusq; constat, tum non facile dinoscitur, curaturq; difficilius aut prorsus incurabilis ægritudo. Principium morbi frequenter labor immensus, & ualidæ deambulationes excipiunt, iugisq; equitatio, ueneris intempestiuus usus, insuetaq; frigida potatio frigidorum, aut multarum aut noxiarum escarū usus, aut uinum multum & austerum. Principales autem causæ quæ suscitant, sunt anxietates & exitiales curæ, & uigiliæ, & reliquæ animi ægritudines, quæ non modo admouent, sed etiam malum humorem

gignũt. Varia nimirũ huius lãguoris est causa. Inde humorum differentiæ multifariæ, biliosus igitur fluxus coloris liuentis, & rufi, & calorem ingerit, acutioremq; efficit dolorem, & properè æditur in cutem absq; ingenti tumore, impositis calidis rebus exacuitur, ut refrigerãtibus remittitur is lãguor. Plus alijs aduenit præcipue biliosis, & in febribus frequenter aduenit in ipsis paroxysmorum accessionibus, cum sitibundi sunt. Atrum uero colorem in melancholicis uideas. Album uero & aquosum in pituitosis, tardioremq; dolorem, ut turgescat, ut sanguineus color est, quibus sanguis humor redũdarit, uictum in cunctis suum esse expedit. Vnguẽtum ad podagrã: Fabæ solidæ, lupinorum ana ℥.4. tere simul & misce adipis suilli lib. imponitoq; ad calidã frigidum, & ad frigidam calidum. Item stercus ciconiæ cum adipe porcino mixtum, podagram curat. Item acatia cum aceto inducta. Iterum raphaninum oleum cum nitro & sale mixtum & inductum curat. Itidem hyoscyami folia tenera cum axũgia et myrrha, aut cum albugine oui, nec nõ fel taurinum cum aloë, mirum creditur. Stercus quoq; pauonis in aceto acerrimo dilutum, calefactum podagræ impositum, sedare mirifice creditur. Cum senseris pedes à podagra inflammari, cape allium contere &

re & illinc, ad diem permitte, ne ſoluas.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.

PAßio ſciatica naſcitur ex humoribus in neruum illum groſſum deſcendentibus, qui ſcia uocatur, hæc inter lacertos eſt coxæ. Fit autem plurimum ex humoribus phlegmaticis & uiſcoſis in concauitate coxæ ſe adunãtibus, aliquando ex humoribus ſanguineis cũ cholera rubea mixtis & ibidem collectis, unde patiuntur dolorem in coxis, aliquando deſcendit dolor uſque ad crura & calcaneum, & uſq; ad paruum pedis digitum, aliquando eſt in una parte, aliquando in utraque. Si autem ſit in ſiniſtro, peior & moleſtior eſt q̃ in dextra Si ex humoribus ſanguinolentis & cholericis, ſequitur nimietas doloris et cõtinuatio pulſationis, et ardor et incenſio, quod maximè contingit iuuenib. Si ex calidis certificetur eſſe humoribus, uena minuatur quæ ſaphena uocatur de calcaneo. Si paßio ſit in utraq; parte, phlebotomentur utræq; uenæ. Gal. dixit, tãtũ ualet hæc phlebotomia ut una die infirmus euadat, aliquando etiã uena in medio brachio eſt phlebotomãda de parte infirma, et maximè in initio hoc fiat, ſi nos adiuuerint tẽpus, ætas, con-

ſuetudo & regio, poſtea danda eſt pharmacia quæ choleram rub. purgat, ſimiliter clyſtere faciamus, nutriamus cum diæta caloris extinctiua, ſæpe balne entur in aqua dulci, demus pilulas de maſtiche & aloë. Vngamus epithematibus frigidis. Podagra eſt dolor calcanei, & plantæ pedis cum diſtentione nerui & pulſatione ſui, naſcens ex malis humoribus ad calcaneum deſcendentibus. Qui ſi calidi ſint & acuti, dolor nimius erit, & pulſatio cōtinua incidens calcaneum, ſi ſint frigidi & groſsi, fit grauitas nimia, & extenſio, & ſine dolore acuto et pulſatione, non eſt tumor. Apoſtemata autem podagricæ & arthetica paſsionis non ſunt tumentia, quia tumor in ſolis membris carnoſis naſcitur, & multū ſanguinis habentibus, horum membrorum humiditas uiſcoſa & frigida eſt nutrimentum, etiam quia ſunt carne nuda non ſunt tumentia. Plurimum naſcitur hæc paſsio ſuauiter & quiete uiuentibus, & exercitia negligentibus, uel purgationes & mundificationes corporis nolentibus, maximè cum multū comedant atq; bibant. Hæ enim res in corpore creeant humores. Si autem materia ſeu natura pedes inuenerit debiles, deſcendent ad eos humores, membra uero cum ſint debilia non poſſunt eos expellere ex defectione ſua, unde hæc paſsio uenit maximè

principibus & suauiter uiuentibus, & corpora humida habentibus, maximè si multo coitu utuntur, et cibis nimijs impleantur. Concatenatio membrorum calefacit cum motus ad coitum fit, & calor humores sibi attrahit. Item assuefactione coitus, nerui laxantur & rumpuntur, plantæ pedum & calcaneũ, membra neruosa esse uidentur, unde fit ut quia non coëunt eunuchi non patiuntur hunc morbum, & si habuerint tamen raro, quod fit eis ex multitudine humorum propter inordinationẽ diætæ. Sicut etiã pueri nõ fiunt podagrici, nisi ex inordinatione diætæ & ciborum multitudine. Mulieres uero non fiũt podagricæ, quia non laborant in coitu sicut masculi, & omni mense purgantur menstruis. Quicquid diximus de podagricis, illud intelligendum est de artheticis. Gal. Podagra, inquit, est passio incipiẽs in Vere, & in Aestate, sanatur in. 40. diebus uel antea. Si in Autũno & usq; ad Hyemem durauerit, durum est eam curari, & quando oportet nos eam curare phlebotomemus eos, si multum sanguinem habuerint, & maximè super manum si in eis sanguinis abundantia uel cholera sit causa. Quod si humores sint phlegmatici, pharmacia phlegmatis purgatiua sunt purgãdi, sicut pilulis de tapsia, uel hermodactylis ut sunt istæ: Recip. Hermodactyl. myrobala

lanorũ citrinorũ ana.ʒ.3.turbith ʒ.1.s. aloës ℥.6. tẽpera cũ ſucco porri. Aliæ: Recip. Myrobal. citrin. bellíricorũ, emblicorum, zingiberis ana ℥.6.origa ni ʒ.11.tapſiæ ʒ.3.hermodact ʒ.33.bdellij ʒ.21. tempera cũ ſucco ſolani fac pilulas. Dioſcorides dixit: Opiũ & crocũ parũ cũ lacte temperatum, mitigant dolorẽ calidæ podagræ apoſtematũ. Frigidis podagricis ualet ſcordeõ cum aceto temperatum, uuæ paſſæ mundatæ, & ruta inſimul piſtata & commixta ualent, axũgia uulturis cũ ſtercore pecudũ. Auicenna: Cum cauſa eſt in eis materia, tũc oportet ut prohibeatur quod efficitur per attractionem ad contrarium, & per minorationem, & confortetur membrũ ut nõ ſuſcipiat, et reſoluatur quod inuectũ eſt ut priuetur, & redi in omnibus illis ad canones uniuerſales. Et facta diuerſione cũ phlebotomia in ſanguinea, adminiſtra uomitũ, & propriè quando dolor eſt in inferioribus, uomitus enim magis iuuatiuus quàm uentris ſolutio, deinde adminiſtra ſolutiuum uentris. Et incipe à re forti ſi non prohibet priuatio maturitatis, & groſsitudo materiei, quamuis facilis ſit incolumior & gradatio cõuenientior, deinde ſequetur cũ ſolutiuis mũdificantib. ſecundũ gradationẽ. Et rectius eſt in hoc, ſi materia eſt cholerica, ſubtilis, feſtinare euacuationẽ cũ uidetur matura-

tura-

turatio, & si est grossa non est malum præmittere, quod etiã subtiliet & maturet. Et si materia fuerit cõposita, fac ut solutiuũ et emplastrũ sint cõposita, licet tamẽ melius sit ut blãde tractetur in principio et nõ fiat phlebotomia, facit enim phlebotomia accrescere humores, et facit eos currere in corpus, et nõ extrahit illud quod necesse est ut abstrahatur. Epithemata uero calida et narcotica omnia sunt nociua, calida quidem propter attractionẽ, sed narcotica propter cõgelationem et cruditatẽ. Et iterũ epithemata infrigidãtia grossum faciũt crudum, & mortificãt subtile, et prolõgant ægritudinem. Et aqua calida nociua est eis, quoniam humectat iuncturas. Et semina fortia, sicut semen fœniculi quandoq; adurũt superfluitatem, & conuertunt eam in lapideitatẽ. Et caue ne in potu des in primis nisi in medicinam debilem, quoniam ipsa mouet materiam, & non facit currere aliquid de quo sit curandum, imò subtiliat fortasse materias congelatas alias, & facit eas currere ad membra. Et facta euacuatione administra prouocationem. Nam prouocatio desiccat materiam doloris iuncturarum, & propriè in podagra calida. Et plures habentium dolores iuncturarum & complexiones humidas, non iuuantur cum solutione plurima, facta potatio-

tatione & clysteri, & cum medicantur diureticis sanantur, extenuati uero non tolerant solutionem & prouocationem plurimam. Et repercußio materiei à membro, non oportet ut fiat materia existente fortis effusionis & plurimæ resumptionis, id est, quantitatis, quoniam illud facit duas res malas, quarum una est quod facit inobedientem materiã, quare accidit dolor magnus, & secunda est quoniã fortasse conuertetur ad membra principalia, quare accidit timor. Et cum materia non est plurima, aut non est magnæ effusionis, tunc non est malum repellere eam in primis, nisi in sciatica, nam repercussio in ea retinet materiam in profundo. Et nõ oportet ut approximentur ei resolutiua fortia in principio rei ante euacuationem, quoniam facit euenire materias plurimas, deinde resoluet subtile earum, & inspissat residuum, & retinebunt ipsum. Cum igitur fortes sunt dolores, & non tolerantur, nõ est excusatio quin tribuantur sedantia dolores ebibita et linita. Et non administres stupefaciẽtia, nisi apud neceßitatem, & mensura illud quod sedat dolorem & summam maliciam doloris, & utere eis cum audacia & temeritate plus. Et scias quod rectius est quod permutatio fiat cum medicinis, quãdoq; enim est medicina conferens uni membro & non alij, &

quan-

quandoq; confert in hora, deinde nocet, & mouet dolorem. Et dimittant uinum omnino, consuetus tamen secundum gradationem, et utatur cum ipsum dimittit diureticis, & syrupus de diureticis cõfert eis. Et oportet ut deuitetur caro in eo quod frigidũ est de hac ægritudine, quod si necessaria fuerit, tũc detur caro auis montanæ, leporis, gazeli, & omnis caro paucarum superfluitatum. Et in hermodactylis quidem creditur causa plurimi iuuamenti, uerũ sunt nociui stomacho, quare oportet ut misceantur cum eis quæ sunt sicut piper & zingiber & ciminum. Et emplastratio cum stercore uaccino, est fortis ualde in doloribus iuncturarum & dorsi, & ieiunium maximè prodest. Rasis: Dolores iuncturarũ & maximè in podagra plurimum fiunt ex humore crudo, cui permixtum est aliquid choleræ, & secundum minus ex sanguine indigesto, & quandoq; est cum eis caliditas uehemens, & non nominatur podagra, nisi quia est in iuncturis pedum, quib. proprium est quod apostema eorum non fit saniosum, & non facit collectionem sanici, sicut reliqua apostemata. Sed aut resoluitur, aut ingrossatur, & fit lapis, & rumpuntur ex eo digiti, & egrediũtur ex eis res diuersæ ex sicco & humido. Et signa doloris iuncturarum ex caliditate, sunt rubedo coloris,

loci,

loci, & caliditas tactus. Cura eius est phlebotomia ex sinistra manu si in dextro, & econuerso. Et si est in pede sinistro, ex manu dextra Et si est in dextro ex manu sinistra, & nõ oportet ut dimittatur phlebotomia in hac ægritudine, propter propinquitatem temporis phlebotomiæ. Sed oportet ut fiat cũ incipit apostema, & dolor, & pulsatio cum caliditate in iuncturis, & præcipue si est apostema quantitatis magnæ & rubei coloris. Si non est magnæ quantitatis, sed est parua caliditas extrahatur sanguis minus. Serapio: Et materia ex qua fiunt istæ ægritudines, fortasse est ex caliditate aut sanguinea, aut cholerica. Et fortasse est ex frigiditate, sicut humor crudus qui non digeritur quando aggregatur in iuncturis, & iste in essentia sua est similis saniei grossæ, & cum moratur in iuncturis tempore longo non solum ingrossatur, sed acquirit uiscositatem multam siccam. Et fortasse est causa huius ægritudinis humor melancholicus. Iũcturæ autem quas consequitur ægritudo secundum plurimum, non redit aliqua earum ad formam suam naturalem, & plurimum accidit hoc in sciatica, & duabus anchis, & podagra. Dolores autem iuncturarum reliquarum fortasse resoluuntur resolutione completa, & proprie quando sunt ex superfluitate sanguinea, nã

quamuis

quamuis redeant iuncturæ ancharũ, aut pedũ in ægritudine ſciatica, & podagra in hora ad diſpoſitiones ſuas naturales, tamen ægritudo redit ex quibuslibet cauſis, propter præparationem illorũ iuncturarum, ad recipiendum materiam uelociter.

Neotericorum de articulari morbo ſententia.

GVtta paßio eſt ex rheumatiſmis proueniens ad iuncturas, & habet tres ſpecies, chiragram, ſciaticam, & podagram. Gutta autem & arthetica apud recentiores medicos ita differunt. Arthetica iuncturarum eſt dolor cum tumore uel ſine, à mala complexione, humore ſeu uentoſitate in ipſarum exiſtente cõcatenatione, cauſatus. Membrũ enim neruis ſeu ligamentis artatum artus dicitur, à quo arthetica nomen accepit. Gutta uero pro cuiuſcunq; interdũ humoris ſtillicidio ad quãuis noſtri corporis partem defluentis accipitur, qualiter uulgares humiditatem quãlibet tam ad pectus quàm indifferenter ad quoduis membrũ aliud defluentem, guttã uocant. Alio modo capitur gutta prout eſt iuncturarum dolor ab humore, in ipſarum concatenatione à membris alijs defluente cauſatus. Quemadmodum enim membra ad ſe inuicem eſcã trahunt, ita ad ſe inuicem ſuperfluitates deponunt,

ut Galenus

ut Galenus in de uirtutibus naturalibus. Sciatica uero denominatur à ſcia, id eſt, ab illo oſſe concauo in quo uertebrum uertitur in anchis ab utraq; parte, & generatur ab humore rheumatizante ad illam iuncturam, & imbibente ligamentum per quod illa duo oſſa continuantur. Hoc ergo reuma ſiue deſcenſus humoris ad iſtam iuncturam multis modis cauſatur, quia tot modis quot generantur apoſtemata & pluribus. Generatur ergo ſciatica paßio ex ſuperfluitate humorum, & debilitate iuncturæ ſuſcipientis, quæ debilitas quandoq; eſt à prima creatione, & quandoq; ab alio euentu, caſu, percußione. Item cauſatur à largitate uenarum aut uiarum, & quandoq; per raritatem iuncturæ, & capacitatē, quandoq; propter ſuperfluā attractionem ibi factā, à calido acquiſito per motum & fricationem, & iterum quia iuncturæ cæteris membris ſunt ſubiectæ, membra enim ſuppoſita ſubiectis membris ſuperfluitates frequenter expellunt, fit etiam quandoq; dolor in iūctura, unde plurimum fit attractio. Rumpitur etiam quandoq; ligamentum, ſed tunc non eſt curabile, & aliquando laxatur & lubricat, unde reſilit uertebrum à ſcia, & bene curatur. Cauſæ iſtæ ſunt antecedentes corporales. Cauſæ autē primitiuæ plures ſunt, ſicut nimia ſatietas, & paucitas,

citas, uel malicia digestiōis, & lōga trāquillitas, & ociositas aßidua, & coitus immoderatus, ebrietas, & crapula, et cōsuetarum euacuationū dimißio, & hæmorrhoidarum cōsuetarum retentio, omnia ista caliditatē diminuūt innatā, sicut ligna plurima paruum ignē, unde sequitur superfluitatū aggregatio, & maximè frigida cōplexione iuuante istas causas: Causa etiam guttarum primitiua, est motus post cibum, uel comestio in balneo, & potus etiam uini puri ante cibum maximè generat guttas, quia illius natura est penetrare ad totum antequàm etiam digeratur, si uias reperiat apertas. Item impuritas spermatis & sanguinis has accelerat paßiones; unde nominantur hæreditariæ à patribus, uel abauis, sicut lepra. Labor iterum immoderatus, & euacuatiões attrahētes humores ad inferiora, causæ sunt guttarū, natura enim superflua expellit ad uiam illam, ad quàm consueuerunt declinare. Item fiunt istæ paßiones per solam & simplicem qualitatem absq; humoris uitio, sicut dicit Alexāder, ut per malam complexionem calidam, frigidam, siccam & humidam. Sed hæc per alterantia de facili curatur. Causæ cōiunctæ humorales aliquādo sunt sanguineæ, aliquando phlegmaticæ, aliquando cholericæ, aliquando melancholicæ, aliquando ex dua

bus, aliquando ex pluribus fit compositio. Sic ergo descripsimus causas primitiuas antecedentes & cō iunctas, quia coniuncta appellatur humor replens. In iuncturalibus membris diuersæ nascūtur passiones sicut sciatica, arthetica, apostema, spasmus, chiragra, podagra. Apostema uero fit de materia coarctata in membro carnoso. Dolor enim fit ex humiditate, uel uentositate in uno loco coarctata ad apostema. Spasmus fit ex neruorum repletione cō trahente membrum, & abbreuiante. Sciatica uero, chiragra, podagra, quæ tria generali nomine appellantur gutta, magis fiunt ex humiditate replente ligamētum ipsum. Arthetica est dolor & tumor qui in concatenatione, aut cōcauitate membrorum est descendens, aliquādo à scia usq; ad genu, uel ad calcaneum, uel ad omnes digitos pedum. Arthetica igitur fit ex humore eodem, ut gutta ad exteriora se extendente. Vnde fit cum tumore, ut habetur ab Isaac in Pantegni. In scia uero, uel podagra non est tumor, sicut dicit Galenus super illum Aphoris. Podagricæ ægritudines in 40. diebus &c. Vnde aliquando primo fit podagricus, & post artheticus cum à ligamento humiditas spargatur, cum ergo podagrici fiant, & post arthetici, non tamen impedit, quin aliquando fiat è conuerso, ut primo

fiat

fiat dolor & tumor in iunctura, & postea materia in ligamentum profundatur, & fiat podagra. Et quæ est comparatio podagræ ad artheticam eadem potest esse sciaticæ & chiragræ ad podagrã. Idem enim regimen esse debet chiragræ & artheticæ. Et licet uideatur esse eadem cura sciæ & podagræ. Hæc in summa pauca repetamus. Dico igitur, quod cura podagræ est per digestiua, & per laxatiua suauiter, & per resoluentia eius quod est in iunctura imbibitum, & per completam mũdificationem, & per confortantia iuncturas, & similiter loca uicina ne recipiant amplius rheumatismũ, qualia sunt frigida & sicca, uel frigida cum pauca humiditate, ut si cholera acuta sit in causa. Et scias quod ultimo loco ad confortandum membrum mortificatum, potest uti talibus mundificatiuis cum excellentijs. In principijs cõfortationibus talibus est utendum aliquando, ut quando humor est in fluxu, uel quando acutißimus est dolor, & ad dolorem mitigandum, sed sic non debent esse fortia, sed quantumcunque potest debilia, ne humor indigestus induretur. Et huiusmodi patientes in abstinentia uiuere debent, & uti paucis cibis & digestibilibus in frigida causa. In causa uero calida grosßiori possunt uti diæta, sicut carne bouina,

& uentribus arietum, ut uult Alexãder, quia ex his humor generatus, cum sit grossus non penetrat ad iuncturam, & choleram uincens, non cõuertit diætam grossam in choleram adurendo, unde sic causa antecedens, uel cõiuncta non generatur. Isti tamen patientes de cholera, nunquã debẽt uti uino, quod si pati non possunt, in hyeme parum bibant uinum cum aqua plurima, in uere uel æstate nullo modo. In frigida uero causa parũ prodest uinum, quia subtilitate sua cito penetrat, deportans secum humores, minus tamen lædit quàm si esset de materia calida. Item tales acetosa semper fugiãt, quia eorum est proprietas percutere neruos, & iũcturas penetrare. Canones uniuersales contra sciaticam. Primus: Educãtur materiæ superfluæ in uijs ductuum. Secundus: Minoratiuæ soluantur materiæ propriẽ doloris sciaticæ antecedentes, & transituræ in coniunctas. Tertius: Diuertantur materiæ antecedentes à membro, uel membris mandantibus ad sciaticam. Quartus: Digerantur paulatinè materiæ antecedentes & coniunctæ sciaticæ. Quintus: Eradicentur paulatinè dictæ materiæ. Sextus: Prouocentur per urinam dictæ materiæ. Septimus: Educantur euaporatiuæ, seu per cutis porositates dictæ materiæ. Octauus: Confortentur uirtutes membro-

rum

rum mittentium ad ſciaticam, ne de nouo generent humores ſuperfluos. Nonus: Confortentur ambæ ſciaticæ, ne humores ſuperfluos recipiãt. Enema reducens materias ſuperfluas cõmunes in uijs ductuum: Recip. Foliorum bliti, maluarũ ana M. 1. mercurialis M. 1. s florum chamæmilæ, meliloti, anethi ana M. 1. ſeminum fœnugræci, lini, cartami ana unc. s. uitellum oui 1. caßiæ fiſtulæ, unc. 1. benedictæ ſimplicis, ſacchari roſati ana unc. s. olei liliorũ alborum unc. 4. chamæmilæ unc. 2. ſalis communis ʒ. 2. herbæ, flores, ſemina bulliant ſimul in ſufficienti quantitate aquæ pro enemate, uſq; ad conſumptionem tertiæ partis aquæ, deinde optimè exprimantur & colentur, ultimo de duobus cyathis dictæ colaturæ, reliqua omnia addantur & fiat clyſtere. Iſto utatur bis in hebdomada ſtomacho ieiuno, & plus, & minus ſecundum neceßitatem. Minoratiua materias proprias doloris ſciatici antecedentes, & tranſituras in antecedentes. Fiat phlebotomia baſilicæ ex manu lateris oppoſiti ſciaticæ ægrotæ, ex qua extrahantur unc. 4. ſanguinis uſq; ad 6. & plus, & minus ſecundum uniuerſalem repletionem, & particularem ſanguinis, aut phlegmatis mixti cum eo. Iſta fiant mane hora tertiarum ſtomacho ieiuno, facto enemate in die præcedenti

dictam phlebotomiã, & eodem mane prius habito uentris beneficio, & non iteretur nisi incumbente necessitate. Solutiuum minoratiuum materiarũ propriarum: Recip. Caßiæ fistulæ, rheumbarbari ʒ. 2. aquæ saluiæ unc. 1. seri caprini unc. 2. istud assumat in aurora, quarta uel quinta die post phlebotomiam cum modis & ordinibus. Minorentur materiæ, propriè antecedens & coniuncta cum abstinentia, & exercitio secundum proportionem ipsarum ad uirtutem, in omnem tamen euẽtum ieiunet semel in hebdomada, in quo comedat oua, non pisces, nec caseum. Solutiuum aliud: Recip. Foliorum sene ʒ. 1. myrobalanorũ citrinorũ, & chebulorum ana ℈. 2. cum syrupo de absinthio ℥. 1. aquæ iuniperi quod sufficit, misce & fiat potio. Si uero uoluerit infusionem solum quadruplicet sene, & triplicet, aut duplicet myrobalanos. Diuertatur materia cum uomitu, & fricentur brachia. Digerentia paulatinè materias antecedentes & coniunctas: Recip. Syrupi de eupatorio unc. 1. mellis rosati colati unc. s. pulueris aristolochiæ rotundæ ʒ. s. aquæ saluiæ unc. 2. iuniperi unc. 1. Istum syrupum debitè calidum assumat, & non tepidum in aurora, & ad minus per nouem horas post cœnam, & post stet ieiunus horis quatuor. Euacuantia materias dictas

eradi-

eradicatiuæ paulatinè: Recip. Pilularum iuuamenti secundum Auicennam de lapide armen. agarici ana ℈. 1. & cum electuario indo, fiant pilulæ &c.

Aliud: Recip. Pilularum de hermodactyl. ℈. 2. fœtidarum ℈. 1. misce, & cum electuario indo formentur pilulæ. Aliud: Recip. Cimini, armeni, zingiberis ana grana 3. hermodactylorum ʒ. s. aloës ℈. 2. misce, & cum succo anethi formentur pilulæ. Cõpletis duabus euacuationibus ordinarijs ex minoratiuis & digestiuis, tũc per sex dies, post fiat phlebotomia, & extrahatur ex sciatica ℥. 3. sanguinis. Phlebotomia tamẽ saphenæ fiat, si dolor est in parte syluestri sciaticæ, ex qua extrahatur sanguis ut ante. Si suprascriptæ phlebotomiæ non iuuent, fiet conuenienter tunc phlebotomia poplitis, & est melior suprascriptis, siue dolor sit in parte domestica, siue syluestri sciaticæ per quàm extrahantur unciæ tres sanguinis. Et hæc fiat per sex dies post præcedentem phlebotomiam, secundum tamen tenorem uirtutis. Euacuantia prouocantia materiam antecedentem: Recip. Radicum fœniculi, petroselini ana M. s. brusci, asparagi ana Manipulum 1. cicerum rub. unc. 3. misce, & bulliant in sufficienti quãtitate aquæ ad semidecoctionem, deinde colẽtur & decoctiõe utatur cum modico sacchari.

Educentia materiam coniunctam à concauitate sciaticæ cum euaporantibus: Recip. Sauinæ, rutæ, ana M. 1. radicum utriusque aristolochiæ ana M. s. hyssopi siccæ M. 2. calamenti M. 1. sulphuris uiui drachmas tres, aquæ cisternæ quod sufficit, misce & bulliant usque ad consumptionem tertiæ partis.

Rubificatiuum eductiuum materiæ coniunctæ à concauitate sciaticæ: Recip. Emplastri de sinapi Mesue quod sufficit ad rubificandum locum ubi est dolor fixus, pinguedinis gallinæ drachmam 1. s. radicis altheæ drach. 2. misce. Ceratum: Recip. Picis naualis unc. 2. sulphuris unc. s. olei, spicæ quod sufficit ad conficiendum ceratum, misce. Rubificatiuum & eductiuum ad idem: Recip. Seminis rutæ syluestris, baccarum lauri ana drachmam 1. pulpæ colocinthidis drach. s. ameos, calamenti sicci ana M. s. opopanacis, armoniaci ana drach. 2. nitri drachmam 1. s, sulphuris drach. s. picis naualis drachmam unam, olei de costo ad impinguendum quod sufficit, misce pro emplastro. Euaporatiuum & est ceratum: Recip. Opopanacis drachmas 3. hyssopi siccæ M. 2. radicum aristolochiæ rotundæ unc. s. calamenti M. 1. picis naualis unc. s. olei costini quod sufficit, misce & fiat ceratum. Contra guttas & dolores earum: Recip.

Myrob

Myrobalanorum chebulorũ unc.2.s.turbith drachmam unam,zingiberis scrup.2.seminis petroselini drachmas 2.ameos domestici drachmas 2. s.sacchari albi ad pondus omnium puluerizentur & capiatur pro uice drachmas 4. in aurora cum uino bono calido,& facit asellare ter uel quater suauiter, & est medicina secura, nec est custodia nisi quod cœna ante assumptionem sit per octo horas, ut melius operetur medicina. Contra nodositatem iuncturarum manus, & aliquantulum stuporem: Recip. Muscilaginum seminum lini,fœnugræci,muscilaginũ altheæ ana unc.s.pinguedinis gallinæ unc.1.tragachanti, gummi arabici ana drachmam 1.pulparũ sebesten unc.1.pulueris calamenti unc. s.olei liliorum alborum unc.1.terebinthinæ unc.2. ceræ quod sufficit pro cerato, misce & fiat ceratum. Istud ceratum partibus manuum læsis apponatur,& debitè ligetur,et taliter tribus diebus teneatur,deinde soluatur,& postea reiteretur applicando taliter secũdum necessitatem. Si uero uult unctionem, tunc minoretur quantitas ceræ in hoc medicamine, & totum hoc redigatur in formam unguenti & ungantur loca manuum læsa stomacho ieiuno,uidelicet, per unam horam ante prandium, & ante cœnam tantundem, etiam quando

uadit dormitum, & eo taliter utatur ad libitum frigido & recenti, & est singularissimum.

Libri quinti Simph. Champ. De morbis particularibus, finis.

DE AEGRITVDINIBVS CVTIS PER modum supplementi, libro præcedenti quinto adiectum.



MPETIGO est, *quæ uulgo uolatica dicitur, secundum alios fœdatio cutis serpens cum prutu, secũdum alios sicca & aspera scabies, & prominens. Alij diffiniunt morbum similem scabiei squamosum corpusque dehonestantem. Cassius uero Fœlix ita dicit: Impetiginem Græci* λειχῆνας *dicunt, Latini zernas. Nascuntur ex melancholico humore rotundo, sichemate*

ſchemate in ſuperficie cutis cum ingenti pruritu, dicit & ſerpiginem dici, cum ſerpere cœperit, & dicitur impetigo ab impetu. Vnde Samonicus: Si uero uitium eſt quod ducit ab impetu nomen. Hoc matutina poteris cohibere ſaliua. Ab impetigine uenit impetiginoſus, quo nomine utitur Vlpianus ff. de edi. edictorum l. Pomponius dicens. Trebatius ait: Impetiginoſum morborum non eſſe neque uitioſum, ſi eo membro ubi impetigo eſſet, æquè ac rectè utatur.

Lepra & Pſora Germani (ut uolunt) ſunt morbi, ideo à Paulo Aegineta ſimul deſcribuntur in hanc ſententiam: Lepra & pſora ſunt in ſuperficie cutis aſperitates cum pruritu, & reſolutione ex melancholico humore ortum habentes. Sed lepra quidem cutem profundius depaſcitur in orbem procedens, atque in ea quædam ueluti ſquamulæ reſoluuntur. Pſora uero magis in ſummo conſiſtit, uarijſq́ue modis figuratur, & furfuracea corpora abijcit. Lepra igitur apud Paulum Aeginetam, eſt impetigo excorticatiua. Apud Auicennam: Sicuti impetigo non excorticata, apud eundem eſt lichen, apud Græcos elephantia, uel elephantiaſis, teſte Paulo Aegineta, eſt cancer totum corpus occupans. Lepra, ut inquit Galenus,

paſſio

paßio ſolius cutis eſt, ſed in elephātiaſi non modo cutis, ſed carnes etiam atq; oſſa, ut Celſus quoq; teſtatur, plerunq; uitiantur. Illud autem admooendū, aliud morbi genus ſignificari uerbo elephātiaſis in libris Arabum, aliud in libris Græcorū. Raſis quidem atq; Auicēna elephātiaſim accipiunt pro morbo, in quo pedes & crura ſuper modū intumeſcūt. Galenus & Paulus Aegineta, omnesq́; Græci autores morbum uolunt, quem Auicenna & medici iuniores lepram appellant. Elephantiaſi autē, qui laborāt (ut inquit Galenus) carnem habēt nigram & tuberibus plenam, qualis eſt cutis elephātum, non nulli dictā exiſtimāt ob morbi magnitudinē, q nulli ferè remedio ſuccumbit. Et Plinius differētiam inter lepram & elephātiam uidetur uelle, dum dicit lib. 28. cap. 9. Serum lactis quod ſchiſtum appellauere, datur comitialibus, melācholicis, paralyticis, in lepris elephantijs, articularibus morbis. Et idem lib. 26. cap. 1. Diximus elephātiaſim ante Pompei Magni ætatem non accidiſſe in Italia, & ipſam à facie ſæpius incipientē in nare, prima ueluti lēticula, mox inualeſcēte per totum corpus, maculoſa uarijs coloribus &c. Inde leproſi elephantiaſi & elephantioſi, quibus omnibus utitur, Firmicus Maternus non ſemel.

Vitiligo

Vitiligo totius corporis est uitium. Nam uitiligi nem faciũt diuersi coloris maculæ per omnia mem bra dispersæ. Et dicitur uitiligo à uitio, uel à uitulo, propter eius membranæ candorem qua nascitur in uolutus. Iosephus libro septimo Iudaici belli: Nec enim leprosis siue uitiliginosis, & semẽ fluentibus, quos Gonoticos uocant, neque mulieribus menstruo cruore pollutis, neq; alijs inquinatis participare sacrificia permittebantur. Isto Iosephus siue interpres Rufinus uidetur non multum distinguere uitiliginosum, hoc est, uitiligine infectum à leproso. At perperam legitur gonoticos apud eundem, gonorrhœos enim dicẽdum fuerat. Sunt enim gonorrhœi semine & genitura fluentes. Γονὴ enim semen humanum, & genitura dicitur, & ῥέω, id est, fluo. Alij etiam perperam gonorrhœos legunt.

Porrigo est, ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, hæc quoque à cute resoluuntur, & interdum madent, multo sæpius siccæ sunt, id euenit modo sine ulcere, modo exulcerato loco, huic quoque modo malo odore, modo nullo antecedente, feréque id in capillo fit, rarius in barba, aliquando etiam in supercilio. Et dicitur porrigo, porriginis, penultima producta à porrigendo, id est extendẽdo, crescendo enim extẽditur, & inde

porri-

porriginosus, qui porrigine infestatur.

Parotides sunt apostemata secus aures, παρὰ enim ad significat, & ὦτα aures dicuntur. Paradontides siue paruludes sunt tubercula iuxta gingiuas cum caro in gingiua excreuit.

Lentigo est macula subruffa, & interdum nigra in facie, et alibi, ad lentis similitudinem, dicuntur & lenticulæ, & Græcè hypopie.

Clauus genus est ulceris, quod nonnunquàm alibi, sed maximè in pedibus nascitur, doloremq́; si non aliâs tamen ingredienti affert, & qui clauum habet morbosus est, ut dicit Vlpianus ff. de edi. edicto. Plinius 26. Clauos pedum extrahit ladanum cum castorio, uerbenaca ex uino, quo morbo perijt Syluius italicus egregius Poëta.

Myrmeciæ sunt uerrucæ, siue ulcera duriuscula, quæ radices altius exigunt, & nascuntur aut in palmis, aut in inferioribus partibus pedũ, & sunt in lupini amplitudine, sic dictæ, quia formicæ modo pungant, quas Græci μύρμηκας uocant. Græci igitur quædam genera uerrucarum μυρμηκίας, & ἀκροχορδόνας appellant. Sunt autem acrocordones amplitudine fabæ. Verruca autem est tuberculum caroq́ue dura & callosa sine pruritu, porrus uulgo dicta. Serenus: Interdum existit turpi uerruca

pi uerruca papilla. Inde uerrucosus uerrucis plenus, & uerrucaria herba à Latinis dicitur, quæ uerrucam tollit.

Fistula est ulcus altum, angustum, & callosum in corpore, siue ex uulnere sit, siue ex uitio orto, quod ad suppurationem uenerit, cuius meminit Iurisconsultus ff. de uarijs & extraord. cog. dicens. Medicos accipiet forsan qui alicuius partis &c. utputa auricularius, si fistulæ, si dentiũ. Inde Auricularius medicus, et Dentarius, q aures uel dentes curat.

Scrophula uel scropha dicitur esse tumor sub aure, de quo ita refert Perottus Sipontinus: Est tumor in quo subtus concretæ, quædam ex ex pure et sanguine quasi glãdulæ oriuntur, et à scrophis, quo iam eo morbo afficiuntur nomen accepit.

Gemursa morbus est inter pedum digitos gemitum inducens, de quo Plinius lib. 26. in Prologo.

Sacer ignis, est morbus quem sancti Antonij ignem uocant. Dicitur & pruna, et ignis Persicus, & carbo. Et à Dioscoride uocatur Erysipelas. Alij formicam miliarem uocant. Dicitur item Antrax. Magna tamen apud Arabes & medicos recentiores de pruna & igne persico, uel sacro ambiguitas. Alij prunam atq; carbonem nõ idem malũ, sed diuersa existimant, cum tamen quod ab Auicenna

pruna

pruna dicitur, à Galeno carbo Latinè uocatur, & Græcè ἄνθραξ. Alij quamuis idem significant Græcè antrax quod carbo Latinè, differre tamen uolunt, sed de his modis & scrupulis nihil ad me. De carbunculo ita loquitur Plinius libro 26. capite primo: Carbunculus morbus est, qui nascitur in occultißimis corporum partibus, & plerunque sub lingua duritia rubens, rarius modo, sed nigricans capite, aliàs liuido corpus incendens, neque tumescens sine dolore. Et Celsus in sexto: Solent etiam carbunculi ex inflammatione nasci, nonnunquàm in ipsis oculis, nõnunquàm in palpebris &c. Inde carbunculantes dicuntur à Plinio, qui carbunculum patiuntur.

Fungus, est ulcus in sede simile fungo terrestri, quem morbum recentiores putant esse ficum, sed Ficus uel σῦκον, uel σύκωσις Græcè quod est idem (ut uult Celsus, & Græci) in barba, & capillo est, hoc est, germina quædam cum ulcere rotunda cum rubore, quæ dolor sequitur. Et dicitur ficus, quia fici similitudine caro excrescit. Mariscæ uero tubercula quædam cum ulcere ex turpi confricatione circa sedem nata.

Condyloma morbus est, qui nascitur circa coronã podicis, tuberculũ, uidelicet, sanabile, et nascitur ex quadam

ex quadam inflammatione, iuniores medici uocant eminentes tumores, nūc molles, nunc duros figura rotunda nihil eminentes.

Cancrena caro est mortua, ex ulcere, uel inflammatione & rubore albescens, cum uero nigricans insensibilis fit, & fit maximè inter ungues & alas & inguina, & senibus ferè, atque his quorum corpus mali habitus est.

Furunculus est tuberculum acutum cum inflammatione ac dolore in carnosis maximè partibus, de quo Serenus: Cum sanguis nimius puro commixtus atroci Aestuat, & papulas alte sustollit acutas. Resina misces et saxis ordea fracta, dictus sic quasi fur noceat.

Ozena, ut Cornelius tradit, est cum ulcera circa nares sunt, pluresúe crustæ, & odorem fœdum habent, cui malo uix mederi potest.

Polypus est humor præter naturam in naribus consistens à similitudine Polypi marini piscis cognominatus, quod eius carni similis sit. In hoc autem morbo, caro interiora nasi occupat intumescens, agitq; radices plurimas, quæ tanquàm pedes sunt. Inde polyposus qui patitur polypum, cuius meminit Vlpianus. ff. de edil. edic. dicens eum esse morbum, ibidem in glosa. Accursius Poletarius grammaticus

uariam & falſam differentiam refert, quoad quantitatem inter polypum piſcem & morbum dicens: Polipus eſt piſcis, polypus læſio carnis.

Carcinoma eſt cancer morbus, fit maximè in ſuperioribus partibus circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum, & in iecore, aut ſplene hic naſcitur, color eius rubor eſt, curationibus irritatur. Cuius tres ſpecies ponit Celſus in quinto. Primum cacoëthes cum ulcus quidem preſſum eſt, ſed quæ circa ſunt intumeſcunt. Secundum ſine ulcere. Tertium quod thymium uocant. Et cancer canceris dicitur, pro morbo enim generis neutri, et cācer cancri apud Catonem in maſculino reperitur, ineptit, ut alibi, in hoc uocabulo græciſmus.

Pterygium, ſecundum Celſum, eſt quando recedit ab ungue caro cum magno dolore, uideturq́; diminutiuum eſſe à πτερὸν, id eſt ala quam tūc maximè efficere uidetur caro ab ungulis diſcedēs. Pterygium, in oculis uocatur membranula quædam neruoſa, quæ oriens ab angulo nonnunquàm ad pupillam uenit, ei quoq; officit, ut dicit Celſus in ſeptimo. Pterygium uero in digitis apud Paulum Aeginetā, eſt cum caro excreſcit partem illam contegēs, quæ eſt in ungue. Pterygium, inquit, appellatur, quod uitium ex paronychia ferè naſcitur.

Alope-

Alopecia morbus est in capite humano & barba quæ fit ex uitio humorum, cum profluuio capillorum proueniēs, dicta à uulpe quæ Græcè ἀλώπηξ dicitur, quod ea crebro id genus morbi patiatur.

Genera morborum quæ in pudibundis circa testiculos oriuntur sunt, teste Celso in septimo medicinarum: Enterocela quæ dicitur cum intestina dilabuntur in scrotum. Epiplocela, cum omentū in scrotum descendit, Hydrocela, cum in alterum ex testibus humor confluit. Has omnes species generali uocabulo (quoniā specialia apud Latinos non habent) nostri uocant hernias à duricie pellis, quæ fit post intestinorum descensum, hernium enim durum & asperū lingua Sabinorum dicitur. Inde herniosus, ut dicitur Leuitici 21.

Ramex uero has habet species. Procelam, quæ est cum ex abscessu aliquo circa scrotū materia subduruit. Sarocelam, cum in ipso scroto concreuit caro. Cirsocelam, cum uenæ intumescunt tunicis testium integris, uel in ipso scroto, uel cum bubonocela dicitur in inguine. Plinius tamen enterocelam dixit ramicen. Inde Græcè κηλῆκοί, à nostris ramicosi & herniosi dicuntur. Est etiam, ut obiter tangā, scrotum pellis, quæ testiculos continet, Græcè ὄσχεον dicitur teste Celso.

Planci appellantur, qui ſupra modum pedibus plani ſunt. Scauri uero ſunt, qui extantes talos habent. Panſæ, quorum pedes incurui.

Pernio eſt morbus pedum ex nimio frigore proueniens, & calcaneum infeſtans, cuius diminutiuũ perniunculas.

Hæc ſunt quæ tumultuaria tantum lectione de morborũ nominibus collegi, collecturus plura inpoſterum.

DE AEGRITVDINIBVS CVTIS. LIBER.



MPETIGO & ſerpigo de genere ſunt ſcabierum, & ſunt de materia calida & ſicca, multum ignita & ſuperincenſa. Impetigo tamen magis fit de materia magis ignita, & impetuoſa magis quàm ſerpigo, unde perambulat locũ in circuitu ſurſum & deorſum occupans. Serpigo uero fit de materia magis groſſa & minus incenſa, unde nec ita mouetur ſurſum ſicut prima, ſed magis deorſum in gyrum occupat locum

cum. Impetigo duobus modis fit, uel enim est æqualis in superficie corporis, & fit de cholera nigra et fece sanguinis, aliquando cum prurigine, uel superficietenus combusta, cuius color est citrinus, uel rubori continuus siue contiguus, & est furfurea, fissa & pruriginosa, nascens de materia melancholica uel cholerica, nimis incensa. Prima species, ut uult Isaac, medicabitur cum phlebotomia & pharmacia, humores incensos medicantibus. Secunda cum medicina choleræ nigræ purgatiua, balneum aquæ dulcis assuescat, lauetur cum furfure, farina fabæ, ungatur oleo frumenti, aceto, pomi citri, carui, pistata furfure cum aceto, cinere cum fœminino lacte, ellebori nigri cum aceto, & acatiæ ʒ.7. gummi arabici ʒ.6. cum aceto, unde post lauetur cum aqua dulci, & ungatur cum oleo rosaceo, & lapatium acutum mixtum cum aceto, omnia extirpat. Differt autem à lepra & morphea, quia tales fiunt de materia frigida & sicca incinerata. Ista uero de calida, unde locus uritur cum pruritu & asperitate cutis. Contra scabiem: Sumat patiens decem uicibus serũ caprinum cum isto puluere, quantum capi potest tribus digitis: Recipe folliculorum senæ ʒ.2. cinnamomi, seminis anisi ana. ℈.2. postquàm sumpserit hoc sumat ℥.s. confectionis hamec maioris secũ

dum Mesue, distemperetur cum aqua calida. Deinde de tertio in tertiũ diem sumat unc. s. huius mixtionis mane ante diem cum aqua calida: Recipe dia catholiconis unc. 2. confectionis hamech prædictæ unc. 1. misceantur. Facta purgatione lauet crura et brachia cum aqua extinctionis ferri & æris, in qua bullierint radices lapatij acuti ieiuno stomacho. Vnguentum pro scabie, facta purgatione: Recipe succi lapatij acuti, succi spatulæ fœtidæ, succi scabiosæ, succi fumiterræ omnium ana. ℥. 3. axungiæ porcinæ uetustæ ℥. 2. s. auripigmenti, ellebori albi, sulphuris uiui, thuris, masticbes, lithargyri ana. ʒ. 2. argẽti ui ui extincti ʒ. 1. s. liquefiat axungia et misceatur cum succis prædictis, deinde ponantur omnia subtilissime puluerizata, & incorporentur simul, postea addatur aceti, et parum olei. Ad scabiem grossam balneum: Recipe sulphuris, aluminis ana. lib s. fumiterræ, chamomilæ ana. M. 3. aquæ scabiosæ ubi extinguatur ferrum, amphoram unam, & sumatur de alia aqua quantum sufficit & balneum fiat in tina.

Lepra ab Auicenna sic describitur. Lepra est infirmitas mala proueniens ex dispositione malæ complexionis in toto corpore, quare corrumpitur complexio & forma & figura ipsius, & forsitan soluitur in fine continuitas ita ut scindantur membra

bra & ulcerentur, & cadant pili, & est quasi cancer communis toti corpori, aliquando tamen ulcerantur membra, sicut in illa quæ fit de phlegmate, siue de melancholia phlegmatica. Et est quædam lepra quæ tardè augmentatur, ut est phlegmatica uel melancholica. Alia quæ cito augmentatur et cõfirmatur, sicut cholerica & sanguinea. Est autem lepra secundum Isaac in uiatico quadrifaria, uel enim est de corruptione sanguinis & uocatur alopecia, altera de cholera rubea, & dicitur leonina, alia de cholera nigra, & dicitur elephantia, quarta de phlegmate, & dicitur tyria. De corruptione sanguinis, rubet cutis & putrida est nimis, tumet sanguis, & sanies inde fluit, de cholera rubea est pectus siccum, fissuræ manuum & pedum, contractio & macilentia, huius calor si augmentetur magis quàm siccitas, articuli separantur & cadunt. Si de cholera nigra sit, cholor erit niger, & putrescit & grossescit, grauescunt sensus, scinduntur manus & pedes, contrahuntur digiti. Si de phlegmate humescit corpus, glandes nascuntur, color est albus, oculorum fluxus. Oportet autem, cum medicari disposuerimus, incipiamus à purgandis humoribus illis corruptis. Galenus: Diuturnum morbum medicaturi incipiant à medicãda sua materia,

& à corpore expellenda, quod ſi de corruptione ſit ſanguinis, phlebotomemus de uena mediana. Quod faciendum erit cum materia intra uaſa ſit, ſi enim ſit extra uaſa phlebotomia erit cauenda, cum multum ei noceat. Intelligitur extra uenas eſſe de corruptione figuræ infirmi, & puſtulis in facie & putredine in toto corpore, unde dimittenda phlebotomia, & accipienda pharmacia. Nutriamus eũ diæta ſubtili, non conuertibili neq; corruptibili. Galenus in quadam ſui particula, ubi de melancholia loquitur, inquit, ſecundum quod expertus ſum, ſi quis uoluerit purgare hanc materiam, & mundificare corpus, inde fortiſsima medicina incipiat, & ita forſan ne augmentetur materia prohibetur, & ſi fuerit cancer, idem oportet nos facere, ſi medicina noſtra corpori proficiat, & color melioretur morbusq; declinet, & infirmus confortetur. Medicinam hoc facientem aſſuefaciamus, & cum magnis medicaminib. adiuuemus, ſicut hieralogodiõ, & apozemate de epithymo, ſero cum epithymo utatur. In intermiſsione, & cum non ſit tempus dare catarticum, demus theriacam magnam factam cum pinguedine & carne tyri. Galenus nunquam, inquit, uidi in uita mea hominem hac infirmitate plenarie liberatum, niſi qui biberit uinum in quo tyrus

cecide-

ceciderit, & ibi computruerit, hunc enim uidi excoriari, & cute expoliari, cum uinũ illud ebiberit. Vnde certificaui cum testimonio usuali quod dixerunt antiqui de carne tyri, uel de pinguedine, et sui iuuamenti magnitudine, in hac & omni dura paßione. Purgato autẽ corpore supradicto medicamine, debemus seligere theriacam & similia corpus custodientia, putredinem mundificantia, præcipiatur ut balneetur, sed non tamen aquis dulcibus. Iterum iuuat incensio & diætæ obseruatio, & cibi paruitas, interrogatus autem Galenus, quæ medicina summa habeatur, inquit: Abstinentia.

Morphea mutatio interpretatur, quando color naturalis cutis mutatur in calorem nõ naturalem, & est corruptio sanguinis, unde nutritur corporis cutis sine macula intercutanea carnis, cuius causa est uniuersalis defectio uirtutis digestiuæ, quæ cum defecerit sanguinem corrumpit, & ad cutem ueniens eam nutrit, si autem eius qualitas sit phlegmatica, alba fit morphea, si de cholera nigra, nigra erit morphea. Est autem morphea triplex, uel enim est liuidi coloris, nascens de cholera & sanguine, uel nigra, nascens de sanguine melancholico, uel alba, & est de phlegmate salso, in quibus tribus generibus sanguis non est minuendus, sed oportet ut fore

ti purgetur medicamine, ſicut hierapicra, hieralogodion, & ſimilia. Vomitus detur ſemel in menſe. Abſtineant à cibis malos chimos generantibus & dure digeſtibilibus, ſæpe balneentur. Galenus morpheam medicari præcepit poſt mundificationem corporis, ungatur autem corpus cum calce & anacardo & tapſia, aloë, lithargyro, acatia, ſulphure, elleboro albo. Item Galenus: Apij ſylueſtris ſuccus ualet cum lacte ficuum mixtus, ſulphur & tragachantum idem faciunt, ſanguis leporinus ualet, capparis radix ualet ſimiliter cum aceto, bibat autem de hoc antidoto: Recipe myrobal. citrinorũ, chebulorũ, belliricorũ, emblicorũ ana. ʒ. 15. pulverizentur hieræpicræ ʒ. 18. ſiſeleos ʒ. 15. fumiterræ ʒ. 30. ſenæ ʒ. 20. agarici, turbith. ana. ʒ. 30. tapſiæ, acori ana. ℥. 8. fac puluerem adde mel quod ſufficit dans ʒ. 2. uel. 3. Vnguentum morpheæ ualens omnis coloris: Recipe tapſiæ, condiſi, rubeæ, ſinapis, nigellæ, radicis pyrethri ana. ʒ. 3. colocyntidis, ellebori nigri, capparis radicis, rutæ, aluminis, ſtaphiſagriæ, nitri ana. ʒ. 1. s. euphorbij, ſcamonij, ſalis armoniaci, ſandarachæ, ameos ana. ℈. 2 fac puluerem, tempera cum aceto, unge.

Scrophulæ & glãdulæ morbi ſunt cõſimiles, tamen differunt in materia, quia glandulæ fiunt de materia

materia in qua phlegma dominatur. Scrophulæ uero magis fiunt à dominio melancholiæ, fiunt autem huiusmodi apostemata siue paßiones, frequentius in collo & sub ascellis & inguine. Scrophulæ semper plures reperiũtur, glandula quandoq; una sola apparet. Glandulæ sunt molles, scrophulæ uero duræ & solidæ in modum lapidis secundum Isaac in uiatico: Scrophulæ sunt dura apostemata in molli carne nascẽtia, quæ sunt medicãda unguentis emollientibus, & emollitiua sunt superponenda putridæ carnis corrosiua. Deinde alia medicamina desiccatiua & claudentia. Dioscorides: Ireos cocta & cataplasmata ualet, quia humectat. Similiter ficus nõ maturæ & coctæ, yreos cum aristolochia & dialthea mixta. Ad mundificandas scrophulas ualet, farina lupini cum aqua temperata. Item elacterij radix pistata cum rhamno ualet, capparis radix cocta & pistata ualet. Nitrum & frumentum emolliunt. Cõfectio ualens apostemati in collo et scrophulis: Recipe aristolochiæ ℥.1. zingiberis ʒ.1.s. tẽpera cum aqua & desuper pone. Aliud: Recip. Erugi nis æris ʒ.5. armoniaci ʒ 3. sarcocol. ʒ.1.s. fac pulverem, temperans cum melle & cum licinio impone. Item cineris uitis, picis usualis ana. ʒ. 10. olei quod sufficit fac unguentum.

Gutta

Gutta rosacea fit de sanguine uel cholera adusta, uel melancholia innaturali. Hæc autē materia semper est grossa & dura & sicca, unde remollitiuis indiget & dissolutiuis, uel digestiuis, postea debet sequi euacuatio materiæ peccantis cōueniēter, præcedente tamē phlebotomia uel uentosa sub mento, si uideris expedire, deinde sequantur localia aliquantulum calida, quia frigida non dissoluunt. Fiant ergo trochisci tales: Recipe boracis ʒ.3. farinæ cicerum rub. ʒ.2. farinæ fabarum ℥.1. camphoræ ʒ.1. Hæc omnia trita cum succo cepæ distemperentur, & cum melle rub. dispumato trochisci informētur & desiccentur in umbra, cum opus fuerit cum eodem succo distemperentur, uel cum melle, & inde facies ungatur. Deinde modo prædicto abluatur. Isaac in uiatico dicit. Si in facie pustulæ nascūtur duræ, siccæ atq; paruæ, alumen, gummi, lentes pulueri zentur, & inde facies lauetur. Similiter gummi arabicum & nitrum cum aceto tempera, faciem de re omni mundificat. Aliud secundum eundem: Recipe cathmiæ argenteæ exagium. 1. chimoleæ, boli, terræ armenicæ ana. ʒ.1. sandarachæ ʒ.2. tēpera cum aqua rosarum, & lini faciem, chimolea, id est terra sub mola fabri, uel terræ Hyspaniæ, quam aliqui appellant cretam, sandarachæ, id est auripigmenti rubei. Vn-

bei. Vnguentum per me pluries expertum in pustulis faciei: Recipe sulphuris uiui ℥.1. camphoræ ʒ.3 axungiæ porci. ℥.2. misceātur & fiat unguentum, liniatur facies dum uadit dormitum, & in mane lauet faciem cum aqua rosarum.

Cōtra uestigia siue sint rubea, citrina, liuida, uel nigra: Recipe farinarum, cicerū, fabarum ana. ʒ.1. amyli ʒ.2. medullæ seminis melonum ʒ 1. tragachāti, gummi arabici ana. ℈.1. albuminis oui conquassati ʒ.1. ceræ rubeæ lotæ pluries cum aqua pluuiali ʒ. 1. decoctionis ultimæ carnium abstractarum quod sufficit pro linimento misce, & fiat linimentum, hoc linimento ungatur locus uestigiorū in nocte, in die uero lauetur cum ista decoctione: Recipe medullæ melonis contusæ grosso modo ℥.s. uiol. M. 2. misce & decoquantur. Item: Recipe amyli ʒ.3. tragachanti ℈.1. cerusæ lotæ ut supra ʒ.1. s. lactis cuiuslibet, sed melius asinæ quod sufficit pro linimento, cum his similiter liniatur locus ut supra. Si uero locus est tumefactus, retineatur aliquibus noctibus lamina plumbi subtilis ligata, compressa super dicto loco, prius tamen alternatim ad libitum. Mollitiuum cōsumptiuū, & aliqualiter dealbati: Recipe muscilaginū seminis altheæ, lini ana. ʒ.1.s. fœnugræci, seminis communium maiorum frigidorum

ʒ.3. sar-

ʒ.3.ſarcocol. ceruſæ lotæ pluries cum aqua anguriæ batecæ ʒ.1.pinguedinis gallinæ ʒ.3. olei liliorum alborum ʒ. 1. ceræ albæ quod ſufficit pro unguento molli, miſce & fiat unguentum, hoc unguẽto ungatur, ut ſupra.

Aliquando (ut uult Raſis) exeunt in corpore ueſicæ, inter quas eſt aqua ſubtilis ſimilis eis quæ accidunt ex aduſtione ignis, & eius cura eſt phlebotomia ſi corpus eſt plenum, & detur ægro aſsiduè aqua prunorum & aqua granatorum acetoſorum et taxil, & omnia quæ extinguunt ſanguinem, & rumpantur ueſicæ, & currat ex eis totum quod eſt in eis, & liniatur cum ceruſa plumbi, lithargyro, myrto cum aqua roſarum, & aqua myrti humidæ.

Exeunt in corpore bothor paruæ, una aut plures numero, & apoſtematur locus apoſtemate paruo, & quandoq; ſcinditur, & incipit uulnerari, & uadit de loco ad locum. Cuius cura eſt cum eis quæ educunt choleram, & linire ipſam cum luto armeno diſſoluto cum aceto, aut cum epithemate eryſipilæ cum aceto.

Herpes eſtiomenus cum accidit ab ulcere malo, aut bothor nigra, aut uiridi, aut ea quæ habet colorem pauonis, incipiens ambulare & dilatari ueloci ter, tunc oportet ut feſtinetur ad cauterizandum ipſum,

ipſum, aut proijciatur ſuper ipſum medicamen acutum & liniatur in circuitu eius cum luto & aceto. Cum ergo denigratur & molleſcit nigredo, tunc ponatur ſuper ipſum ſulphur contritum confectum cum butyro una uice poſt aliam, donec cadat caro corroſa mala tota, deinde abluatur cum aceto & aqua, & curetur cum medicamine generatiuo carnis, & non ſit negligentia in ipſo, quia occupabit ex corpore locum plurimum.

Aduſtioni ignis confert unguentum de calce, & unguentum ceruſæ, & magis ultimum, quod expertus eſt Raſis ad hoc, eſt unguentum album, & cum eſt res magna & plurima, indiget phlebotomia ex latere diuerſo, aut oppoſito, deinde curetur cũ unguento albo, uolo quod intelligatur per unguentũ album, illud quod eſt factum de ceruſa & oleo roſato & cera, & non de pluribus.

In panaritijs confert ut igniatur oleum ne aduratur taliter & imprimatur in ipſo. Si ergo ſedatur pulſatio, & ſanatur, tunc illud ſufficit, & ſi non, tunc ponatur ſuper ipſum quod ſaniei faciat collectionem. Cum ergo colligitur ſanies & maturatur, perforetur foramine paruo & exprimatur, deinde curetur illud, ut non capiat radicem unguis totius, & curetur cum medicamine generatiuo

tiuo carnis, & quandoq; confert ei in principio ut liniatur cum erugine ferri & aceto, & ponatur in niue usq; quo obstupescat.

Ad alopetiam: Recipe spumæ maris ʒ. 10. baurach, sulphuris, gummæ, rutæ agrestis, euphorbij ana ℥. 2. staphisagriæ & cantharidũ ana. ʒ. 1. terãtur omnia, deinde fricetur caput cum cepe donec rubeat, & quando mordicat inungatur cum adipe ursi, & liniatur cum oleo antiquo, & liniatur cum hoc medicamine duabus uicibus aut tribus cum uino ueteri post fricationem cum cepe donec rubeat, & quando mordicat inungatur cum adipe ursi, de inde iteretur.

Ad sahaphati recentem & in corporibus teneris epithema: Recip. Alcãnæ, aristol. lithargyri, corticis grana ana. terantur & cribrentur & liniãtur cum aceto uini & oleo rosato. Confectio autem epithematis ad sahaphati antiquam: Recipe salis & atramenti, adusti sulphuris, argenti uiui, gallæ, lithargyri, aristolochiæ ana. teratur totum & administretur sicut primum.

Ad clarificandam faciem, medicinæ: Recipe amygdalarum dulciũ, tragachanti, farinæ ciceris & fabarum, & conficiantur cum aqua hordei & liniatur in nocte, & abluatur in mane cum aqua furfuris.

ris. Medicina alia clarificans faciem & rubificans eam experta: Recip. Croci, rubeæ, thuris, myrrhæ, mastiches ana, aggregentur cum aqua bulbi, & liniantur, & fiant collyria, & liniantur cum aqua, & dimittatur tribus horis, deinde lauentur cum aqua calida, et multum utatur mane cicerum, & aqua ciceris etiam, & sumant pondus drach. 2. pulueris hyssopi, & tertiã drach. 1. de croco aliquot diebus. Confectio rubificans faciem: Recip. Sinapis albi, arsenici rubei, conterantur simul cum lacte, & liniatur facies cum eis septem diebus, & uocatur Gumera Rasis.

Ad botium gulæ puluis: Recip. Piperis longi, zingiberis, nucis moschatæ, gariophylorum, aristolochiæ, pyrethri ana drach. 2. piperis nigri, cinnamomi, aluminis, salis gemmæ, spongiæ combustæ ana drach. s. sacchari albi uncias tres, fiat puluis, & deglutiatur paulatim detentus in ore. Ad idem: Recip. Spongiæ marinæ, gallæ marinæ adustæ, ana unc. s. oßium sepiæ, pyrethri, zingiberis, melegetæ, cubebarum, cinnamomi, galangæ, salis gemmæ, pumicis ana scrup. 2. limaturæ acuum cõmercij combusti ana drachmam 1. gallarum, cypreßi numero 1. cochleæ marinæ ʒ. s. seminis asparagi, brusci ana drach. 1. mellis lib. 1. uini boni &

clari lib. 1. fiat loch. Ad idem: Recip. Spongiam nouam et incide in frusta, et assetur in testa terrea noua multum calefacta, & sic assata pistetur, & pulverizetur, et isto puluere utatur in ferculis per multum tempus.

Ad rubedinem faciei ex sanguine melancholico grosso: Recip. Succi lupini depurati, aquæ endiuiæ, aqua buglossæ ana lib. s. follicul. senæ unc. 2. polypodij quercini unc. 1. s. santali albi et rubei ana drach. 2. spodij drachmam 1. ponantur in infusione per diem & noctem, & bulliant leni ebullitione, deinde coletur, & cum saccharo uncijs 8. fiat iulep, utatur bis aut ter in hebdomada, secundum quod uidebitur sufficere ad laxandum.

Ad tineam capitis cum ulceribus capitalibus: Recip. Succi ceræfolij, succi bliti, succi chelidoniæ ana lib. s. mellis lib. 1. lardonis porci uncias tres, saponis unc. 2. bulliant omnia simul, & commisceantur ad ignem, & ex eo lauetur caput frequenter pluribus diebus, & post hoc lauet sibi caput ex hoc: Recip. Mellis lib. 1. lixiuij boni lib. 1. s. bulliant simul, & capite loto aspergatur super ipsum puluis thuris adusti. Emplastrum ad tineam: Recip. Succi chelidoniæ, lardonis ana partes æquales, & sit lardo liquefactus, deinde mittatur tantundem

tundem de oleo terreo, qui condensetur ad modum unius emplastri, & ponatur in die bis super capite raso, & de tertio in tertium emolliatur caput in rasione cum succo chelidoniæ, & continuetur emplastrum usque ad finem curæ, & signum liberationis est, quando crustæ sunt albæ, siue loca earum, & signum optimum est rubedo. Ad idem: Recip. Gallarum non perforatarum drachmam 1. urinæ pueri, aceti ana unum cyathum, coquatur donec inspissetur. Ad idem: Recip. Seminis bombacis uncia 1. aquæ rosarum, aceti ana unc. 1. s. misceantur simul, & lauetur caput.

Finis Libri de ægritudinibus cutis.

SIMPHORIANI CHAMPERII LVGdunensis, De generibus febriũ & nominibus ueris, ex traditione Græcorum, Latinorum, Pœnorum, Arabum, & nouitiorum autorum.

Diffinitio febris. Cap. I.

Ex traditione Græcorum et Latinorum.



EBRIS *est calor contra naturam cordis & arteriarum, uitalẽ firmitudinem offendens, planeq́; deijciens, sublata è profundo, & acuta, & uellicãs, tactui incidẽs, præcipue in thoraca, & ubi arteriæ explicatæ sunt magnæ. Ad huiusmodi uero caliditatẽ, inæqualitas quædam & ordinis immutatio specie ipsa febris pulsibus aduenit.* Empedocles, & Zenon, *nec non pleriq;* Hippocratei *febrem ita diffiniuerũt.* Febris *est contra naturam caliditas è corde sumens initium, ex eoq́; procedens per arterias & uenas, in totũ corpus, et naturales sensus offendit ac actiones.*

Febris

Febris à feruore dicta est, sicut πυρετός Græca di ctione ab incendio. Hinc λυεπυρετός medicamen finiens febres. Aristoteles in probleumatibus: Totius, inquit, corporis excedens caliditas, est febris. Alij à morbi feritate deducunt. Tria itaq; sunt febrium genera: Quotidianarũ unum, humidorũ tabidorum alterum, tertium hecticarum. Primum itaque quotidianarũ tractemus: Fiunt ergo huiusmodi febres citra humorum tabem solo cõflãte spiritu, & ob hoc quotidianæ uocitantur. Suum autem & inseparabile signum quotidianarũ febrium est, per urinas concoctio in prima die, & caloris specie. Post quietem uero paroxysmi, certiorẽ firmioremq; cognitionem habebis, nam arteriarum motus omnifariam sanis aßimilatur, quod in nulla alia febre inuenias. Languentis autem affluentia ipsa quoq; signum maximum erit liberationis, & urinæ multo meliores post paroxysmum, qui à principio febris fuit, apparebũt, ac si lotis ipsis, neq; horror aliquis insuetus fuerit, neq; quæpiam alia molestia, & si post ablutionem, inde affluentia maneat cõfidens, suggerito eis cibum, præbeasq; potãdum intrepide uinum quantum ipsorum poscere natura uideatur. Facile autem his febribus capi possunt, quibus meatus corporis non euaporosi, sed acutum quiddã &

fumosum habent, et perinde si unq̃ cohibuerint ag gregatum ex ipsis calorem conflagratio efficitur. Præcipuè horum sunt causæ, labores, frigora, uigiliæ, curæ, mœrores animi, irritationes in irã, rigor, æstus, inconcoctio, & cutis densitas, ut difficilimè poßit erũpere spiritus. At quoniã in diffinitione febris dictũ est caliditatẽ ipsam esse contra naturam, par erit primo quid sit naturalis aperire, quidq́; cõtra naturam caliditas, genere nanq; manifesto, fortaßis etam cuius sit genus non ignorabitur. Naturalis itaq; est caliditas, talis inq̃ est & insitus calor, cuius natura est animalis principium, cum animali nanq; nascitur, & ob hoc dicitur naturalis, instrumentũ existens in totũ animalis potẽtiæ. Neq; enim poßibile est animã citra huiusmodi calorem, in aliquod agendi munus descendere. Omne nempe instrumentũ proportionale cum eo, cuius instrumentum esse necesse est. Id mirũ fuerit, si secus frustra instrumentum, atq; ita in auribus per se aliquid frustra coniectum fuerit. Oportet ergo & insitam caliditatem animæ esse instrumentum, ac indissolubilem simplicemq́; habet cõplexionem. Cæterum sublata in animæ potentias, & in earum opera etiam illis erit proportionalis, & perinde re mixta frigido & humido, & arido, et tẽperata, & moderata iureq́;

turéq; ob id fuerit appellata naturalis, & insita cō plexio, sed magis ob ea naturalis & insita complexio dicta fuerit caliditas. Hæc ipsa ob id in rationū complexione caliditas cæteras superat, exceditq; qualitates. Animalia nanq; calida perhibentur ob eam quæ in ipsis excedit caliditatē, reliquas uincentem qualitates, hoc nimirum ob eam quæ in ipsis excedens est caliditatem, reliquas superantem qualitates, idq; quod omnium aliarum qualitatum caliditas sit efficacißima, nulla siquidem ei uicina, ipsam qualitas committant, ut ea ipsa aliâs, hæc igitur naturalis atque insita caliditas. Quæ contra naturam est, ea ex aliqua extrinseca causa, quæ fit, neque familiaris naturæ, neque ab ipsa capiens principium corpori adueniens non proportionale existens instrumentum naturalium potestatum, neq; custodiens ad congrua opera rationem hæc acquisiticia, & aliena est, quæ porrò sua distemperantia mentiq; conseruans ad potentias & opera proportionem, eiusmodi etiam diceretur, contra naturam complexio ad maiorem calorem declinantem iuxta eam rationem qua insita cognataq; caliditas. Nos autem ne prætereat quod quemadmodum insitam, ita & aduenticiam dicimus caliditatem, nec tamen ut aduenticiam asciticiámque, ita

& cognata dicimus frigiditatē, cuius omnino causa non simpliciter, ac per se frigiditas naturæ opus induit, sicut & caliditas, extrarium enim & corruptorium animatorum, & in primis animalium frigiditas atq; incōmobilitatis potius quàm motus causa, nam quamuis naturam comitari quodāmodo uideatur, non utiq; per se, sed per accidens. Ex eis igitur quæ dicta sunt, non dubium quin naturalis, & insita caliditas ab ea quæ contra naturam differat, primo quidem causis, de in bono temperie, ac mala temperie, ac omnino ut extremum medio. Nam quemadmodum uirtus ad uitium, hinc quoque consequenter specie, ac forma tanq̄ sanum ab ægroto corpore differt. Nempe ambo circa idem subiectū ueluti contrarijs esse consueuit, siue flatus, siue humor, siue aliqua portio fuerit in qua inter seinuicē faciunt, & patiuntur sicut uirtus uitiumq;, huiusmodi, itaq; naturalis & contra naturam caliditas talibus inter seinuicem differentijs differunt.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.



Febris est calor præter naturam in initio petens cor per mediocritatem arteriarum, deinde subito se diuidens cum naturali calore per totum corpus naturali nocet actioni.

actioni. Extraneo enim calore ad cor accedente, naturalis egreditur à suo temperamento. Cumq; ipse per totius corporis membra diuiditur, ut eis uitam tribuat, quia egressus est à suo temperamento, necesse est ut eum membra recipiant in ea qualitte in qua est, unde calefacit & urit ea, generatq; toti corpori febrem actioni naturali subito nocentem. Palàm ergo est quod febris nihil aliud est, nisi calor extra naturam prius naturali nocens actioni. Sed cum absolutè dicimus calorem, intelligitur tam de calore febrili quàm naturali, quàm etiam de extraneo, sicut solis, ignis, & balneorum, & his similibus. Alij autem, diffiniunt febrem ita: Febris est calor extraneus accensus in corde, & procedens ab eo mediantibus spiritu, & sanguine per arterias, & uenas in totum corpus, & inflãmatur in eo inflammatione quæ nocet operationibus naturalibus, non sicut caliditas iræ & laboris cum non ultimatur, & impedit operationem ita ut retineatur. Et est duplex: Vna est febris ægritudinalis. Alia febris accidens. Aegritudinalis febris est illa inter quam & causam, quæ non est ægritudo, non est medium sicut febris putredinis. Putredo enim est causa eius absque medio, & non est putredo in seipsa ægritudo, imò est causa ægritudinis. Febris

uero accidens est febris apostematis existens, dum est sequens ipsum apostema, & apostema est ægritudo in seipso. Cumq; dicimus calorem extra naturam, diuersum dicimus esse eum à naturali calore, quia calor naturalis semper est ab animalibus inseparabilis, & calor febris est extraneus et ab eis separabilis. Ergo cum diuiditur per totũ corpus, licet naturali noceat actioni, differt tamẽ à naturali & ab alijs caloribus, sicut à calore solis, balnei, & his similibus. Horum enim calor quãuis sit extra naturã insimul tamen interiora & exteriora non calefacit, nec actioni nocet naturali, & quanq̃ ei noceat, tamen læsio non est primitiua, quia primum mutatur ad febrem, deinde febris nocet actioni. Illud ergo nocumentum est propter febrem, & non propter solis calorem. Cum naturalem dicimus actionem, intelligenda sunt cibi appetitio, somnus, & uigilia, ambulatio, et alia his similia. Hæc enim omnia deficiunt & mutantur propter febrem. Ideoq; febris cæteris morbis est molestior, eiusq; disputatio dignior, quia omnes morbi, præter febrem, uni tantum membro eueniunt, & permanent aliquo temporis interuallo, nec subito actioni nocent naturali, sicut sciatica, hydropisis, phthisis, & his similia. Nam unaquæq; harum ægritudinum uni corporis

membro

membro accidit, & non omnibus. Febris autem è conuerso est, quoniam per eam corpus intus & extra patitur. Nocet etiam spiritibus & uirtutibus animatis actionibusq; naturalibus. Et licet dicamus actionibus naturalibus esse nocitiuam, non tamen eas destruit. Actio enim naturalis nunquàm destruitur, nisi cum fit separatio animæ & corporis.

Oportet nos ergo dicere sigillatim de unaquaq; febre. Incipiendum igitur est ab ephimera, quæ fit in spiritu, sed erit eius disputatio breuis, quia eius significatio & cura ad aliarum febrium comparationē facilima est & planissima. Caret enim materia, spiritus enim nō habet materiā, per q̄ calor permaneat. Auicēna: Homines uelocius cadētes in febres ephimeras sunt calidi et sicci, deinde calidi et humidi, deinde calidi tantū, deinde sicci tantū. Causæ enim omnium specierū febriū ephimerarū sunt primitiuæ calefacientes essentialiter, aut per accidens. Et de eis sunt ex oppilationibus factæ in qua causa non est primitiua. Causæ enim primitiuæ plerunque mouent antecedentes. Et istæ quidem febres plerunq; recedunt in die uno, & raro pertranseunt tertium diem, nam si pertranseunt æstimatur de esse earum quod ipsæ permutantur.

Et hæc quidem febris est facilis curationis, & diffi cilis cognitionis, & similiter principium ethicæ, & est eius inflammatio non mordicatiua aspera, imò bona, sicut caliditas laborantis & ebrij. Et cum est in prima die urina digesta, & pulsus bonus, tunc iudica quod est febris ephimera. Et non festinat in ea pulsus plus quàm naturalis, nisi raro & uelocitate pauca. Plurimum eradicationis eius est per sudorem similem sudori naturali, & non humoroso in quantitate simili naturali. Euacuatione autem non indiget aliquis eorum, nisi habens oppilationem, repletionem, & nauseatiuam satietatem, & habens ephimeram ex soliditate cuius corpus est repletum. Et in febribus ephimeris sunt quæ omnino comparantur ad dispositiones animales, & de eis sunt quæ comparantur ad dispositiones corporeas, & de eis sunt, quæ comparantur ad res quæ eueniunt de foris. Exemplum primi, ut illa quæ fit ex angustia, tristitia, æstimatione, cogitatione, ira, uigilijs, somno, tranquillitate, timore, & gaudio. Exemplum secundi, de eis quæ sunt actiones & motus, & est illa quæ fit ex labore, tranquillitate, euacuatione, dolore, syncopi, fame, siti. Et de eis quæ non sunt actiones & motus, sunt illa quæ fit ex oppilatione nauseatiua

satietate, apostemate, soliditate. Exemplum ter-
tij, scilicet, de eis quæ adueniunt deforis sunt, sicut illa quæ fit ex adustione, frigore, soliditate, ablutione, & similibus.

Ex traditione recentium autorum.

H*Vmana corpora tribus sunt modis composita, membris, uidelicet, solidis, spiritu, & humoribus. Cunque sint ex tribus composita, necesse est ut genus eius febris triplex sit: Vnum in solidis membris, sicut carne, pinguedine, uenis, neruis, cartilagine, & his similibus. Aliud in humoribus quemadmodum in sanguine, phlegmate, & utraq; cholera. Tertium in spiritibus, scilicet, in uitali, qui est fundamentum caloris naturalis, & in spirituali, qui est fundamentum sensus & motus uoluntarij, & in naturali, qui est fundamentum quatuor naturalium uirtutum, scilicet, appetitiuæ, contentiuæ, digestiuæ, & expulsiuæ. Vnumquodq; corporis membrum has quatuor habet, sed tamen stomachus & epar fortius has habent uirtutes. Nam sunt eis familiares plus quã cæteris membris. Quia licet cum eis operentur propter nutrienda semetipsa. Nam tamen faciunt operationem propter omnia corporis mẽbra. Quapropter quidam*

dam

dam antiqui naturã stulto & iniusto Regi aßimilauerunt dicẽtes. Quædam enim membra facere delectari alia membra, & quædã laborantia causa iuuandi alia. Ipsi etiam arbitrati sunt stomachum & epar duas et diuersas habere actiones. Quarũ una sit propria ad eorum nutrimẽtum. Alia sit cõmunis omnibus corporis mẽbris. Fecerunt etiam augmentum de harum actionum diuersitate, & de remotione earum non in uno tẽpore uenientium. Dicũt enim stomachũ in initio uniuersalẽ facere actionem, & cibum mutare in chimũ quasi ptisanã. Deinde suam particulariter operans actionẽ, cũ proprietate quã habet, & digerens cibum, & cõuertit eum ad nutriendũ suam essentiã. Hac de causa autumãt eum duas habere actiones, propriã, uidelicet, & communem. Quorum intẽtio sic est destruenda, quia argumẽtum eorũ duobus modis est corruptũ: Vno, si enim duas uirtutes digestiuas, propriã, uidelicet, et cõmunem, prout asserũt, stomachus habet, necesse est, ut sint remotæ ac diuersæ. Vnã, scilicet, in uno operãs tẽpore, & alterã in alio, aut sint cõmixtæ, ut utræq; in una hora suas faciãt actiones, quod si unius actio ab alterius differret operatione, & tamen utraq; in uno fuerit loco, atq; uno mẽbro, impoßibile est nõ mutari cibũ secundũ illius mẽbri naturam.

Conuer-

Cōuertitur enim & aßimilatur eſſentiæ illius membri. Quēadmodum uidemus cibū omnibus corporis mēbris aßimilari. Naturalis enim actio nihil aliud in omnibus mēbris uidetur operari, niſi cōuertere ad eorum eſſentiam illud quod eis fuerit ſimile. Stomachus ergo quoniā eſt unum mēbrum, unam uirtutem neceſſe eſt habet digeſtiuā. Quod illæ duæ uirtutes propria, uidelicet, & cōmunis duo ſtomachi loca habuerint, neceſſe eſt ut illæ ſtomachi partes cibū per totum corpus digerentes permaneant abſq; nutrimēto, propria enim indigēt uirtute, qua cibus digeri poßit, & immutari ad eorū ſimilitudinem, quoniā omnia mēbra propriā habēt uirtutem, per quā cibus cōuertatur ad eorū eſſentiā, unde nutriuntur, regūtur, & augmentātur. Rurſus ſi fuerimus interrogati, utrum uirtus digeſtiua unius ſit naturæ calidæ, uidelicet, & humidæ, an diuerſæ, ut in quibuſdam membris calidæ & ſiccæ ſit complexionis, & quibuſdam frigidæ & ſiccæ, alijs frigidæ et humidæ. Reſpondebimus uirtus digeſtiua in omni corporis membro calidæ & humidæ eſt naturæ, ſed tamen ab unoquoq; membro quandā ſumit proprietatem per quam cibum mutat ad eorum ſimile. Quia ſi aliter eſſet, omnia corporis mēbra fuißent æqualia in forma & ſubſtantia, oßa, ſcilicet eſſent

caro

caro, & caro ossa, & sic cætera. Iterum si dixerint quomodo sensualiter actionem stomachi uidemus diuersam esse, cum sit una. Nam modo conspicimus cibum in stomacho in ptisanũ mutari, & postea uidemus eum cõuerti in essentiam stomachi. Respõdetur sic: Quanq̃ actio uirtutis digestiuæ in stomacho uideatur esse diuersa, una tamen & eadẽ est, quoniã digestio cibũ in stomacho mutãs in ptisanũ quædam est præparatio, cibum postea commutans stomacho simile, deinde finita digestione, quãdam accipit partẽ quæ est ei similis & nutritur ex ea. Cæterũ autẽ quod ex cibo restat desinit abire, quia est sibi contrarium & superfluum, quod ideo dimittit ut alia nutriat membra, sed quoniã stomachum aggrauat, nequit ab eo teneri. Vnde Gal. Causa inquã nutrimẽti fit quinq; modis: Prima est causa secũdæ, secunda tertiæ, sic & aliæ. Prima enim, est inanitio humiditatis membrorum, & dissolutio eius quæ fit per corporis poros. Secunda, est naturale desiderium in omnibus membris consistens, quod cogit membra ut appetant cibum. Tertia, est conculcatio substantiæ stomachi, ac intestinorum propter meseraicas eam sugentes. Quarta, est sensualitas cibi inanitionem sentiens. Quinta, est quædam uirtus appetitum faciens, quæ fit propter

cholerani

cholerам nigram à ſplene ad os ſtomachi aſcendẽtem, quia ipſa os ſtomachi mordicante fit appetitus. Quod ſi dixerint, cur non dixiſtis quod cum appetitus ſit inanitio, & paupertas cibi in ſtomacho exiſtens, quemadmodum dixeratis ſenſum membrorum inanitionem cibi ſentientem eſſe cauſam euacuandi uenas, et uenarum euacuationem eſſe cauſam præmendi ſtomachum. Fames ſimiliter quare non eſt cauſa ſtomachum conſtringens? Reſpondẽdum eſt: Si appetitus ſit in ſtomacho propter uenarum & membrorum euacuationem, neceſſe eſt eius actio non ſit naturaliter ſed materialiter, quia cum actio eius fiat propter aliud & deſideret aliquid lõgè ab eo remotum, neceſſe eſt ſit cum ratione. Quã rem ſi poßibile eſt fieri in una qualitate, neceſſe eſt fiat in omnibus. Oportet ergo ut ignis non ardeat, niſi cum uolumus aliquid urere. Cuius quæſtionis falſitas palàm patet intellectui. Hoc teſtatur Hippocrates, cum dicit: Omne digeſtionis complementũ fit cum attractione rei attrahendæ & eius mutatione eiuſdem, & cauſa omnis attractionis eſt deſiderium, omnis etiam deſiderij cauſa eſt paupertas, & eius rei indigentia quàm deſiderat. Cuius ſermonis intentio talis eſt: Virtus digeſtiua non digerit niſi prius operetur uirtus appetitiua, quia appetitiua

semper est ante digestiuam. Similiter appetitiua nihil operatur, nisi prius sit inanitio cibi. Appetitio ergo, cibi inanitio & sensibilitas non sunt in stomacho nisi ut nutriant se. Nunc ad febrem unde digressi sumus uidendum est. Febris fit propter aliquod accidens, humores & spiritũ calefaciens, et eos exire faciens temperamentũ, quæ tribus modis fit. Est enim causa generans febrem, est & alia custodiens eã, est et causa qua febris augetur & augmentatur. Causa uero febris generatiua, est fortis & nimia corporis & animæ ratio, & putredo atque humorum ebullitio. Causa autem qua febris custoditur ut non dissoluatur, corporis est oppilatio, & pororum constipatio per quos fumus clauditur in corporum interioribus. Causa uero eam augmentans, calida sunt cibaria, & calida medicina. Febris causa generaliter est triplex, scilicet generatiua, custoditiua, et augmentatiua. Sed generatiua duobus modis fit, aut est præsens, aut præterita. Præsens sicut causa extrinsecus corpus percutiens, quæ tripliciter diuiditur. Vna nimius est feruor, sicut solis et ignis. Secũda, est nimia frigiditas, sicut nix et similia. Tertia, putridus & horribilis & corruptibilis odor, sicut cadaueris bestiarum, reptiliũ et his simil. Præterita quemadmodũ ægritudo quæ fit propter

pter angustiã et tristitiã, et humorũ copiã ad putre dinem præparatorũ, sicut diximus de actione naturæ, quia natura nõ inueniẽs cibũ omnino laudabilẽ, & humano corpori similẽ, illã cibi partẽ quæ corpori est inconueniens ac dißimilis, separata simili congrua, & claudit eam in quibusdam locis corporis. Pars uero quæ est mũdificata et corpori utilis, nutrit totum corpus. Superfluitate cibi augmentata, ac in loco quo clausa fuerat multiplicata, egreditur foras implens locum cum sua multitudine, quæ à natura dimittitur nec ab ea regitur. Quia cum fuerat in loco quo natura eam posuerit, rexit et custodiuit eam, egressa uero inde, odio tenetur naturæ, nec ab ea regitur sed permanet in aliqua membrorũ cõcauitate, unde cũ aliquod euenit accidens sicut mutatio temporũ, uel regionis, aut loci, uel aëris & his similiũ, illa superfluitas mutatur, & putrefiens morbos generat. Et quia in hoc loco nostræ disputationis est finis, & nostrã absolute compleuimus disputationẽ, oportet nos ergo de unaquaq; febre aliquid dicere. Incipiendũ est ergo ab ephimera, quæ fit in spiritu, sed de ipsa pauca, q̃a eius disputatio et significatio ad aliarũ febriũ cõparationẽ, facilima est, & eius curatio leuißima. Ipsa tamẽ est quãdoq; causa aliarum febrium, et nulla alia est causa ipsius,

tamen non transit unũ diẽ, & raro ad quartũ diem accedit, poßibile tamẽ est ut causa ephimere in corpore diu manãtis, uratur sanguis et febris nascatur cõtinua, & aliquando mutatur etiã in Causon. Causa eius fit multis modis, de quibus dictum est paulò ante. Habet tamen tres significationes, quibus à febribus putredinum differt. Vna, quia calor ephimeræ est lenis & suauis, quæ cum ad statum uenerit, nullam facit angustiam aut laborem naturæ. Caret enim materia in qua natura laboraret ad digerendum & expellendum. Secũda, quia urina habentiũ ephimeram, est quasi sanorum, in colore, liquore, hypostasi, quæ licet inter se differant, modica tamen erit discordia eorum in colore & rubore. Tertia, quia pulsus ephimeræ nõ differt à sanorum pulsu, nisi in dilationibus, uelocitate, & constrictionis tarditate. Tarditas enim constrictionis pulsus significat materiam in corpore partem arteriarum constringentem, ut illa exterius expellatur, uelocitas uero pulsus acutam & calidam innuit qualitatem, unde necesse est ut natura organorum partem uelociter dilatet, ut multam aëris quãtitatem attrahat, per quàm illius qualitatis acumen refrigeretur. Ephimera enim febris, quia fit ex sola qualitate, id est calore sine materia, non est sibi necesse ut constringat ue-

gat uelociter partẽ organorũ, quia non habet quod expellat, proinde fit motus pulsus in dilatione ad attrahendã aëris subtilitatẽ, qua calor refrigeratur plus & uelocius, quàm cum pulsus constrictione.

De febribus tabidis, quas recentiores putridas uocant. Cap. II.

Quemadmodum tradunt Græci & Latini.

TAbes mutatio est in corruptionem præsentis essentiæ tabidi corporis, à contra naturam calore producta. Causa uero cõtinuarum febrium est, quod humores extra uasa nõ excidant, aut copia, aut craßitudo, aut ipsorum tenacitas. Quemadmodum igitur aliqua inanimata corpora contabescunt, antequàm eijciamus ab ipsis quantum iam contabuit, inde reliquum diu custodimus in aëre frigido flatus refrigerantes meditati, eodem modo medebimur tabi in humanis corporibus, quod iam corruptum est exinaniendo quoquo modo. Reliquum uero gestantibus mediocribus, & difflationibus refrigerantibus in integram & naturalem mediocritatem, reducendo curamus. Quare primum trademus de febribus neutiquàm deficientibus, inde ex ordine reliquas prosequamur. Continuæ febres eiusdem sunt cuius etiam deficientes, generis. Eiusdem equidem uoco tertianæ quidem in

tegræ, integrum Causon, amphemerino autē quotidianum, paroxysmum non cessantem in non feruidum æstum. Nam cum sincerus causus cunctas alias custodiens integræ tertianæ deprehensiones. Solū uero neq; in rigores se immittit, neq; ad non feruidū æstum cessat, ab illa distat, quæ quotidie paroxysmum exuscitat. Similiter cunctæ habent deprehensiones, ac integræ amphemerinæ. Quod uero in non feruidum æstum cessat, eiusdem cum eis est generis. Hac autem ratione, quæ ex quartæ febris est exuscitata, ad non feruidum uero æstum neutiquàm cessans, eiusdem generis est cum quartana. Certum autem est rigorem paroxysmos non anteire, neq, sudorem consequi, sicut ne quidem causum in singulis paroxysmis. In causo nanque rigore aduentante soluitur ægritudo. Differt autem Causus ab intabe synocho, quod ille in putrido sanguine cō sistit, & à principio absolutionis usq; in finem unū habent paroxysmum. Causus uero in flaua bile tabidus conflagrat, & tertio exuscitatus habet æstus in minutionem quandam, & ueluti remißionem, at synochus consimilis sibi est quo ad resoluatur. Est igitur in flaua bile tabida succensa continua febris æstuosißima, quæ neq; medicis, neq; languentib. seriem tenens. In his namq; lingua arida et

nigra,

nigra, à primordio, uellicatio uentris ingens, & siti tis intolerabilis, atque uigilia, & quandoque delirium. Primum igitur ipsi consolando & suadendo oportet inhærere. Cum uero ad urinæ peruentum fuerit signa & concoctionis, & pubescit ægritudo, tum demum est contentiose instandum, & ad frigidæ aquæ potum perueniendum est, nisi ex eis quæ dicta à Galeno sunt, aliqua prohibeant, quo minus aqua frigida præbeatur. Prima causo ardentium sunt auxilia, declinatio ex locis refrigerantibus, bene spirantibus, aëre puro respirantibus, stratumq; molle, & densum recenter instructum, circunductiones continuæ, permutatæ, & satis tenues, & non sordidæ, latitudinem largam habentes, ut alias atque alias primitus calefactis membra transducantur, flabello continue dimoueatur aër, sed epithemata ipsis conueniunt in pectore, stomachoq; imposita, diffundantur circa ægrotum folia salicum, & in hac & in biliosa omni febre, circumuoluantur aũt herbis frigidis singulis micæ panis, uel farinæ. In uehementissimis autem causis etiam acetum paucum circumfundere non erit alienum, erit nanq; efficax, uictus autem admouendus causo detentis ex humidissimis cibis, nihilq; acutum habentibus, ut caulis lactucarum decoctus cum oxycrato

aquoſo, uel exhibeatur ptiſanæ ſuccus tenuior abſque ſale, aut altera mixtione. Vbi cõfidimus nos aliquod inteſtinum non oblæſuros, ſinceram, puramq́; frigidam aquam damus, in quibus autem metus aliquis etiam perexiguus impedimento eſt. Primam utiq; potionem proferemus potũ, inquam, frigidũ quaſſatum. Quatitur autem ac frangitur, ſi quis eucrati calidi cyathum unum cum quinq; miſceat intẽperati frigidi ſinceri liquoris. Hoc nanq; corporibus apponitur ualde ſuſpectis. Quod ſi neq; remedia prodeſſe poſſunt, neq; quicquàm humanum, ad naturæ Deum, qui cuncta produxit tollendus animus eſt, illius unicum ſemper eſt auxilium. Is nanq; cum præſtat, & uult, & poteſt optimus uſq; quaq; bonis ſuccurrere mortalibus.

Pœnorum & Arabum traditio.



Cauſon eſt febris magnum corpori præſtans incendium, cuius ſigna ſunt hæc: Sitis nimia & continua, dolor incenſiuus, moleſtiſsimus naturæ, repugnatiuus et ab initio corruptiuus, propter acumen materiæ unde generatur, materia enim acuta eſt & ignea & cholerica in concauitate uenarum, quæ cordi uicinæ ſunt, adunata maximè in uenis oris ſtomachi & concauitate

epatis

epatis & pulmonis. Isaac filius Salomonis. Differt causon à tertiana quæ est intra uenas, quia tertianæ cholera est in uenis à corde remotis. Sed Causon cholera de qua generatur, magis est in concauitate uenarũ quæ sunt in corde uel sibi uicinantes, hoc testatur duritia febris, furiositas suiq; acumen, & fortitudo, & continuatio sitis. Causa uero fortitudinis & acuminis et continuitatis febris est hæc, quia materia est in uenis quæ sunt in ore stomachi & in epate. Quod est duobus modis: Vno, quia est acutissima & feruentißima, sua enim materia cholera rubea est cum nulla humiditate mixta. Est et alia quæ non est tanti feruoris, quia materia sua est cholera citrina cum quadam portiuncula phlegmatis, scilicet commixta, proinde antiqui uocauerunt primam Causon propter suam ustionem. Eius enim materia est de pura cholera ardentißima. Secundam uero nominauerunt acutam absolute, quia materia eius est aliquantulum sanguinolenta. Auicenna: Causon est de genere continuæ, quoniam differentia inter eius uehementiam & eius teporem est insensata, & accidentia eius sunt uehementia. Et causa in eo est acuitas materiei, et multitudo eius, cum eius causus sit circa cor, & in uenis oris stomachi, aut in partibus epatis propriè, & ad summum in mẽbris

nobilibus uicinis cordi. In tertiana uero periodica cholera est in carne, & ad partes cutis, & in continua cholera est sparsa in uenis corporis quæ elongãtur à corde. Rasis: Causon de genere est tertianæ, ea tamen fortior existit, & maioris caloris. Quæ quidem una die fit ualidior, alia uero minus calida. A corpore tamen non separatur, neq; horripilatio cum ea accidit, neq; sudor nisi cum recedit. Alia autem tertianæ accidentia sunt cum ea, uehementiora tamen & firmiora. Lingua præterea ac labia citrina fiunt, aut denigrantur, aut absq; dubio exasperãtur, si febris non ualde fuerit fortis. Asperitas uero linguæ cum panno lineo fricetur, deinde psylij muscilagine cum sacharo lambendo hauriat. Nucleus quoq; pruni parum adhuc carnositatis retinens, in ore retinendus detur, & panni aqua rosacea infusi epati ac cordi in pluribus superponantur horis. Serapio: Differentia inter tertianam aßiduam & cõburentem est, quod tertiana aßidua fit ex inflammatione choleræ, & eius ebullitione in eis, & in omnibus instrumentis, & in reliquo corpore æqualiter. Et in comburente est inflammatio, propriè in instrumentis quæ sunt in circuitu cordis. Et quandoque accidit causon sicut dicitur in libro subuenientium ægritudinum, ex phlegmate salso.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.

Dicitur Causon febris incensiua, insultum & impetum magnum faciens secundum naturam, quia fit de cholera ignea acutißima, pura in uenis cordi propinquis. Et habet quædam accidentia inseparabilia & propria, per quæ ab alijs febribus distinguitur. Habet & accidẽtia & alia contingentia sibi, & alijs febribus pertinentia. Propria autem & inseparabilia sunt accidẽtia, uehementia acuminis in calore, fortitudo & duritia intolerabilis, adustio corporis, & nimia sitis quæ in statu uehementißime sunt incensa. Accidentia uero inseparabilia ei & alijs febribus cõmunia duobus modis sunt, aut sunt signa significatiua salutis, aut timoris, aut deperditionis, aut desperationis, quæ Isaac in libro febrium continuat ordinate. Signa autem salutis his uersibus comprehendũtur.

Vis, leuitas, sensus, mens, somnus, spiritus, ictus,
Appetit, & calor est æqualis, coctio fluxus.

Accidẽtia uero timoris significatiua sunt duob. modis, Quædã enim solũ timorẽ significant, quædã uero perditionem manifestam. Signa solum timorem significantia his uersibus possunt notari.

Aestuat atq; sitit, uigilat, stupet, est febris ingẽs.

Et

Et calor est uarius, uomitus, fex ignea, crudus
Est liquor, & limus in dentibus, & cruor exit,
Insanit, sudat, febris acrior, & sitis instat.

Signa uero perditionis hæc sunt:

Virtus pulmonis, cordis, stomachi, cadit, hæret.
Anxius, insanit, sudore, cruore fluente
Naribus absq; crisi, riget, icterus, alget, & absens.
Est sitis, osq; sonat, plorat, decoctio cessat,
Liuor in extremis apparet, fronte citrina,
Est urina minor egestio cruda liuescit.

In Causone fit diæta tenuis, quia cito uenit ægritudo ad statum, & attendatur uirtus ægrotantis. Detur ergo mica panis bis uel ter lota in aqua cum sacharo, & bibat ptisanam colatam, deturq; etiam succus granatorum acetosorum, quia feruorem caloris reprimit, sitim mitigat, materiam digerit, & detur syrupus de aqua melonis palestini factus. Sit domus lata, habens Septẽtrionales portas. Spargãtur ibi frigidæ herbæ, ut mirrhæ, uiolæ, frondes salicis & arundinis, fiat ibi cursus aquarũ cum aliquo instrumento. Indumenta sint leuia, & non phlebotometur nisi forte carnosi, & qui sanguine fuerint pleni, post septimum diem adiũgatur rheumbarbarum syrupis infrigidantibus ℈.2. uel ʒ.1. & ponatur sero in aqua endiuiæ & in aurora coletur, &

cum

cum syrupis conuenientibus offeratur. Purgentur cum decoctione uiolarum & prunorum, casiæfistulæ & thamarindorum, & si fortis fuerit æger, purgetur cum decoctione myrobalanorum citrinorũ. Consueuit superuenire phrenesis, ideoq; si alienare cœperit, radatur caput & lauetur cum succo apij & aceto, fricentur extrema, & fiant auxilia phreneticorum quæ superius diximus capitulo de phrenesi. Et si post materiei digestionem aqua frigida in multa quantitate bibatur, consueuit prodesse. Nam & calorem mitigat, & uomitum prouocat. In tertiana continua eadem est curatio, ut in Causone, nisi quod in tertiana cõtinua mitius frigidis expedit uti. Dentur clysteria lenitiua ut: Recipe maluæ, uiolarũ ana. M. 1. aquæ fluuialis lib. 1. s. fiat decoctio ad cõsumptionẽ tertiæ partis, cui addantur olei uiolati ℥. 3. casiæfistulæ nouiter extractæ ℥. 1. salis ʒ. s. fiat clystere. Statim ergo cũ occurris infirmo in febre acuta, fac lenitiuum clystere ad utilitates multas, etiam ut intestina præparentur solutioni, fiendæ in crastinum per solutiuum. Lenitiuum per superius potest dari. Nam aliquando clysteria plus lædunt, quàm lenitiua per os, ut sæpe uidi. Recip. Casiæfistulæ nouiter extractæ ʒ. 10. aut ℥. 1. aquæ hordei ℥. 4. cũ aqua dicta Casia extrahatur. Itẽ aliud: Recipe

cipe mannæ ℥.1.syrupi uiolati ℥.3.aquæ hordei ℥.2. Minoratiuum commune quod dicitur tale, quoniam materias communes, siue in uijs communibus existentes, ut sunt stomachus & intestina, euacuat: Recipe thamarindorũ ℥.s.uel loco illorũ tantũdem prunorũ, decoquantur in ℥.10.aquæ usq; ad consumptionem tertiæ partis, & coletur et fortiter exprimatur, de qua colatura: Recip. ℥.4. & adde mãne ℥.1.uel casiæ tantundem si manna careres, & hoc magis respicit choleram. Et si uolueris sanguinem à cholera mundificare, pone thamarindos in decoctione, quod si phlegma & choleram, sed principaliter phlegma, adde agaricũ in dicta decoctione, & cum thamarindis bulliant ʒ.2.agarici nõ pistati, sed incisi non multum subtiliter. Minoratiuum proprium choleræ, & maximè respiciens cholerã tanquàm peccantem materiam: Recipe decoctionis supradictæ thamarindorum ℥.4.aut.5.manne ℥.1.uel casiæ tantundem, succi rosarum ʒ.2.uel loco succi rheumbarbari electi ʒ.1.quod si fuerit phlegma: Recip.casiæ ℥.1.electuarij Indi ʒ.1.s.extrahatur cum decoctione lupulorum, sebesten & thamarindorũ. Ponitur aũt hic (ne uacuus recedas) digestiuũ et extinctiuũ febris acutæ: Recip. Oxyzaccharæ simplicis ℥.4.succi arãciorũ ℥.4.seminũ communium

niũ frigidorũ maiorũ mundatorũ ℥.2. ſeminis endiuiæ, lactucæ, ana. ʒ.2. aquarũ endiuiæ, lupulorũ ana. ℥.3. acetoſæ ℥ 3. nenupharis unc. 3. uiolarũ, roſarũ ana. unc. 2. piſtanda piſtentur, deinde omnia miſce & leniter ebulliant, deinde aromatizentur cum pauco ſantalorũ rubeorũ & corallorũ ana. & omnia ſic ad colatoriũ ponantur, quo digeſtiuo uti debet febriens uſque ad ſtatum incluſiuè, dando de eo unc. 1. in aurora ordinate, & frigidis temporibus calidis, & calidis temporibus frigidis, et infra diem & noctem pluries ac abundè ut uoluerit.

Tertianæ ſyncerę cognitio. Cap. III.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

GIgnitur tertiana ex flaua bile putrida, & commota & extra uaſa delata. A principio ſtatim rigor non ſegnis inſertur, qui à quartanæ rigore differt, quod in tertianis compungere uideatur, corpusq́; ſauciare. Nam in quartanis iniectio in frigiditatem euadit magnã, & magis ad intima penetrat, at amphemerinum rigor frequenter præcedit, at magis refrigerantur. Eſt etiam in tertianis febrib. ſeries integra, pulſus & æqualitas, ſuſcitatur aũt in aſcẽſionib. paroxyſmorũ pulſus in uehementiã ac magnitudinẽ, et denſitatẽ,

ſitimq́;

ſitimq́; fert homini præſertim in uigore et ardore, ut enudentur & abijciat languens pallia, & multũ & ſpiſſe reſpiret, & ſufflet tanquàm flãma aliqua, frigidamq́; aquam bibere concupiſcat, et paulòpoſt calor æqualiter per uniuerſum corpus extenditur, & ſi in thorace manum ponas, prima quidem inie=ctione cuncta calore multo & acuto concaleſcunt, & tanquàm uapore quodam ſublata. Tum demum languenti iam bibendi tempus eſt, quo potante con feſtim uis multa penetrat uaporis calidi per cutẽ, ſudores pronũcians uomitus apparet bilis, & aluus ſubducitur. Vrinæ his bilioſæ & ſubrutilæ et flauæ, & mediocriter craſſæ, & aliquanto poſt, uel nebu lam albam uel eleuamen bonum efficiunt. Si urinæ fuerint ignitæ, nec aliquod affuerit eleuamen, neq; nebula in prima periodo ambituq́; appareat, ægritu do ad ſeptem uſq; periodos extendetur, at ſyncera tertiana primo die in urinis pronunciabit hypoſta ſim albam, & lenem & æqualem, neq; tertiam ex=cedet periodum. Hæc febris in non æſtuantem fer uorem deſinit ad paroxyſmum, totum tempus paro xyſmi faciendo horis non pluribus duodecim. Hæc demum ſyncera tertiana nominetur. Qui uero diu turniore tempore, quàm quod diximus, in paroxyſ mo oblanguerit, hanc protenſam appellamus ter=

tianam,

tianam, sin autem quotidie paroxysmus insurgat cum rigore ingenti, cunctaq; secum iam cognita ferat in pulsibus atque urinis, reliquoq; corpore, hoc duplicem tertianam nuncupamus. Id euenit ob multitudinem & craßitudinem, & bilis partium inæqualitatem, ut facile est intueri. Syncera autem tertiana in biliosis natura corporibus frequentißimè consistit, & in florida ætate, præcipuè æstatis tempore, & in calidis, aridisq; temperamento locis, & statu circumfusi nobis aëris, cum uita in laboribus, in curis, & uigilijs, in æstubus, in uino austero minimè diluto poto, in paucißimo nutrimento, eodemq; calido & arido, cæterum dulcium & calefacientium & arefacientium potuum, ac medicaminum usus immoderatus, facilimè tertianam inuehit febrem. Abstinendum uero cum primum occupat febris, à dulcibus et acutis omnibus, et salsis et odoratis odore aromatico, edulijs et potibus, necnon ueteri et natura calido uino, his inquã tanquàm à toxico abstinendum. Cibi sunt tradendi qui humectẽt, et refrigerent, ij nanq; synceris tertianis utiles, quãtitas autem erit quanta ab ipsis concoqui potuerit. Holerum autem congrua erunt triplex, blitum & malua et lactuca et buglossa et ptisanæ succus, ex piscibus saxatiles uolucrũ quæ mollis fuerint carnis,

& gallorum testiculi, et porcorum pedes, et cerebrum, et ouorum uitelli absorbendi, fructus dentur minimè concoctu difficiles, uuæ præmaturæ succus, pruna damascena. Huic *febri usq; quaq; syrupus acidus potu conuenit, syrupus uiolaceus, aqua ex hordeo cocta, aqua quoq; frigida, ut stomachi tamen ratio habeatur, aqua ex tertia uini parte cocta. At in non synceris tertianis, quæ plurimum calefaciunt, et arefaciunt, præcipuè uero aspersione absinthij uti licebit continuè post diem septimum, et oxymel potum multis profuit, aliquidq́; purgationis adhibendũ concoctione in urinis bona apparente. At in cibis uomitus prouocetur in huiusmodi lõgis febris languoribus, quibus feruntur à præstantißimis medicis multi plerunq; liberati, neq; statim à principio lauari bonum est, sed cum iam signa concoctionis apparuerint. Quies eis confert, et confoueantur eorum hypochondria, sorbitionesq́ue bene concoquantur, clysmata inferni uentris non admodum mollia. Cæterum etiam aliquid secantis admittatur, utpote craßiorem subiectam bilem, nec admodum calidiorem, præcipuè congruet ipsis ptisanæ succus iniecto pipere, et hyssopo quandoq; uel origano coquendo cum mellicrato dato potionẽ, aliaq́; quæ urinam moueant.*

Ex

Ex traditione Pœnorum & Arabum.


Ertiana febris aut de re naturali, aut de re extra naturã nascitur. De naturali cũ calida & sicca est natura infirmi, cui cholera dominatur rubea. Aetas est iuuenilis, tempus anni, æstas, aër calidus & siccus De non naturali, cum infirmus antequàm ceciderit, calidum aut siccum comederit, & habet tristitiam, angustiam, uigilias, laborem nimium, longi temporis ieiunium, ars eius ferraria, aut fornacina. Quæ omnia corpus calefaciunt & desiccant, & choleram rubeam generant. De re extra naturam, quia quædam febris cum calore est forti, & sicut cuspis acus pungibilis, quod ex choleræ rubeæ est acumine, calor eius in tactu fortis & acutus atq; pungitiuus, pulsus in initio periodi paruus & defectus atq; rarus, sed tamen non permanens nisi per paruum tempus, & in magnitudinem & diuersitatem mutatur. Magnitudo eius quia cholera rubea est leuis, nec grauat uirtutem, & item ex magna neceßitate refrigerandi calorem. Vrina eius est ignea, & est cum siti nimia. Angustia cum uomitu choleræ rubeæ, & nimio sudore propter subtilitatem materiæ, aliquãdo succedit digestio choleræ rubeæ, & cum has significa-

tiones inuenias, aut eorum plurimas, iudicanda est esse uera tertiana. Auicenna: Pura tertiana est subtilis, leuis, cuius paroxysmus cõsumitur à quatuor horis usq; ad duodecim, & non addit super eas multum, & si addit additione multa, tunc non est pura, & est secundum plurimum perueniens ad horas septem. Et calefit corpus in ea uelociter, & uides caliditatem procedere ex corde, & extremitates adhuc sunt frigidæ. Pura non addit cum non accidit error super septem periodos, & quandoq; cõsumitur propter subtilitatem suæ materiæ in paroxysmo uno in quo accidit uomitus, aut uentris solutio mundificans. Apparet digestio in urina prima die, aut tertio, aut quarto, aut septimo. Et cũ uides principium cum rigore, & statum cum sudore exuberante, tunc non dubites quin ipsa sit pura. Et cum non pura inuenitur grauitas plurima in capite, & extensio, et prolongatur rigor donec perueniat ad horas. 23. aut. 30. usq; ad horam suam, & tepescit donec complentur. 48. horæ. Et per quantitatem additionis paroxysmi super duodecim horas, est eius elongatio à puritate. Et in tertiana quidem non pura tardatur apparitio digestionis, & non apparet in forma obfuscatio, neq; extenuatio, & accidẽtia sua minorantur in ea. Serapio: Et oportet ut in

quira-

quiratur etiam de cholera citrina, et cholera nigra, quomodo est poßibile ut putrefiant cum ipsæ sint siccæ. Et causa dicitur esse in hoc, quoniam illa quæ dicuntur sicca, aut sunt sicca in corporibus suis, diuersa in complexionibus suis, sicut lapides & ferrum, & quæ sunt illis similia, aut sunt sicca complexionibus suis, humida in corporibus suis resoluta, sicut mel & uinum & cholera citrina, & cholera nigra quæ putrefiunt propter humiditatem corporũ suorum & eorum resolutionẽ, non propter complexiones suas & uirtutes. In febre autem tertiana pura ea quæ fiunt sunt duæ res, scilicet malitia cõplexionis materiei, & multitudo eius, ergo cogeris adhibere contraria eis simul. Quod est, quia tu contraria adhibes malitiæ complexionis calidæ & siccæ, per illud quod infrigidat & humectat. Et adhibes contraria multitudini materiei per euacuationem. Rasis: Si æger fuerit debilis aut delitiosus, & tempus fuerit æstas, circa unamquamq; noctem põdus ℥. 10. thamarindorum, & pruna sicca, & grossa. 20. sumantur, & in duabus libris aquæ usq; quo sint dissoluta coquantur, deinde manibus fricata colentur & misceantur, huic colaturæ sachari taberzet ℥. 10. & in potu antequàm dormiat sumatur, cumq; mane factum fuerit, & sol eleuari cœperit,

ex aqua ordei secundum magnam quantitatem bibat, & in loco bene quieto uel olente moretur, donec cibus digeratur, deinde ex oleribus frigidis in quibus non est amaritudo nutriatur.

Ex traditione autorum recentium.



Causa putridæ febris calor est extra naturam operans in fece chimorum, quæ fit de tertia digestione in omnibus membris facta. Quæ fex ideo est, quod accipimus siue sit potus uel cibus, uon sunt omnino laudabilia, unde cibi uenientes ad stomachum, & facti quasi ptisanum, epar trahit colamentum eius ad se, quod digestum & in sanguinem conuersum, mandatur mēbris ut ex eo nutriantur quod suæ conuenit, complexioni. Fex autem quia non conuenit, per poros in fumo & sudore expellitur. Quod si membra sint defecta ad expellendum fecem propter mutationem suarum uel complexionum uel compositionum, uel propter oppilationem pororum, uel propter grauitatem materiæ si fuerit multa in quantitate, aut grossa, aut uiscosa, fex permanet in concauitate membrorum & raritate eorum, sicut pulmonis

nis & splenis & concauitate uenarum stomachi et similium. Quæ si mouetur in quibusdam temporib. aut propter mala cibaria eius qualitatem augmentantia, aut propter aëris mutationem & similium, odio tenetur à natura propter sui corruptionem, nec regit eam, quæ sine regimine permanens, calefit in interiore corpore calore suo & fumositate, proinde bullit & calefit & putrefit sicut humores cadaueris bullientes corrumpuntur & putrefiunt, cum naturalem perdiderint calorem & regimen naturæ. Quæ putrefacta, generat febrem secundum suam complexionem unde naturam accipit à suo elemento. Si enim materia sit cholerica, ueram tertianam generat duodecim horas tenens, & triginta sex requiescens. Si sit phlegmatica, amphemerinam facit, & octodecim horis mouetur & .6. quiescit, quod si sit melãcholica, quartanã generat quæ 24. horis mouetur et affligit, et. 48. quiescit. Causa diuersitatis harũ grauitas uel leuitas est materiæ ad putredinem conuenientis uel inconuenientis, sicut dicitur de synocha, quæ fit ex putredine sanguinis. Omnis enim putrefactio non fit nisi cum calore & humiditate. Quæcunque igitur materia huius fuerit complexionis aut ei uicina, fit facilior ad putrefactionem, contraria uero contrariæ.

Vnde quartana quia materia eius frigida est & sicca, & causa putredinis calida & humida, repugnat putredini cum utraq; qualitate. Dimißio eius est.48.horis, & motio.24. necesse est enim ut calor extraneus.24.horas habeat in mutanda illa una qualitate, necesse etiam sunt aliæ.24.in mutanda alia qualitate. Quod si aliqui nos repræhendãt dicentes, quare iste terminus non est maior uel minor.24.horis. Respondemus: Quia omne quod generatur sub lunari circulo, est ex quatuor elementis adinuicem compositis. Destruere enim est conuersio unius in aliud. Verbi gratia. Item cum destruitur corpus, humores reuertuntur in aquam, spiritus in aërem, ossa in terram. Actio enim elementorum adinuicem facta fuit propter motum solis & lunæ, & stellarum motum habentium. Sol quoque est causa cæterorum, & dominator, & cursus eius ab ortu suo exiens & usq; ad eundem rediens, non manet enim nisi uigintiquatuor horis, unde si materia in aliqua parte putredini obediat, fit tempus actionis eius certius. Ideo tertiana, quia calidæ et siccæ est materiæ, & cum una qualitate, id est, calore conuenit putredini, & cum alia non, necessario calor extraneus moratur in tertiana.26.horis in mutanda siccitate in putredinem. Vnde si quærant alij

cur

cur calor extraneus in quartana. 24. moratur ad unam qualitatē, scilicet siccitatem, et in tertiana ad eandem siccitatem moretur. 36. horis. Respondeo, quia siccitas corporis duobus modis fit. Aut cum calore, aut cum frigiditate. Calor autem desiccat corpus, quia illud rarificat, & humores desiccat, frigiditas uero materiam coadunat & congelat, unde humor in ea clauditur, ad quem calore extraneo accedente constipata aperitur materia, & humor eius defluit, putredini obediens. In ea autem quæ propter calorem est desiccata, quia humores non sunt in ea clausi, nec coagulati, necessariò calor extraneus tardatur in ea liquefacienda & diuidenda. Similiter si opposuerint de amphimerino, cur amphimerinus sit facilior putredini quàm tertiana, cur etiam repugnet putredini cum una qualitate, id est frigiditate? Respondeo: Phlegma esse sanguinem secundo coctum, & in albedinem & frigiditatem mutatum, uel ut alij uolunt esse sanguinem diminute coctum, uidemus enim naturam mutare menstruum sanguinē in lac in mamillis, & in sperma in testiculis. Ideo natura mandauit phlegma cū sanguine per totum corpus, nec clausit illud in aliquò loco, sicut utranq; choleram. Quia aliquando corpus ex eo nutritur, cum paupertatem sanguinis

habuerit, ergo phlegma erit continuatim obediens putredini ſicut ſanguis, niſi propter paruitatem ſuæ frigiditatis, in qua calor extraneus aliquanto tempore moratur in mutando illius qualitatem in putredinem. Propterea dicimus febrem tertianam de cholerico humore & putrido naſci, propter id quod diximus. Quia cholera cum dominatur corpori, aut putrefit, aut non. Quæ non putrefit, aut eſt in toto corpore, aut in uno membro. Si ſit in toto corpore, icteritiam generat ſine febre. Quæ autem eſt in quibuſdam membris, facit tyriam. Putrefacta autem aut eſt in toto corpore, aut in uno membro. Si ſit in uno membro generat apoſtema, quod dicitur eryſipelas. Si ſit in toto corpore, aut eſt intra uaſa, aut extra. Si ſit intra uaſa, tertianam ſine rigore generat aut cauſon. Si ſit extra uaſa faciet tertianam interpolatam. Ea enim materia quæ eſt intra uaſa non facit rigorem, eò quod eſt in uaſis clauſa, non poteſt tranſire per loca ſenſibilia & pungere ea. Rigor enim non eſt aliud niſi materia pungens membra ſenſibilia. Sed hæc febris licet ſit cum interpolatione, in die tamen dimiſſionis non quieſcit, ſicut ea quæ eſt extra uaſa, quia materia eius eſt mixta cum ſanguine, &

cum

cum eo mouetur, sed tamen in die illa tranquilla mitigatur aliquantulum, unde à die exacerbationis differt. Et mouetur cholera de tertio in tertiũ, phlegma omni die, & melancholia de quarto in quartũ. Et causa est hæc, uidelicet quædam proportio inter ipsam naturam & ipsos humores. Et prout natura propinquior est ipsi humori, & humor ipsi naturæ. Et quantum inter eos maior concordantia & conuenientia & amicabilitas consistit, & minor mutabilitas, tantum natura citius ad ipsum mouetur, & ideo citius mouetur ad sanguinem, secũdo ad phlegma, tertio ad choleram, quarto ad melancholiam. Sufficit quantum diximus de signis tertianæ. Oportet nos plane dicere, quare & quomodo cholera rubea recipit putredinem, cum eius natura calida sit & sicca, quia diximus quod putredo non est nisi caliditatis & humiditatis. Iterum diximus quod quædam sunt naturaliter sicca, & substantia eorum est liquida sicut mel, uinum, cholera rubea, aqua salsa & similia. Sunt etiam quædam in natura humida, & in substantia sicca, sicut piper longum, zingiber cicer & similia. Sunt & alia in natura sicca & dura, & etiam in substantia, sicut ferrum, lapis & similia. Quod ergo in substantia est siccum, & in natura humidum, recipit putredinẽ, quia calor extraneus

neus humiditatem in eo inueniens, dilatat eam faci ens eam fluere. Item dicitur quod omnis ebullitio & perturbatio quæ sunt extra actionem naturæ, faciunt putredinem. Quod etiam in natura est siccũ, & in substantia liquidum suscipit putrefactionem, quia calor extraneus inueniẽs liquorem in eius substantia dilatat, & facit eam fluere. Quod autem in natura et in substantia siccum est, nunquàm recipit putredinem. Nam ex utraq; parte siccum est, proinde calor extraneus nullam in eo inueniens humiditatem, fit causa eam sicciorem & duriorem facere. Palàm ergo intelligimus, quia quod in suo corpore fuerit humidum, suscipit putredinem, licet naturaliter siccum sit, unde cholera rubea, licet in substantia sit liquida, in natura tamen est sicca, recipit ergo putredinem. Similiter & cholera nigra: Palam ergo est quod cholera rubea & nigra non recipiũt putredinem, propter earum complexionem & naturam, sed propter substantialem humiditatem illarum atq; liquorem. Et quia cõpleuimus causam putredinis choleræ rubeæ absolutè, oportet nos diffinire speciem choleræ quæ recipit putredinem, & quæ non. Vnde dicimus choleram rubeam diuersis modis esse. Est enim naturalis, & non naturalis. Naturalis est rufa habitans in felle, et uirtus eius in epate.

epate. Non naturalis est in stomacho. Est autem diuersa, quia quædam est uitellina, quædam crocea, alia praßina, & alia eruginosa. Vitellina & crocea minoris sunt coloris & siccitatis quàm rufa, quæ est naturalis. Praßina autem & æruginosa maiorē habent calorem & siccitatem quàm naturalis. Causa, quia naturalis cholera est ad stomachum ueniēs, miscetur cum humoribus in stomacho existentibus, quod si fuerint laudabiles & temperati sicut humores qui oriuntur de pane bene fermentato, agno annuali, hœdulo lac adhuc sugente, conuertitur cholera rubea in croceam naturali uicinantem. Quod si humores quibus cholera est mixta, fuerint ad humiditatem & frigiditatem pertinentes, sicut ei qui nutritur de piscibus, mutatur cholera in uitellinam, ideoq; uitellina minus est calida & sicca quàm crocea, & crocea minus quàm rufa. Quod si inuenerint humores in stomacho calidos et acutos, sicut ij qui generantur ex pipere, sinapi, porris, alijs, & similibus augmentatur calor, & cholera fit praßij coloris. Si autem illa cholera in suo permanserit acumine, & calefacit eam calor extraneus, aut caliditas tēporis, & aliarum rerum intenditur fitq; æruginosa. Crocea uero aliquando nascitur in epate, cū sanguis sit humidior q̄ decet, proinde naturalis

cholera in iuuenibus est rufa, senibus uero & pueris est crocea, senioribus uitellina, prassina autem impossibile est ut generetur in epate, nec transit à stomacho, nec generat febrem, quia non tanto tēpore in corpore permanet ut putrefiat & febrem generet. Natura enim semper se adiuuat, ut eam à corpore expellat propter eius malignitatem, quod si natura defecerit eam expellere nequiens, incenditur corpus, & homo moritur. Ergo si talia de prassina accidunt, quanto maiora & ficciora de ærugi-nosa eueniunt. Necesse est ergo ut rufa, crocea & uitellina, recipiant putredinem & febrē generent. Sed si materia febris fuerit uera cholera, id est rufa, generatur causon. Si fuerit crocea, generatur tertiana. Si est uitellina, nascitur hemitritæus. Febris tertiana molestior est cæteris putridis febribus, propter acumen eius materiæ, & quia est causon uicina. Quæ cum fuerit uera fit eius crisis in septem periodis, sicut Hippocrates dixit. Si non sit uera, transit hunc terminum & secundam materiam cum qua miscetur, fit longitudo suæ determinationis. Quæ aliquando incipit in autumno & dimittit in uere. Solet autem patientibus in nocte euenire antequàm accessio ueniat, angustia & uigilia, ueniente autem accessione, accedunt parua frigiditas, sitis &

tis & calor, unde oportet medicum in hac febre sibi cauere ab initio ut non det infirmo rem calefacientem, ne materia calefacta cum sui acumine ad caput saliat, & phrenesim generet fiantq; timor & molestatio peiores. Cholerae enim rubeae acumen & uelocitas non sustinent medici stultitiam & ignorantiam infirmi. Cura tertianae uerae, si materia est in stomacho, in principio detur syrupus acetosus cum calida, aut uinum malorum granatorum acetosorum coctum cum sacharo usque ad spißitudinem, propinetur ieiunus cum calida. Diaeta sit panis & aqua lactis, scariola, malua, atriplex, spinachia, malagranata acetosa, pruna damascena, & detur decoctio uiolarum & prunorum. Pro dolore capitis, ungatur frons & tempora de oleo rosarum et aceto uel populeon Contra sitim et linguae siccitatem, indigemus aßiduatione in ore & gutture patientis rebus prohibētibus exiccationem: Recipe quatuor seminum frigidorum minorum, seminis psilij, seminis citoniorum fortiter conquassatorum ana. drach. 2. seminis bombacis mundati drach. 1. succi liquiritiae unciam unam, fiant parui saccelli in forma amygdalarum in latitudine tenues ligati, qui saccelli madefiant in muscilagine, quarum recepta sequitur: Recipe seminum immediate di-

te di-

te dictorum ana.ʒ.2.conquaſſata fortiter infundātur per horam in aquis nenupharis,capil. ueneris, cucurbitæ,cucumeris,et alijs ſimilibus omnibus,uel quas habere poteris,& poſtquàm aquæ & ſemina ſimul per horam ſteterint,uidebis ſupernatare muſcilaginem,quam collige et poſt ibidem tempera ſacellos dictos & pone unum in ore patientis, poſtquàm ibidem parum ſteterit, abijce & remitte ut temperetur quouſq; os ſufficienter humectetur.Clyſteria quoq; fiant quæ in capitulo de cauſone docuimus.Si materia eſt in ore ſtomachi, uomitus prouocetur cum decoctione atriplicum,ſeminis raphani aut cum ſyrupo acetoſo. Quod ſi non ſuſtinent uomitum,purgentur cum decoctione uiolarum, prunorum,thamarindorum addita caſiafiſtula. Si non, cum decoctione myrobalanorum & infuſione rheũbarbari.Fomententur autem manus & pedes cum aqua ubi cocta ſit malua,atriplex,uiolæ,roſæ & papauer.Et ſi materia eſt in epate,& urina ſit ſpiſſa, phlebotometur de uena baſilica,maximè ſi ſanguis abundet,& fac minutionem poſt duas uel tres acceßiones.Aër quoq; artificialiter ſit frigidus, & epar epithemetur ſi in eo eſt materia multũ calida, fiat cataplaſma de ſantalis albis & rubeis cum oleo uiolarum & roſis & ſpodio. Contingit quandoq;

doq; ut nimio uomitu ac uentris solutione molesten tur, ad uomitum itaq; compescendum spongia in aceto infusa bulliente, & cum puluere mastiches stomacho apponatur. Ad fluxum uentris comprimendum fiat fomentum de plantagine, mirrha, corrigiola, roß. in aqua pluuiali. Vtantur coctanis coctis. Facta purgatione si dolor capitis perseuerat, detur rubea in sero cum aqua tepida. In tertiana notha eisdem ferè curis uti debemus, nisi quod minus frigida sunt danda. Quandoq; admiscenda sunt calida, atq; in diebus quietis utantur uino aqua multa diluto. Pullis, ouis sorbilibus, pedibus porcorum, & similibus utantur, ptisana in qua bullierint caricæ, uuæ passæ, hyssopus, pulegiũ. Ad materiei incisionẽ et diuisionem, syrup. acetos. & oxyzaccara, & oxymel. Ad purgationem aũt eisdem decoctionibus utimur, sed addimus polypodium, sem. anisi, maratri, purgamus cum trifera saracenica, benedicta, picra Galen. rheumbarbaro, post purgationem non solũ rubeam, sed & triferam magnam, aut aurcam, aut methridatum administramus. Sed nunc aliqua ponenda sunt remedia magis specialia, tam in cura tertianæ ueræ quàm nothæ. Syrupus magistralis in tertiana uera: Recipe florum boraginis, buglossæ, roß. ana. M. s. uiol. lactucæ, papaueris albi, endiuiæ,

ſcariolæ ana.M.1.ſem. endiuiæ,lactucæ ana.unc.s. ſem.quatuor frig.ana.ʒ.6.decoquātur,de qua decoctione: Recipe lib.1.ſachari ℥.3.aceti unc.2.uini granatorũ unc.1.fiat ſyrupus,quod ſi uolueris facere longũ,dabis de eo unc.4.loco digeſtiui.Si breuis fuerit,ſiue debitè coctus da ℥.2 cum aqua endiuiæ unc.3.uel:Recip.ſyrupi acetoſi ſimpl.unc.1.oxyzaccaræ unc.s.aquæ endiuiæ unc.2.aceti ℥.1.et ſic de alijs. Syrupus ſancti Ambroſij faciēs ſudare mirabiliter,et ſitim extinguit:Recip. milij excorticati quãtitatē cõuenientē, et fac cũ decoqui uſq; ad eius aperturã.Deinde:Recip.unc.5.uel circa eius brodij ebullientis, et infunde uini albi odoriferi unc.2.& ſic calidũ da patiēti,et bene eũ tunc cooperias,ſudabit mirabiliter,curabãt ſic Mediolanēſes,& adhuc eo utũtur.Emplaſtrũ factum ex fuligine,ſale,apio aquatico ſuper uolas manuũ et plantas pedũ poſitũ ante acceßionē per tres horas tolit illam. Item dicitur quod ʒ.1.radicis gentianæ bibita cum uino ante paroxyſmum tollit illũ.Similiter ſuccus hypericonis.Iſta tamen ſunt empirica, quibus non aſſentio ſatis,ſed à Nicolo ſcripta inueni, & propterea hic apposui.Solutiuum:Recip.Caſiæ extractæ cũ aqua endiuiæ & abſinthij unc.1.rheũbarbari electi ʒ.1.s.ſpicæ uel ſquinanti grana.4. miſce.Da omni hora

rā diarrhodon Abbatis. Ex expertis in febre tertia na pura, est succus corrigiolæ tepidus bibitus ante paroxysmū per horam, dosis. unc. 5. prohibet enim paroxysmum in ea euenire. Idem operatur succus uuæ acerbæ, si nouem diebus mane sic bibatur. Idem succus cichorij Et tu hæc confice cum sacchãro uel iulep aliquo. Et si dantur unc. 4. uini granatorum muzorum, uel acetosorum cum unc. 2. aquæ endiuiæ per horas duas ante accessionem paroxysmi, ipsum tollit aut minuit, maximè si cōtinuetur aliquib. diebus. Tu tamen in hoc considera stomachi dispositionem, & da deinde sequenti die euacuatiuum. Et quando mixtio est ex cholera & phlegmate tenui & cholera citrina: Recipe aquarum endiuiæ, scariolæ, cichorij ana. unc. 1. s. absinthij, fœniculi ana. uncia 1. syrupi acetosi simplicis, mellis rosati colati ana. unc. 1. s misce, uel si uis magistralē: Recipe endiuiæ, scariolæ, lactucæ, adianthos, hyssopi, cichorij ana. M. 1. radicū fœniculi unc. 2. s. radicis apij ℥. 1. seminū endiuiæ, scariolæ ana ℥. s. sachari q. sufficit, aceti unc. 4. & fac longū aut breuē ut placebit, & aromatiza cū cinnamomo. Ex solutiuis da casiæ extractæ ℥. 1. cū ʒ. 1. s. turbith præparati, extrahatur cū aqua absinthij & endiuiæ ana: Recip. electuarij indi ʒ. 1. electuarij de succo rosarū ʒ. 1. s. cū aqua

endiuiæ, absinthij ana. ℥.1. Confectiones & electuaria compone ex calidis & frigidis, ut: Recipe specierum aromatici rosati descriptione Gabrielis ʒ. 1. s. specierum tria santalorũ ʒ. 2. quia cholera uincit in uigore, sachari taberzet ℥. 10. fiat confectio solida. Ex trochiscis conueniunt trochisci rosati minores, maximè post dies. 14. Si fuerit ex cholera uitellina, consimiliter dic de simplicibus. Ex compositis uero: Recipe syrupi acetosi simplicis ℥. 1. s. mellis rosati colati ℥. s. aquæ endiuiæ, fœniculi ana. ℥. 2. Ex magistralibus: Recipe radicum fœniculi, asparagi ana. ℥. 1. scolopendriæ, endiuiæ, scariolæ, asari ana. ℥. s. fiat decoctio & cum lib. 1. s. sachari & ℥. 4. aceti, uel si magis uis incidere aceti scyllitici, fiat syrupus longus aut breuis, & detur ut supra cum aliquibus ex appropriatis aquis aut sine aquis. Ex solutiuis cõuenit: Recipe diaphœniconis uel electuarij indi. ʒ. 1. s. electuarij succi rosarum ʒ. 1. Etiã conuenit agarici ʒ. 2. uel turbith, manna pariter et casia secundum tenorem uirtutis. Et in hoc capitulo laudat Auicenna turbith, agaricum & scamonium, ualet & rheumbarbarum & in substantia & in infusione datum. Et bene commendes memoriæ propter ægritudinem chronicam te oportere de debili ad forte procedere & sæpe replicare. Ex trochiscis

chiscis commendantur de eupatorio. Ex *confectionibus conueniunt diarrhodon, triasantalum, aromaticum rosatum, de gemmis simul mixtis & cum sacharo fiat electuarium ut decet, et de ipsis plus aut minus pone secundum quod uidebis.* Et *si fuerit nõ pura per admixtionem melancholiæ in se genitæ per adustionem, tunc simplicia uideantur quæ conferũt choleræ puræ & melãcholiæ, et ex illis aggrega, ut uerbi gratia magistraliter:* Recipe *florum uiolarum, boraginis, buglossæ, rosarum rub. endiuiæ, scariolæ, lactucæ ana.* M. 1. *sem¦. frigidorum maiorum, scolopendriæ, succi boraginis, succi pomorum redolentium acetosorum ana.* ℥. 3. *succi fumiterræ* ℥. 2. s. *bulliant in lib.* 6. *aquæ ad consumptionẽ tertiæ partis, & cũ lib.* 2. *sacchari fiat syrupus cum* ℥. 3. *aceti scyllitici & clarificetur & detur de eo plus uel minus, uel:* Recipe *ex compositis syrupis uiol.* 1. *syrupi de fumoterræ* ℥. s. *aquæ buglossæ* ℥. 2. *aquæ fumiterræ unc.* 1. *misce.* Ex *solutiuis:* Recipe *rheumbarbari electi* ʒ. 1. s. *spicæ grana.* 5. *infunde in aqua lactis, & modico uini albi, stetq́; per horas octo in infusione, deinde exprime, cui expreßioni addatur casiæ uel mannæ* ℥. 1. *extrahatur casia cũ aqua fumiterræ, boraginis, endiuiæ. ana.* Confectiones & *electuaria fabrica, ut uerbi gratia:* Recipe

ſpecierum electuarij de gemmis ʒ.1. triaſantalorũ uel diarrhodõ ʒ.2.s ſachari albi unc.10. Quod ſi fuerit non naturalis per admixtionẽ cholerę nigrę ab extra uenientis, cõſimiliter operare ex parte ſimpliciũ, ut uerbi gratia: Recipe meliſſæ, ſcolopẽdriæ, endiuiæ, ſcariolæ, florũ boraginis, bugloſſæ, uiolarũ ana. M. 1. radicũ fœniculi, petroſelini ana. ℥.1.s. liquiritiæ, roſarũ, paſſularũ ana. unc. 1. fiat decoctio, & cũ lib. 1. decoctionis ponãtur unc. 3. ſacchari, & unc. 2. aceti, & fiat ſyrupus lõgus aut breuis, ut dictũ eſt. Vel: Recipe ſyrupi uiolati acetoſati unc. 1. de fumoterræ unc. s. aquarũ ſcolopendriæ, bugloſſæ ana. unc. 1. s. De ſolutiuo: Recipe caſiæ aut mannæ unc. 1. diaſenæ unc. s. uel electuarij hamech ʒ.1. s. cum aquis conuenientibus, & da ut ſupra.

Amphemerini febris cognitio, à noſtris quotidiana appellata. Cap. IIII.

Quemadmodum Græci & Latini tradunt.



Mphemerinon febris uocitata eſt, quod diei noctiſq; ſpatia aliqua obtineat, in naturis magis pituitoſis reſidet, & hyberno tem-

no tempore, & in statibus humidioribus et frigidioribus, senesq; & pueros magis infestat propter edacitatẽ, et præcipue in humidis frigidisq; locis degentibus, & uitis segnibus cum saturitate, et magis cum in cibis continue sese lauerint, ac multo magis cum ipsa cibaria natura suapte sunt magis pituitosa, & manifesto inordinata. Febris igitur non cum rigore statim primo die inuadit, sed frigiditate circumcepti magis difficilem calorem habent. In pulsibus autem manifesta inordinatio, et inæqualitas cõsidet in paroxysmi inuasione, præsertim motus crassitudo, & ipsis non est uehementia, neq; languẽtes hæc exurit febris, neq; in densum cogit respirare, neq; sufflare, seu frigus exquirere. Verũ huiusmodi febres neutiquàm siticulosæ sunt, sed uomẽtib. pituitosæ, & quæcũq; uentrẽ ipsis infernè exinaniuntur, frigidiora et pallidiora sunt crudiora, & magis aquosa ferè sese proferũt primis diebus. Hi neutiquã sudant, neq; ad pfectã à conflagratione immunitatẽ perueniũt, eorum color albus, urinæ albæ et tenues primis eminguntur dieb. post tũ crassæ, tũ turbidæ, is humor quotidie paroxysmũ suscitat. Conquiescit aũt à cõflagratione immunis ppetuo horis decẽ & octo, nec multo secus, et pinde amphemerinõ est uocitata, quod diei noctisq; spatia aliqua obtineat. Cu

rantes amphemerinum, oxymelle utimur post primos dies, & qui possunt bene urinas aduertere, & uniuersa uictus species sit secabilior. Prouidendum autem est uentri circa uigorem, præcipuè ori uentris cauendum, deinde euomendum à cibis & radiculis, & pituitam exhaurientibus utendum adminiculis. Cætera uero uictus sunt ad communes reijcienda intentiones, uictu, ut utamur tenuanti, & medicaminibus secantibus.

Pœnorum & Arabum traditio.

QVia febris phlegmatica de materia nascitur frigida & humida. Nam phlegma naturaliter est frigidum & humidum, necesse est ut hæc febris curetur cum rebus grossorũ humorum attenuatiuis. Sed tamen quia phlegma diuerso modo est, quia quædam species phlegmatis est grosśior & frigidior naturali, & quædam calidior, necesse est cum materia est frigidior dari plus eam attenuantia, quàm cum fuerit calidior. Vnde medicum oportet inuestigare, ut certiśsime cognoscat quomodo eam debeat curare, & faciat hoc secundum oppositionem qualitatum. Res enim subtiliantes & attenuantes diuerso sunt modo in qualitate, quia est phlegma frigidum & humidũ, & hæc

species

ſpecies eſt naturalis, quæ eſt de colamenti ſangui-
nis aquoſitate, proinde ſanguis nõ perfecte coctus,
uel digeſtus, eſt phlegma. Eſt & phlegma frigidius
& groſsius quod dicitur acetoſum, quod ſignificat
frigiditatem ſanguini dominantem. Eſt & aliud ca
lidius & leuius ſicut ſalſum, quod oſtendit calorẽ
aquoſitati ſanguinis dominari. Similiter attenuati-
ua diuerſa ſunt, quia quædam cum nimio calore &
incenſione ſunt attenuatiua, ſicut radices origani,
calamenthi, zingiber & ſimilia. Sunt & quedam
quæ attenuant abſq; calore frigore, quemadmodũ
maratrum, lupinum, apium & ſimilia. Sunt & alia
attenuatiua & acutum calorem extinguentia, ſicut
ptiſanum, oxyzacchara, & his ſimilia. Auicẽna: Fe
bris phlegmatica non eſt ex materia quæ faciat pũ
ctionem, ita ut ſit cauſa rigoris in uia expreſsionis,
eius namq; putredo eſt rei lenis. In febre phlegma-
tica ex uitreo humore fit frigus propter illud quod
non putruit, & horripilatio propter illud quod
iam putruit, & maius eius frigus et ipſius rigor in
ſunt periodis ſtatus. Et multotiens incipit cũ ſynco-
pi, et fit ſcilicet ſyncopis propter debilitatẽ oris ſto
machi, & caſum appetitus & priuationẽ iſtimbræ,
id eſt digeſtionis, quæ eſt fundamentũ materiæ nu-
trimenti & uirtutis. Illam autem quæ fit ex phleg-

mate ſalſo ſequitur horripilatio, & nõ fit uehemẽs frigus eius. In hac febre diuerſificatur eius paßio à caliditate, ſcilicet in ſenſu tactus, ſicut accidit in reliquijs uiſcoſis cum bulliunt, ipſa enim diſrumpũtur in quibuſdam locis, & in quibuſdam non. Et febres quidem phlegmatis ſunt multæ oppilationis, & ſudoris pauci, & cum ſudare facit eſt res non exuberans. Et ſitis quidem minoratur in febribus phlegmaticis propter cauſam ſalſedinis. Et ſignificant eã ut ſit paroxyſmus eius decem & octo horis, & dimißio eius. 6. horis, & non eſt dimißio eius munda, quoniam materia cum multitudine & uiſcóſitate eſt multa. Minor horarum ſui principij ſecundum plurimum eſt decem & octo dierum, & eius eradicatio in pluribus eſt in tra quadraginta quatuor dies, aliqui habent intra ſexagintaquatuor. Saluior earum eſt illa, quæ eſt mundorum temporum, & præcipue illa quæ eſt multi ſudoris, ſignificat enim ſubtilitatem materiei & paucitatem eius & raritatem corporis. Raſis: Accidit autem hæc febris ſæpius pueris, & mulieribus, & eunuchis, & corpora habentibus humida, & eis qui multum comedunt, & parum euacuantur, & parum exercitantur, & in temporibus, & in regionibus frigidis & humidis. Vrina uero in

ro in hac febre alba est & subtilis, aut rubea & spissa & turbida. Et secundum maius in principio est in prima dispositione, sed postea succedente tēpore in aliam mutatur dispositionem. Eiusq; interpolatio in pluribus in recessione diei contingit, & iuxta noctem. Neq; cum sudore separatur, & præcipue in primis diebus. Sudor & si cum ea fuerit, erit paucus & uiscosus. De uomitu uero ita sit ut res se habuerit. Aeger uero non est fatigandus, ut hoc modo omnino mundificetur, & ut prorsus inuestigetur. Ex medicamine quod fit ex turbith, quaq; nocte est ei dandum, quod: Recipit turbith fricati & cribellati cum panno sericino drachmas 10. masticхes, zingiberis, amborum ana. drachmā 1. sacchari quantum de omnibus. Ex hoc quaq; nocte pondus aurei unius in potu detur, nisi uenter à natura bis aut amplius inter diem & noctem soluatur. Nutriendus uero est æger ex aceto & oleo abluto, & sacharo, & pauca mentha, & ex oleribus huic similibus. Quod si ægri uirtus debilitata fuerit, pulli assati, & præparati in patella dentur, & separentur à iure & micis. Et obseruandum est ne aquam frigidam patiens in hac febre bibat, neque aliquid eorum quæ ei similia sunt, ex

rebus

rebus frigidis. Et hoc si neglexerit, febris fiet longißima. Constantinus: Significatio quotidianæ febris, aut de re naturali, aut non naturali, aut extra naturam est. De re naturali sicut si complexio infirmi frigida & humida sit, et sibi dominetur phlegma. Aetas eius, aut pueritia, aut senium. Pueritia, propter gulositatem. Senium, propter multitudinem phlegmatis in corpore eorum. De non naturali, cum infirmus in sanitate sua gulosus, multū quiescens, piger, sæpe balneans post cibum. De re extra naturā, cum infirmus sentit dolorem in ore stomachi & humiditatem in lingua, inflationem in latere mutato colore, sitis parua, rigorem & frigus nimium habet in extremitate corporis & diu. Cum autem tangas corpus in hora acceßionis, non apparet calor nisi cum moratur manus. Habet enim calor humiditatem propter phlegma, parum acutus est propter putredinem, aliquando sudans parum, aliquando non.

Ex traditione autorum recentium.



FEbris amphimerina, quæ quotidiana dicitur, de putredine humorum phlegmaticorum nascitur. Phlegma enim complexioni corporis dominetur, aut putrefit, aut non. Nā

putre-

putrefactum aut est in toto corpore, aut in parte. Si fuerit in toto corpore, generat aut hyposarcam, aut frigiditatem continuam sine febre. Causa huius diuersitatis est fortitudo & defectio membrorum, quia membra cum fuerint fortia, expellunt paulatim illud phlegma, nec dimittunt illud coadunari ut hyposarca generetur. Quod si fuerint defecta, coadunatur in corpore, unde hyposarca nascitur. Si autem fuerit in uno loco, facit humidum apostema, quod zimia nuncupatur. Si autem fuerit putrefactum, aut est in toto corpore, aut in uno membro. Si est in uno membro, generat uulnera aut pustulas, de quibus humores saniosi fluunt & aquosi. Si fuerit in toto corpore, aut est intra uasa, aut extra. Si est intrinsecus, generat quotidianam continuam sine rigore. Si est extrinsecus, generat quotidianã cum interpolatione. Quam tribus modis intelligimus ut superius dictum est autoritate Cõstantini, sicut etiam de tertiana dicitur, scilicet re naturali, nõ naturali, & re extra naturam. Res naturalis, est ætas, cõplexio. Non naturalis, est tempus, regio, aër, & artificium infirmi. Res extra naturam, sunt accidentia quæ ex hac febre generantur, quæ sunt infirmo accidentia, medico uero significationes. Habet etiam hæc febris proprietates quæ sunt ab ea insepara-

para-

parabiles, scilicet dolor stomachi, & splenis. Sed tamen maior est in stomacho. Proinde patiens euomit phlegma & facies eius fit tumida, & mutatur in liuidum aut plumbeum colorem. Os eius semper est humidum & insipidum, nec ullam patiuntur sitim, & si in statu sitierunt, fit modica, quæ sitis non est propter phlegmaticam materiam, sed accidentialiter propter calorem phlegma putrefacientē, sicut eis qui pisces & melones comederūt, hæc enim cibaria si calorem esse in stomacho accumulatum inuenerint, cito in eius naturam conuertuntur, & sitim generant, quia naturaliter sunt conuertibilia. Quod si ultimitas caloris in unaquaq; febre uenerit, mutatur eius facies in citrinitatē, urina fit rubea et pulsus fortis. Hæc sunt propter calorē phlegma putrefacientē, cessante quasi calore cōuertitur facies eius in plumbeū & albū calorem, & urina in albedinē & cruditatē. Causa, quia materia est cruda, pulsus eius fit latus, tardus, diuersus & debilis. Latitudo propter abundantiā & humiditatē materiæ. Defectio & tarditas propter paruitatem caloris naturalis. Diuersitas eius, q̃a natura aliquando materiæ dominatur, unde pulsum facit fortem, & aliquando materia naturæ dominatur, unde pulsus fit debilis. Veniente autem morbo ad finem & mate-

ria di-

ria digesta, fit urina digesta & rubea & turbida, & significat propinquitatem crisis. Quod si aliqui nos reprehẽderint dicentes: si natura febris est calida & sicca, & phlegma est frigidũ & humidum, quomodo ex eo phlegmate febris nascitur: Respondeo: quod nõ dicimus febrẽ de phlegmate generari secundũ suam naturã propriam existentem, sed dicimus quod omnis materia phlegmatica, aut cholerica, aut melancholica cũ putrefit bullit & calefit, unde febris generatur, quæ si nõ putrefit, febrẽ nullo modo facit, licet naturaliter sit calida. Hoc uero testificatur per ictericiã, quæ nascitur de cholera rubea mixta cũ sanguine per totũ corpus, & tamẽ patiens nullã febrem patitur, qa cholera nõ est putrefacta. Palã ergo intelligimus quod phlegma nõ generat febrẽ naturaliter, sed propter sui bullitionẽ de putredine procedentẽ, uerbi gratia, aqua calida incendit, nõ propter sui naturã, sed propter calorẽ quẽ ab igne suscipit. Veniẽdo igitur ad curã si phlegma intelligitur esse frigidius & grossius, medicetur cũ calida & humectatiua medicina. Si uero phlegma fuerit calidius & lenius, curetur in initio cum extenuatiuis & refrigeratiuis. Febre autem mitigari incipiente, patiens curetur cum re extenuatiua, & non calefactiua, aut aliquanti caloris actiua,

quia

quia ſi data fuerint refrigeratiua calore febris de-
creſcente, timemus ne materia induretur & ingroſ
ſetur. Phlegma enim licet calefiat accidẽtaliter, na
turaliter tamen recipit cito frigiditatem & humidi
tatem. Item ſi calidas medicinas aſſuefaciamus, aug
mentatur materia pluſquàm fuerat prius, quia ſi ca
lorem conſumat, frigidum ſuſcepit, quanto magis
eſt paratum ad ſuſcipiendum calorem cum acciden
taliter ſit calidũ, proinde neceſſe eſt ut ſit medici-
na mediocris, id eſt attenuãs ſine calore, aut cũ mo
dico calore, & hoc fiat ab initio, uſq; dum materia
fuerit digeſta. Cũq; ſignum coctionis in urina alijſ-
úe locis apparuerit, feſtinari oportet ad expellen-
dum materiã extrinſecus, hoc enim ſi neglexerit, ti
mendum eſt ne materia ingroſſetur & induretur,
quia ſicca eſt eius natura. Signũ etiã coctionis ſi non
apparuerit in urina, quemadmodum ſi cruda appa
reat, et alia ſigna monſtrent motam eſſe materiam,
ne credatur urinæ. Poßibile enim eſt ut cruditas u-
rinæ fiat ex cibi & potus inordinatione, unde nec
tuam actionem dimittas propter urinam, ſed purga
materiã cũ uentris ſolutiõe poſt digeſtionẽ ſecundũ
ꝙ oportet. Ex cõpoſitis uſualib. in febre phlegmati-
ca ex phlegmate dulci: Recipe ſyrupi acetoſi ſim-
plicis ℥.1. aquæ fluuialis coctæ unc. 3. ſaccari ℥.1.s.
Tranſeo

Transeo ad fortius, da oxymellis unc. 1. aquæ fœniculi unc. 3. Item ulterius ad fortius: Da acetosi de duabus radicibus cum aqua fœniculi, ut dictum est. Et ad fortius: Da syrupum acetosum de quinq; radicibus, uel syrupum de bizantijs cum aqua eupatorij, & cum aqua absinthij, & huiusmodi, ita quod semper à debili ad forte, et sic procedas dando ipsa digestiua de quinq; uel sex diebus in sex dies, & aliquando intercipe tempus ut natura quiescat à grauamine medicaminũ, & ut uideatur quid operabitur natura non impedita ab ipsis medicinis. Si cupis digestiuum magistrale fac sic: Recip. Eupatorij, absinthij, bedeguar ana unc. 1. radicum fœniculi, apij, liquiritiæ, passularum ana unc. s. rosarum, ameos ana drach. 3. seminis endiuiæ, fœniculi ana drach. 2. bulliãt in libris quatuor aquæ usque ad cõsumptionem medietatis, & cum libra una mellis despumati fiat syrupus, & maximè in hyeme, æstate fac cum saccharo albo. Et hic attende, quod ipsum est forte & conueniens in fine, materia digesta: Recip. Agarici, turbith ana ℈ 1. spicæ, salis gemmæ ana grana quatuor, zinziberis ℈. s. infundatur in aqua mellis, deinde sufficienter exprimantur, in qua aqua dissolue caßiæ, aut mannæ unc. 1. Ordinatur cõfectio de turbith hoc modo in

casu commendata: Recip. Zingiberis ℥. 3. galangæ, piperis longi ana scrup. 2. macis, croci ana ℈ s. turbith gummosi & electi drach 12. sacchari albißimi librã unam, & cum aqua absinthij, & pauco uino citoniorum fiat confectio solida, de qua capiat morsellum, dosis drach. ʒ. Ex confectionibus conueniunt: Recip. Specierum aromatici rosati ℥. 1. diarrhodon Abbatis drach. s. specierum electuarij de gemmis scrup. 2. sacchari albißimi unc. 5. fiat confectio solida cum aqua absinthij, de qua capiat morsellum unum per horam ante pastum mane & sero. Electuarium ordina sic: Recip. Sacchari boraginati, buglossati, uiolati ana unc. 4. pulueris anthos drach. 1. specierum aromatici rosati drach. 1. s. diarrhodon drach. 1. specierum electuarij de gemmis drach. s. cõfice & deaura de quo dabis ut de confectione dictum est. Ex trochiscis specierum: Recip. Diarrhodon, cinnamomi electi ana drach. 2. incorporẽtur cum succo eupatorij, et quia puluerizati non sunt in usu, da eos in forma pilularum, & ex eisdem potes cum saccharo confectionẽ facere Laudãtur etiam trochisci de rosis, quoniam sunt stomachi confortatiui. Ad extra stomachum inunge, ut Recip. Olei mastiches unc. 1. nardini siue de spica unc. s. de absinthio unc. 1. pulueris gariophy

riophylorum drach. s. ligni aloës ℈. 2. corallorum rubeorum drach. 1. coriandrorum præparatorum drach. s. pulueris rosarum scrup. 1. aceti nigri parum, & cum cera fac unguentum. Ex expertis puluis unius folij pentaphilon cum uno grano piperis, cum uino potanti datum ante accessionem per horam, quod tempus semper intellige de similibus datis. Sinapi tritum cum hydromelle datum quotidianam tollit, materiam in fumum conuertendo.

Idem operatur Theriaca cum aqua calida exhibita ante horã accessionis per horas duas, & hoc de quarto in quartũ præcedẽtibus euacuationibus. Alchif contra febrem de phlegmate dulci uel naturali: Recip. Succi fumiterræ unc. 1. agarici drach. s. succi fœniculi unc. 1. detur ante accessionem per tres horas, & liberabitur æger. Si autem fuerit quotidiana periodica ex phlegmate salso, fac quæ sequuntur. Ex digestiuis magistralibus: Recip. Endiuiæ, scariolæ, buglossæ ana Manipulũ unum, radicum fœniculi, apij ana Manipul. s. florum buglossæ, uiolarum, boraginis ana Manipul. 1. semin. frigidorum unc. 1. liquiritiæ, passularum ana unc. 3. anisi, fœniculi ana unc. 2. fiat decoctio in lib. 4. aquæ usque ad consumptionem medietatis, deinde cũ lib. 1 sacchari albi, & media mellis fiat syrupus,

de quo dabis ℥. 1. cum aquæ endiuiæ unc. 1. s. buglossæ unc. 1. Ex *solutiuis:* Recip. *Violarum M. s. passularum unc. s. radicũ fœniculi ʒ. 2. fiat ex his decoctio cum aqua, cum qua extrahe caßiæ unc. s. diaphœniconis, uel electuarij Indi ʒ. 1. uel cum dicta decoctione da diaphœniconis ʒ. 3. uel rheumbarbari, aut turbith ℈. 2. zingiberis, spicæ ana ℈. s. & infunde rheumbarbarum in uino subtili per noctem cum ipsa spica, & cum decoctione præcedenti, & caßiæ unc. 1. & electuarij de succo rosarum ℈. 2. da.* Ex *confectionibus, conueniunt manus* Christi *perlatum cum modico santalorum factum. Item:* Recip. Corallorum *rubeorum ℥. 1. cinnamomi ℈. 4. margaritarum ʒ. s. santalorum rubeorũ ℈. 1. ligni aloës, macis ana ℈. s. sacchari albißimi unc. 8. fiat cõfectio in morsellis, cum aqua rosata, de qua accipiat ut in præcedenti rubrica, uel ex speciebus diarrhodon* Abbatis, *& electuarij de gemmis, aut aromatici rosati fiat confectio.* Ele*ctuariũ fiat ex saccharo rosato, uiolato, buglossato ana unc. 2. s. manus* Christi *perlato, diarrhodõ* Abbatis *ana ʒ. 10. specierum electuarij de gemmis unc. s. deauretur.* Ex *trochiscis qui tamen non sunt multũ in usu:* Recip. Trochiscorum *de eupatorio, trochiscorũ de spodio ana, confice cum iulep uiolato, & da ut in præce-*

præcedenti rubrica. De cura phlegmaticæ periodicæ ex phlegmate muscilaginoso, & uitreo, & aquoso. Ex compositis usualibus digestiuis in tali febre: Recip. Mellis rosati colati unc. 1. syrupi acetosi simplicis unc. s. aquarum fœniculi, buglossæ ana unc. 1. s. Et ex isto transeas ad fortius gradando, ut prædictum est. Magistrale: Recip. Radicum asparagi, brusci, fœniculi ana unc. 1. melissæ, buglossæ ana M. 1. seminis anisi, fœniculi ana unc. 1. ameos unc. s. passularum unc. 4. & cum quatuor libris aquæ, fiat decoctio ad cõsumptionem medietatis, deinde cum lib. 1. mellis, & unc. 4. aceti, fiat syrupus in hyeme, in æstate cum saccharo, & fac acetosius, et minus ut uideatur, & ualet iam digesta materia. In principio fac cum minus aperitiuis, unde uide conditiones digestiui in hac materia attẽdendas in primis capitulis superius adductis. Ex solutiuis habes pilulas, & alia ut per te scire debes. Ex magistralibus: Recip. Pulueris hieræpicræ ʒ. 2. agarici, turbith ana ʒ. 1. spicæ, zingiberis, salis gẽmæ ana grana 6. informentur cum oxymelle, & in hoc casu agaricus est medicina propria. Et confectiones conueniunt ut in phlegmate dulci dictum est, quæ adhuc eleuabis in gradu caliditatis magis, quoniam phlegma uitreum est frigidius dulci. De un-

guentis uide per teipsum. De cura phlegmaticæ periodicæ permixtæ. Secundū compositionē humoris cōpone simplicia. Vnde ex usualibus digestiuis: Recip. Mellis rosati colati unc. 1. syrupi acetosi simplicis ℥. s. aquæ saccharatæ ℥. 1. aquæ fœniculi ℥. 2. Ex solutiuis: Recip. Caßiæ ℥. 1. turbith ʒ. 1. extrahatur cum decoctione thamarindorū, capillorū ueneris, passularū, & liquiritiæ. Et confectionē ordina: Recip. Cinnamomi ℈. 2. santali rubei ℈. 1. s. margaritarum ʒ. s. sacchari ℔. 1. fac cum aqua buglossæ, boraginis, & fœniculi ana. Electuarium ordina: Recip. Sacchari boraginis, manus Christi perlati ana ℥. 2. specierum electuarij de gemmis ʒ. s. corallorū rub. ℈. s. syrupi de citro quantum sufficit & deaura. Ex trochiscis & alijs ordina, ut de phlegmate salso. Digestiuū usuale saltem in principio: Recip. Oxymellis simplicis ℥. 1. s. mellis rosati colati ℥. s. aquæ buglossæ, aquæ fœniculi, aquæ saccharatæ ana ℥. 1. Solutiuum: Recip. Pilularū Indarum ʒ. s. pilularum de turbith ʒ. 1. incorporentur cum oxymelle simplici, & da usq; ad 5. Trāsferas te deinde ad syrupū fortiorem Et si uis magistralem: Recip. Radicū quinq; ana ʒ. 2. capillorum ueneris, hyssopi ana ʒ. 1. scolopēdriæ, endiuiæ, cichorij, buglossæ ana ʒ 2. fiat decoctio et in fine adde

epithymi

epithymi ℥.2.sed cola, deinde cum saccharo syrupiza & aromatiza cum cinnamomo, & maximè in æstate, hyeme uero potes syrupũ cum melle facere. Solutiuũ magistrale: Recip. Liquiritiæ, passularum, capil. ueneris, polypodij, thimi, epithymi, fiat decoctio, & cum aqua extrahãtur ʒ.6. caßiæ aut mãnæ, quibus addas agarici ʒ.1. turbith ʒ.s. zingib. ℈.s salis gẽmæ gran.6. Ex cõfectionibus cõuenit: Recip. Specierũ diarrhodon Abbatis ʒ.1. specierũ electuarij de gẽmis ℈.2. sacchari ℥ 10. fiat cum aqua fœniculi, buglossæ ana. Electuariũ, uidelicet, de gẽmis: Recip. Sacchari buglossati, borag. ana ℥.4. specierũ cõfectionis de gẽmis, uel diamusci, uel aromatici rosati ʒ.1.s. diarrhodon Abbatis ʒ.s. deaura.

De hemitritæo. Cap. V.

Ex traditione Græcorum et Latinorum.

AT ubi id genus tertianæ est, quod hemitritæon medici appellant, magna cura opus est, ne id fallat. Habet enim (ut Celso placet) plerunq; frequẽtiores acceßiones deceßionesq́;, ut aliud morbi genus uideri poßit, porrigitq́; febris inter horas uigintiquatuor, & triginta sex, ut quod idem est, non idem eße uideatur. Febris hæc mixta est tabida, putridáque pituita

cum amara bili tabida composita ex utrisq;. Amphemerino quidē cum frigiditate ingrediente, tertiana uero cum rigore mixta ex utraque horrorem incutit, rigorem quidem minus aliquatenus habente. Maius autem circumingruente frigore, quibus mixtis, nihil est extremum maximumq;. Eius autem ortus modus est duplex, uel cōuenientibus duobus in unum paroxysmis statim à principio mixtis inuicem ambobus, uel singulis per se. Cum igitur tertiana dominatur horridior est febris, tametsi rigoris significationem admittit, statim autē hæc calidior, & bilis uomitu, uel separatione leuatur. At pituita affluente, dominatur extremis frigiditas. Exigui autem horrores, neque sitibundi sunt, neq; æstuosi, cum autem magnitudine pares extiterint, cum deficit tertiana & cōtinua amphemerina, inuasio paroxysmi cum horrore efficitur. Cum uero pituitæ tempus imperium exhibet, sistolæ fiunt, & horrores. Cum bilis dominatur cōglobatim cōcalescunt, atq; is est syncerus hemitritæus ex imbecilli temperamento duarum factus febriū, tertiana deficiente, & amphemerina continua, at non integer hemitritæus, uel biliosum humorē multum poßidet, uel pituitosum. Ex ambobus itaq; iam dictis humoribus cum febris hemitritæus cōstet, mixtam caliditatem

habeat

habeat opus est, proinde cura erit cōposita ex iam dicta tertiana & amphemerino.

Secundum Pœnorum & Arabum doctrinam.

Hemitritæus nascitur de materia cholerica extra uasa existente, & phlegmatica intra uasa, quæ utraq; in qualitate est æqualis, unde Hippocrates in primo libro epidimiæ: Hemitritæus incipit, non dimittit, quod bene dixit, quia una suarum materierum est intra uasa. Materia enim cum fuerit intra uasa, nō quiescit patiens, quia non habet interpolationem, quāuis fuerint interpolatæ naturaliter, et hæc febris de duabus nascitur extraneis materijs, scilicet, phlegmate et cholera, fit in die tertianæ accidentis significatio commixta, & molestatio, febris ualida, quia molestatio est duabus febribus cōtrarijs. In die autem amphemerini signa simplicia apparent, & molestatio febris mollior & lenior, quia unius febris est. Auicenna. Hemitritæus est febris composita cum duabus febribus, quarum una est tertiana, & altera est phlegmatica, & fit in die uno paroxysmus tertianæ & quotidianæ simul, aut secūdum semitam coalternationis, aut cōmunitatis, aut introitus, & prima est difficilior ad cognoscendū, deinde secunda.

Et fortasse extenditur hemitritæus longo tempore, scilicet, usq; ad septem menses, & supra. Et quandoq; est de febribus magis interficientibus, quoniam perducit ad æthicam & ægritudines chronicas difficiles. Et ex hac quæ eius hemitritæus corpus nõ mundificatur integre. Absinthium iuuat ad rectificandum materiam & maturandum ipsam, & succurrendum nocumentis eius post septem, & apparitionem digestionis, et cum festinatur cum eo mouet humores, & non euacuat eos. Cum sumitur, scilicet ante, facit accidere angustiam, et tristitiam, & nauseam, deinde reuertitur super eos cum sua caliditate, & exiccat eos, & cum sua stipticitate facit eos pigros. Ponit hic Auicenna de eo qui cõtradixit Galeno, quia Galenus dabat in cura hemitritæi aquam hordei cum pipere, & reprehendit eum. Serapio: Hemitritæus est trium specierum. Quod est, quia aut uincit super eam cholera citrina pura, aut phlegma, aut sunt cum æqualitate. Et hæc quidẽ febris est in die prima uehemẽs, & in secũda est quieta. Et causa in illo est, quia sunt in die primo duæ febres, scilicet, ila quæ est ex cholera citrina, & illa quæ est ex phlegmate, & in secunda illa quæ fit ex phlegmate tãtum. Et curatio huius febris est secundum quantitatẽ humoris uincẽtis in ea. Quod si uincant

cant ipsum duo humores facientes cum simul cum æqualitate.

Ex traditione recentiũ autorum.

Hemitritæus omnis fit ex cholera putrefacta intra uel extra, uel ex alio humore, ut ex phlegmate, uel melancholia. Sunt autem hemitritæi tres: minor, medius, maior. Minor fit ex cholera putrefacta intus, cum phlegmate extra. Medius ex phlegmate intus, & cholera extra. Maior de cholera intra, & melancholia extra. In omni nanq; hemitritæo ille humor putrefit extra uasa, qui est materia illius interpolatæ, cui cõiungitur. Inde est quod in minori hemitritæo qui quotidianæ aßimilatur, phlegma putrefit extra, unde quotidie fit paroxysmus & cum typo. In medio qui aßimilatur tertianæ putrefit cholera extra. In maiori qui quartanæ coniungitur, putrefit melancholia extra. Quod si quidam nos reprehenderint & dicant: Si hemitritæus est de duabus composita febribus, id est, amphimerino & tertiana, & amphimerinus palàm in ea apparet, eiusq; significationes apparent, quare accepit nomen à tertiana, & non amphimerino. Respõdeo: quia amphimerinus apertè apparet sensui, non est sibi neceßitas ut ei nomen impendatur.

Sed

Sed tertiana quia est omnino occulta si nomine careret, & ipsa omnimodo negaretur. Sed si iterum dixerint: Quomodo poßumus cognoscere tertianã materiam utrum sit extra uasa, & amphimerinum intra uasa. Dicimus: quia si frigiditas, quæ sola erat in amphimerino uenire, non apparet, & rigor tertianæ apparet, intelligitur materia amphimerini intra uasa. Præterea cum hæc febris quotidie accidat, cognoscimus eam phlegmaticam habere materiam, quæ frigore caret, & rigorem habet, noscimus ei cholericam materiam esse commixtam. Hemitritæus qui de cholerica materia et phlegmatica est, necesse est ut sit curatio eius mediocris inter rem calefactiuam & refrigeratiuã. Et quia omnis commixtio, aut est in potestate, aut in actu æqualis, aut una est fortior altera, oportet utraq; huius hemitritæi materia aut sit æqualis, aut inæqualis. Si sit æqualis, uera hemitritæi curatio fit cum rebus attenuantibus & dissoluentibus, nullum calorem aut frigiditatem facientibus, sicut lupulo, maratri succo, manna, uiol. saccharo, ptisano cum oxymelle. Quod si cholera fuerit maior fit facilior & leuior, quam curare decet cum rebus mundificatiuis & modicum refrigeratiuis, sicut endiuia, maratro, uiolæ, saccharo, manna, prunis, ptisano cum

oxysac-

oxyſaccharo. Si autem phlegma uidetur dominari, ſit hemitritæus moleſtior, tunc medicinetur cum mundificatiuis, & diſſolutiuis, & aliquantulum calefactiuis, quemadmodum mellicratum cum aqua calida, ſyrupo abſinthij, ptiſano, in quo cocta fuerint radices apij, maratri, anethum, calamentum. Oxymel accipiant, & trochiſcos de roſ. & trochiſcos de herbis omnia cum ſucco maratri, & oxymelle ſumat, uel roſa cũ maſtiche, aniſo, maratro, & aqua calida. Si uideris materiam attenuari & moueri ut egrediatur, & ſignum coctionis in urina apparuerit, dabis pharmaciam ſuauiter ſolutionem facientem. Et bonum eſt ſi poſt cibum uomitus prouocetur, & diuretica tribuentur, ſicut trochiſci de abſinthio, & de lacca cum ſucco maratri, endiuiæ, & apij. Ex ſolutiuis conueniunt tales pilulæ: Recip. Hieræ picræ, calamenthi ana drach. 5. aniſi, maratri, apij ana drach. 3. ſucci eupatorij, ſucci abſinthij ana drach. 2. tempera cum ſucco fumiterræ, & fac pilulas: Da potui ʒ. 2. cum aqua calida. Aliæ ad idem ualentes: Recip. Calamenthi ʒ. 3. hieræpicræ ʒ. 5. apij, aniſi, maratri ana ʒ. 1. ſ. fac puluerem, tempera cum ſucco apij, da ʒ. 2. cum tepida aqua. Tetratæus ſeu maior hemitritæus de chimo naſcitur melancholico. Cuius materia eſt

aut

aut putrefacta, aut non putrefacta. Non putrefacta, aut est in toto corpore, aut in uno membro. Si fuerit in toto corpore, nigram generat ictericiam, quæ fit ex defectione splenis sanguinis fecem ab epate trahere nequeuntis. Quod si fuerit in uno membro, generat apostema durum quod uocatur scliros. Si fuerit putrefacta, aut est in toto corpore, aut in uno membro. Si fuerit in uno membro, facit cancrum membra corrodens. Si est in toto corpore, aut est intra uasa, aut extra. Si est intrinsecus, facit quartanam sine rigore, nec interpolatur. Si fuerit extrinsecus, est cum interpolatione & facit quartanam febrem, de qua dicetur loco suo.

De quartanæ integræ cognitione. Cap. VI.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.



Quartana febris longè diuturnior tertianis est, tum quia minus bilis habens æstum afferentis, tum quia corpus amplius refrigescit, quod ab atra bile id superantis materiæ proficiscitur, ac difficulter euellitur. Nam cum ea inter omnes corporis humores lentissima

tißima & glutinosißima sit, diuturniores sedes constituit. Quod autem febres quartanæ atræ bilis participes sint, hac re tibi patebit, quod homines autumnali potißimum tempore, & in ætate uigintiquinque annorum usque ad quadragesimum quintum annum, quæ ex omnibus ætatibus maximè atra bile detinetur, corripiuntur quartanis, quibus autumnus inter alia omnia anni tempora expositißimus est. Quis igitur ultra citràue id tempus, ac eam ætatem quartana accesserit, pro comperto habere debes hanc febrem minimè diuturnam fore, nisi quid aliud homini officiat. Hæc autem febris ut plurimum non statim à primo cum rigore inuadit, sed quandoque ex alijs ex hoc lapsus est ab errantibus, & quæ sine ordine dicuntur, in hàc procedenti autem gignitur rigor. Sensus autem languentibus non est compuncta & uellicata cute, sicut fit in tertianis, sed refrigeratis, & uehementer perturbatis ad ossa usq;, ita nanq; audias, q ab ea teneantur febri dicere, ut oßa quati, et caro tota uideatur, pulsus aũt exigui et hebetes, et tardi, & rari in significationũ sunt primordijs, ut in nulla alia affectiõe, accessu nanq; quartanæ ligata tibi uidebitur arteria, et interius rapi et impediri, quo minus exurgat, quare tãetsi iuuenis fuerit ægrotus

senectu-

ſenectutis extremæ motum tamen imitatur arteria. Nam ſi ſpectes ægrotātis naturalem pulſum, uel in altero morbo in principio paroxyſmi aliud non expectabis, quo affirmes quartanam eſſe, quæ tamen primum inuaſit febris, non antea nanq; uiſa, pulſus mutatio apparebit in raritatē, & tarditatem. Vrina autem his in principio quidem alba, ac tenuis, et aquoſa, utpote penetrans per materiæ craſsitudinem, procedēte autem morbo iuxta proportionem coloratior efficitur, hypoſtaſimq; craſſam habet, ſudorumq; conſequitur multitudo iuxta uigoris acceſſum ipſius paroxyſmi. Ex conſuetudine quartana febricitātibus profero, inquit Archigenes, & bituminis, & trifolij quantum ſit drachma ſemis in cyathis quatuor mellicrati, miro quodammodo, ipſos etiam iuuat Iudaicum bitumē potum lene cum uino mixtum quantitate drachmæ, medicamine minimè moleſto, quo aqua intercus lauatur, hederæ corymbitæ folia quinq; cum myrrha troglodytica fabæ magnitudine diſſoluta, in acetabulo mellicrati dulcioris dantur, & caſtorium potum rigores mitigat, & morboſum carnis abſumit, & concoctionibus quæ in uenis oppitulatur, ſegnesq; motus dimouet. Alexandri remedium tale eſt: Feruefactio ſcorpiuri, ſiue ſcorpioidis herbæ mirificè prodeſt.

Facit

Facit propemodum ad omnes pota ante febris significationem. Iuuat non solum ratione naturali, sed etiam per uentrem, & per uomitum educendo materiam. Ferunt etiam si quis à mento hirci pilos subtrahat, & eis languentem uinciat, miro modo curatum iri. Aliud quo se usum ait Aëtius ipsius Asclepiadis somnum faciens: Piperis longi, myrrhæ, troglodyticæ, succi papaueris, castorei æque ex omnibus cõpinge, & utitor præbens obolum uel dimidium cum melle horis duabus ante significationẽ. Ex Ruso: Quæ primordiũ à splene capiunt quartanæ febres sunt longiores, colore autem dinoscuntur, atq; in cõcoctionib. quodq; non facile aluus deijciatur, splenisq; tumore, exq; sinistra magis iudicatur, periculumq; est ne diuturnitate homo in aqua inter cutem incidat. Cum autem ex iecoris inflammatione est titillatio, uel dolor in dextro latere, suntq; albi coloris & aquosi toto corpore languentes, & urinæ, quæ sandarachæ faciem habent, & subrufæ, cumq; succendũtur tumor succedit dextri hypochõdrij, hæ sunt molestiores splenicis, & succumbunt, & infestè terminatæ magis periculosos morbos aqua intercute incidunt.

Secundum Pœnos & Arabes.


Ebris quartana de putrida cholera nigra nascitur, quæ si sit intra uasa, generatur sine rigore quartana, quæ uocatur continua. Si extra uasa, generatur interpolata. Vera autem quartana. 24. horis tenet, & intermittit. 48. Quædam quartana de pura nascitur cholera nigra, quæ frigida est & sicca. Et iterum alia est de cholera nigra, quæ de incensionibus & aliorum humorum, sicut sang. & choleræ rub. & phlegmatis, oportet uero suis proprietatibus unamquamq; discerni, ut medicina sua singulis ordinetur. Auicenna: Et plurimum quidem quartana accidit in successione febrium putridarũ, propter diuersitatem humorũ ex quib. generatur. Et plurimũ quartana est periodica, et minoratur casus quartanæ inseparabilis. Et saluior quartana est illa quæ nõ accidit ab apostemate aut alijs, & cum qua non est apostema splenis, nã hoc multotiens ducit ad hydropisim & perniciẽ. Et quartana quæ salua est, liberat ab ægritudinib malis melãcholicis, sicut epilepsia, melãcholia, et in eo est securitas à spasmo, quoniã est humor siccus, et est secundũ plurimũ ægritudo salua. Et si nõ accidit in ea error, nõ addit supra annũ, et quan

doq;

doq; perdurat. 12. annis, & quod est infra eos. Et quæ ex ea longa est, perducit ad hydropisim, & autũnus est inimicus quartanæ. Et sudor in quartana est plurimus per cõparationem ad phlegmaticã, et non per cõparationem ad alias febres. Et necesse est ut prohibeatur in die paroxysmi à comestione, & præcipiatur ieiuniũ, & prohibeatur ab aqua frigida illa die. Est enim necessariũ reliquis diebus uti carne. Et scias quod aqua casei est bonũ uehiculum ei quod administratur de uirtutib. medicinarũ, & fortasse cõfert administratio eius solius quando est caliditas uiolenta. Si melancholia fuerit, iuuabitur cum phlebotomia ex basilica, & hoc genus uelociter recipit curationem. Si dederis in potu ante digestionem theriacam, & similia, compones quartanam cum quartana, & fortasse attrahes ægritudines alias & propriè in hyeme. Inquit Galenus: Sanaui gentem plurimam à quartana ita, dedi eis in potu post digestionem solutiuum, deinde eis dedi in potu succum absinthij, & deinde theriacam.

Isaac: Quartana cum interpolatione intelligitur tribus modis, scilicet de re naturali, non naturali, & contra naturam. De re naturali sic cognoscitur, quia plurimum accidit quibus frigida & sicca dominatur complexio, cuius ætas est se-

nectus à.36.usq; ad.40.annos, maximè si fuerint calidi & sicci, uenæ eorum angustæ & occultæ, & aliquando fit calidas & siccas habentibus complexiones, & quorum complexiones calidæ fuerint et siccæ accidentaliter, quia großi chimi si fuerint in corpore calido & sicco clausi, si morãtur illi uincũtur ex corporis calore, eorumq; humiditas desiccatur & mutatur in choleram nigram. De re non naturali sic cognoscitur. Nascitur enim temporib. frigidis & siccis, eis qui frigida & sicca fuerint regione, & aëre simili modo existente. De re extra naturam sic cognoscitur, quia hæc febris cum incipit, magnus patienti euenit dolor, & oßium fractura, quia frigiditas & großities materiæ currit ad membra sensibilia, aggrauans multum membra frangit, et super ea longo moratur tempore, propter suam großitiem non cito uritur, quæ cum incipit uri, nimirum facit calidum. Sed disturbat corpus propter materiam naturæ laborem facientem, & aliquãdo materiæ dominante quiescit infirmus, & aliquãdo morbus præstat naturæ nocumentum, unde patiẽs molestatur. Et sicut tertiana propriè facit dolorem capitis, & amphimerinus dolorem stomachi, sic & quartanam propriè dolor & duritia splenis consequitur propriè. Serapio: Scias quod febris melancholica

cholica cognoscitur ex rebus extra naturam secundum hunc modum. Quod est quia praecedit eam aduentus erraticarum secundum plurimum, quoniam humor faciens eam non est nisi ex adustione humorũ aliorum. Et fortasse incipit cum laeditur splẽ & nõ attrahit sicut oportet, remanet cholera nigra & quando multiplicatio fit ex comestionibus quae generant cholerã nigram, donec generetur nigra cholera super illud quod poßibile est spleni mundificare.

Ex traditione autorum recentium.

QVartana febris fit de melancholia dura & grossa respectu aliorum humorum, ideo oportet medicum in ipsa inuestigare & considerare quatuor res, & ipsas praeuidere. Quarum una est, ut in initio non det rem multum calidam, ne calefiat materia & duae febres generẽtur, una acuta & continua, alia interpolata, quibus uirtus patientis deficiat, & ipse patiens subeat periculum, natura enim non est tantae uirtutis, ut possit morbi acumen eiusq; prolixitatem tolerare. Secunda, ne cõsumat ac debile faciat corpus, cum diaeta subtili & nimia abstinentia, nam aliquando subtilis diaeta ducit patientem ad ethicam et phthisim.

Tertia, ne det refrigeratiua, ne congeletur materia & coaguletur, unde induretur & moretur ad digerendum & ad dissoluendũ, fiatq; causa prolixi morbi, & eius peruersitatis. Quarta, ne confundat corpus cum pharmacia, & maximè in initio morbi priusquàm materia morbi digeratur & sit obediens actioni naturæ. Sed oportet medicũ habere studiũ in sua actione, ut donet rem maturantẽ, & digerẽtem, & cito eycientẽ, & ingeniet purgare materiã cũ leui uomitu. Studeat etiã in regimine & cõfortatione epatis et splenis, quia epar generat sanguinẽ & splen mũdificat eũ. Quod si defecerit, eũq; nõ purificauerit, permanet cõmixtus cũ putridis humoribus, unde putrefit ipse & incẽditur. Splen aũt quia trahit fecem & sanguinis turbiditatẽ, si defecerit, permanet fex in sanguine & corrũpitur, unde idẽ sanguis putrefit & incenditur hac de causa. Quidã dant post tres euacuationes uinũ decoctionis menthæ, mentastri cũ permixtione ʒ.1. uel.2. theriacæ, & ʒ.4. aquæ uitæ, & hoc per mediã horã ante accessionem, & uinũ sit calidũ, et bene cooperiũt eos, et sic faciũt ter uel quater, ut uideiur eis expedire, & sic eos liberant ut affirmant. Quidã idem operãtur cũ aqua uitæ et puluere gariophil. Quidã dant uinũ purum aromaticũ cum puluere gentianæ calidum,

dum & est secretū. Item sem. hypericonis cū uino datū, quartanam soluit. Et tu scis ex positis supra, quod talia debent dari ante acceßionē per unā horam uel circa. Quidā prædicator quartanarios omnes curabat cū hac recepta: Recipe florū boraginis, uiolarū ana. ℥.1. senæ, thymi, epithymi ana. ℥. 1.s. myrobalanorū citrinorū, rheumbarbari electi ana. ℥.s. coquenda coquātur usq; ad quartam. 1. & post colentur, & iterum coquantur omnia, & redigantur ad ℥.2. in fine decoctionis rheumbarbarū ponatur, acuatur cum ʒ.1. esulæ, detur per unam horam ante acceßionem. Ipse cum hac recepta, ut asserebat, omnes curabat. Ista sunt empirica quamuis materiei melancholicæ conueniant, & ipsam euacuēt. Digeratur materia prius cū oxymelle simplici, postea cum cōposito. Digeratur etiā cū diasene & dia calamēto. Deinde detur oxymel scylliticū. Puluis digerēs melancholiā in quartana: Recipe gētianæ, enulæ, yreos, thymi, zingiberis, pyretri, euphrasiæ, seminis urticæ, chamædrios, memitæ, fœnugræci, iuniperi, mēthæ, gūmi, hederæ, penidiarū q. sufficit ad dulcedinē in cibis utatur. Si sit delicatus, euacuetur materia cū tali syrupo laxatiuo: Recip. radicis fœniculi, petroselini, apij, raphani, thymi, epithymi, querculæ maioris et minoris, senæ, polypodij, bulliāt in

aceto fortißimo & addito zingibere fiat syrupus, qui qualibet die detur cũ aqua calida, uel cũ hac de coctiõe: Recip. fœniculi, apij, petroselini, asparagi, brusci, cum seminibus suis, in aqua bulliant & colaturæ addatur puluis lapidis lazuli ℥. 1. myrobalanorum citrinorum ℥. 1. s. indorum ℥. 1. stent in nocte sub diuo, mane colatura detur cum sacharo uel syrupo uiolarum propter amaritudinem.

De epialis & liparijs febribus. Cap. VII.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Pituitosi humoris est propriè nominata epialis febris, cum simul febricitant, & rigent, & utrumq; sentiunt uno eodemq; tempore in omni corporis parte. Nam acuta pituita, & quæ uitreosa dicitur absq; febre quidẽ rigorẽ infert. Si uero quædam tabida mediocriter ipsis insita sit, epialum efficit febrim, sin plus putrescat, præcedit quidem rigor, consequitur uero febris exuperata natura excessu caliditatis, ut nõ appareat in excessu & uigore paroxysmorum, ferè etiam uitreosa pituita acutam participat qualitatem. Cura uero propemodum ut qui amphemerino ægrotant magis secãtem capiens modum, hoc nãq; obtineat peculiare.

Se-

Secundum Pœnos & Arabes.

EPialos est febris ex phlegmate uitreo, sed est cõpræhensum in occulto profundo quod infrigidatur ubi est, uerum ipsi iam accidit putredo, quare spargitur ex eo uapor eius, quod cum putruit & dispargitur & inflammatur in exterioribus, & illud quod non est putrefactum, infrigidatur in interioribus. Liparia est febris in qua occultatur calor, et apparet in ea frigus & secundum plurimum est phlegmatica, & quandoq; est cholerica ex cholera grossa ualde. Quomodo erit febris, & non procedet caliditas ex corde in totum corpus? Respondeo quod attenditur una conditio, scilicet ut nõ sit quod prohibeat sicut hic. Serapio: Scias quod phlegma uitreum frigidum ualde est inter species phlegmatis. Si autem putrefit pars eius & non putrefit pars, accidit febris quæ nominatur epialos, & ipsa quidem facit frigus interius & exterius calorem. Et febris epialos quidem, hæc non permanet multum, quod est, quia fortasse moratur. 20. diebus, & fortasse addit super illud parum, & minuitur. Et illa quæ dicitur liparia sicut dictum est à Galeno, est illa in qua infrigidantur extremitates membrorum, & quod appa

ret ex corpore, & aduruntur in ea profundū corporis, & uiſcera cū ſiti uehemēti, & aſperitate linguæ, & pulſus paruus lenis. Et liparia quidē eſt cōtraria epialos, quod eſt quia frigus in epialos eſt interius, & inflammatio exterius, & in liparia accidit contrariū illius. Et oportet ut ſolliciti ſimus in epialo propriè de ſtomacho, ſcilicet cum uomitu et potib. qui infrigidant & mundificant ſtomachū et prouocāt urinā, ſicut aqua fœniculi & apij cum geleniabin et ſecaniabin. Iſaac: Epialos quæ de uitreo naſcitur phlegmate, neceſſe eſt ut curetur ſicut Amphimerina. Sed tamen phlegma quod eſt in epialo, quia eſt frigidius, oportet fieri materiā calidiorem ſecūdum quod eius materia fuerit frigida. Sed decet ab initio incipi à medicinis quæ debiliter ſunt calefacientes, donec eas natura aſſueſcat. Deinde paulatim ad calidiores accedere, quouſq; ad illam caloris quantitatē ueniant, in qua noſtra fuit intentio. Plurimum uero noſtra intētio eſt in hac febre, ut mūdificetur ſtomachus cū re purgatiua et colatiua. Purgetur etiā materia per uomitum et urinā cū oxymelle, & aqua calida in qua cocta ſint ſpica, aniſum, & ſimilia. Quod ſi materia cœperit ſe mouere, & ſignū coctionis in urina apparuerit, purgetur cum apozemate de fœtida. Clyſtere fiat eis in quo

intra-

intrauerit semē croci hortensis, centauriū, anethū, abrotanum, herba pulicaria, ameos, bdellium, serapinum, colocynthis & his similia. Post purgationē naturæ hoc assuefaciant antidotum, ubi asa & castoreum ponuntur, & pilulas in quibus eupatoriū, mastix, absinthium, aristolochia rotunda, spica, crocus & similia intrabunt. Diætam accipiant quæ sit lauatiua & diuretica, sicut est ius ciceris cum obsomogaro, cimino & amygdaleon, bliti, radicibus asparagi, & porris omnib. coctis & gobsomogaro conditis, potent oxymel scylliticum cum aqua. Accipiant post cibum diaciminum, diatrionpipereō, diacalamentū, & similia. In lipario autem, quia materia eius phlegma, cū cholera mixtū, dari oportet minus calida, quàm in epialo sicut mel roß. oxyzaccaram, apozema de aloë & hierapicra, & oxizaccaram cum succo maratri, apij, mastiches & his similibus.

Ex traditione autorum recentium.

PHlegmata nō naturalia sunt quatuor: Vnum dulce, secundum salsum, tertium acetosum, quartum uitreum. Dulce uero uicinum est naturali, sed tamen modicum est calidum propter suam dulcedinem. Non enim est aliud,

nisi sanguis non perfectè coctus, proinde natura cũ naturali indiget phlegmate, habet dulce uicé sanguinis, & digerit cum sanguine illud, & emollit cum eo membrorum concatenationes, ut facile moueantur, facit etiã illud expulsiuæ uirtutis esse materiam. Salsum uero & acetosum sunt in stomacho. Causa enim eorũ est, aut enim est calor extraneus complexioni naturali dominans, aut nimia frigiditas, quia phlegma naturale ad stomachum ueniens, ad augmentandam & confortandam expulsiuam uirtutem, si extraneum in stomacho inuenerit calorem calefacit, & in salsum conuertitur. Quod si extraneam ibi inuenerit frigiditatem, deficit calor naturalis, & sua agmentatur frigiditas, unde in acetositatem mutatur. Causa enim salsitudinis duob. est modis, aut est putredo phlegma calefaciens naturale, illudq; cõuertens in aciditatem, unde fit salsum, aut est nimius calor phlegmatis humiditatem desiccans, qua de re suam amittens saporositatem conuertit in salsum. Phlegma autem uitreum grossissimum & uiscosissimum est, quia causa eius est nimia frigiditas naturali dominans phlegmati, unde ingrossatur, & fundus eius est quasi liquidum uitrũ. Proinde non ponit illud natura in regimine corporis propter eius duriciam actioni naturæ inobedientem,

dientem, unde naturalis calor cum ad illud deuenerit, nequit illud putrefacere, sed partem eius quæ facilior est putrefacit, & aliam putrefacere nõ ualet. Ideoq; in febre epialos interiora corporis sunt calida, & exteriora frigida. Quia parti phlegmatis interius existenti calor extraneus accidit, cui quia ipsa obedierat, putrefacit eam, pars autem corporis exteriora habitans, quoniam illi non obedit calori non putrefit, sed in sua constat natura, unde naturaliter generat frigiditatem. Febris autem liparios causa est cholerica materia incensa, mixta cum uitreo phlegmate, aut cum melancholica materia, unde conuertitur & à natura choleræ egreditur. Digestiuum usuale in epialo saltem in principio: Recipe oxymellis simplicis ℥.1.s. rob agrestæ ℥.s. aquæ buglossæ, fœniculi, absinthij ana. ℥.1. aromatiza cum cinnamomo. Et quia Auicenna laudat unum solutiuum uolo tibi illud hoc narrare: Recipe myrobalanorum citrinorum, & nigrorum ana. ʒ.1. turbith ʒ.s. zingiberis ℈.s. infunde in oxymelle simplici per 10. horas, deinde addas aquæ lactis caprarum ℥.3. & parum calefiant, deinde fiat fortis expreßio & addas casiæ uel mannæ ʒ.6. & tribue.

De

De hecticis febribus. Cap. VIII.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Duplex genus est febrium hecticarũ. Nam inter causi species febriles ut multa erũpunt, eousq; extenditur calor ut diuturnitate humorem depascatur ipsius cordis. Qui uero manente cordis adhuc humiditate febricitant hinc exuruntur, sicut lucernarum flamma, filum incensum conflagrat manente adhuc in lucerna oleo, atq; hic unus est ortus, alter autem cũ à principio statim exoritur similis ephemeris, in mœrore et furore, plurimisq; mentis agitatione, & labore plurimo exæstuans erumpit. Hectica enim febris nominatur cum in tantam immoderantiã contra naturã peruenit febris, ut in habitu solidæ essentiæ sit similium partiũ corporis cor ipsum. Ob hoc difficulter hæc cõstructio dissoluitur. Primũ nãq; liquefacit & exsiccat, & absumit, quæ aduersatur naturæ caliditas essentiã ueluti humore cõpactam in membris, cuiusmodi est adeps & caro. Inde suã absumit humiditatẽ qua corpora nutriuntur, quæ diffunditur & dispargitur in roris modũ in omnes animalis partes, hinc transcẽdit in corpulentũ genus inter ines & tuniculosas partes corporũ solidorũ, quas coquẽdo discerpẽdo ines abijciũt. Integrũ uero cõplemẽti

in soli-

in solida essentia partiũ consimiliũ efficitur aridus, quæ febris etiã μαρασμώδης, ut si deflorescẽs flauescensue dicatur. Has igitur febres haud quaquàm difficulter curaueris, at ex ipsis in μαρασμὸν peruenientes medicari haud quaquàm poßis. Natura namq; ipsorũ est calida & arida patiente propemodũ corde, quod in lucerna cõflagrãs filum quod cũ plurimũ exustum fuerit dissoluitur, si parũ des olei flamma magis incenditur quoad extinguatur. Hæc planè febris cognitu expeditißima est, prius enim quàm conflagrent pulsus, immoderatas tibi licebit cauitates intueri, tanquàm in foueis demersos oculos, lippitudinesq; per sese illatas aridas et quandã squalentã affectionem, quemadmodũ multo affecti puluere, qui aliquãdiu fuere sub sole perpetuo. Obliterauit autem ipsorũ etiã coloris uitalem florem, cutemq; arentem fecit quæ circa frontẽ extenditur, cilia, tanquàm somniculosorũ intumescunt, estq; nõ somnus languor, sed uigilandi nulla potestas, conciduntq; tempora, ut in ipsis cauæ appareant partes, nempe nil aliud quàm ossa pellisq; est corpus uniuersum, ut si nudos intueare, uentremq; spectes putas in eo nulla intestina, nulla esse uiscera, hypochõdrion ualde à thorace reuulsum, cutẽq; totã in aruisse exiccatãq; putes, ac si digitis capiendo distendas

tanquàm

tanquàm corium sistat. Quare syncera febris marasmodes, ut iam dictum, incurabilis est. Vniuersum nanque in ipsis deflorescit corpus, fermè ut postremo exarescit, aut propinqua flamma, aut uehementi immoderatoque squalore. Tale nanque corpus euadit per naturam absque febri in extremam prouenientium senectutem, pede preßim agnata euanescente caliditate, uerum per naturam senescentium mors natura suapte sine molestia est in frigiditate ariditateque consistens. At id quidem curari non potest. Verum febrium cunctarum becticarum commune est, enerues fractosque æque in toto corpore esse à primordio ad extremum usque spiritum. Maxima quoque & indubitata cognitio naturæ ipsius sit homini ingesto nutrimento quod calor incenditur, pulsus capit incrementum, ac celerior fit, ut his propemodum eueniat, ut in calce saxisque exustis, in quæ si frigidißimam infundas aquam, multo calidiora euadunt ualida in his caliditate ab humida aspersa essentia, quoad igitur essentiæ humidæ quidpiam modo custodietur, hectica duntaxat est febris. Cum uero in periculum uentum fuerit, nihil huiusmodi superesse humiditatis syncerus iam marasmus consistit. Frigefacimus quoquo modo becticas febres, statim priusquàm in marasmum perficien-

perficiendum deueniant. Sine cõtrouersia uero humida & frigida nutrimenta esse conuenit, quæ utilia futura sint hecticis febribus, quo autem hecticarum febrium calor fuerit intensior, tanto etiam frigidiora conuenit esse adminicula, plusq; examinis adhibere, ne fortè detrimentum aliquod consequatur, si ualidioribus usi fuerimus adminiculis prodesse cupientes.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.

CVm febris tribus diebus, aut amplius permanserit nec se mouerit, nec calor eius, nec inflammatio uehemens fuerit, nec accidentia, quæ febres acuta comitari consueuerunt, cum ea affuerint, ut est pulsus magnitudo, & caliditatis, & inquietudinis uehementia, & anxietas, & linguæ siccitas, atq; eius nigredo, ipsa tamen sic uno modo perseuerauerit, nec potest in ea deprehendi dimißio aliqua, nec paroxysmus, præter hæc etiam ipsa inuenitur quieta, & quasi tepida, tunc ethica adesse creditur. Est itaq; ipsius ueritas sic experienda. Aegro ut in diuersis comedat horis, est præcipiendum. Quod si inuentus fuerit semper post comestionem à febre magis infestari, ethicã proculdubio esse pronũciandum est. Quod si, cum

hoc esset, facies eius iam extenuata & oculi concaui, & caro imminuta, atque cutis deficcata fuerit, ethica iam non est in eo principio, imò in ipso confirmata est, & operata, & diu est ex quo ipsum inuasit. Hæc autem febris in principio sui cum nondum, scilicet, ad ariditatem peruenit, curabilis est. Phthisis itaq; signa cognoscenda sunt, ut dũ aliquis de ægri sanitate confidit ad eandem curãdam properet. Dicemus igitur quod cuius quidem ethica in phtisim transit, tempora uehementer plana fiunt, & oculi concauãtur, & nares subtiliantur, & fiunt tornalitates, & aures minorantur, & earum corpus subtiliatur, faciei quoq; ac frontis tenditur cutis, ac si esset corium quod super ossa faciei desiccatum foret, & totum corpus similiter à carne nudum existit. Collum præterea tenue fit, & epiglottis foris prominet. Cunq; pectoris ossa tactu aut uisu considerata fuerint, unumquodque eorum cum suis extremitatibus notari poterit, et postremo corpus non uidetur nisi corium & ossa. Eiusq; uox exilis auditur & debilis, & uirtus omnino destructa uidetur, & pulsus subtilis, & debilis, & cum hoc etiam durus. Chordæ quoq; manifestè apparent, quia caro dissoluta est, & uenæ similiter, & cum hoc à sanguine uacuæ, neq; earum concauitas ma-

gnæ

gnæ rei capax existit. Pulchritudo quoq;, atq; claritas ab ipsius corpore omnino recesserunt, & cutis desiccata est, & cuti existentis in senio similis facta est. Vẽter etiam eius attenuatur & debilitatur donec uideatur, ac si costis adhæreat, et quod nihil in se contineat. Mirach præterea uentris in tãtum subtiliatur, ut non uideatur esse nisi solũmodo corium, & præter hoc spasmatur & desiccatur. Ossa quoq; rascetæ, & pectinis manuum plerunq; apparent, & ungues curuantur. Cum uero capilli cadũt alicui, et uẽter soluitur, mors ei ꝓpinqua est. Isaac: Dicimus priusquã de ethica & phthisi disputemus, phthisim esse corporis humiditatis cõsumptionem, quæ uel est naturalis, uel non naturalis. Naturalis sicut patiuntur senes & decrepiti, cum naturalis eorum uirtus in digerendis cibis, & in humiditate nutritiua attrahenda deficit, ut restauretur corporis humiditas, quæ per fumum & sudorem dissoluta est. Hæc est causa consumptionis decrepitorum corporum. Arborum uero & terræ nascentium consumptio tribus modis fit. Vnus, nimius calor est, substantialem humiditatem desiccans, sicut calor solis facit in æstate. Secundus, humorum nutrientium est ablatio, sicut fit in hyeme non pluuiosa. Tertius, humorum nutritiuorum est corruptio,

& eorum ad malas qualitates permutatio, ſicut ad nitroſitatem, ſulphureitatem, aluminoſitatem, & ſimilia. Sic & in humanis corporibus cõtingit. Cõſumitur enim ablatis humoribus ea nutrientibus, natura in digerendo cibo, prout oportet, deficiente, nec membra quæ diſſoluta ſunt, reſtaurare ualente, ſicut ſenibus euenire diximus, unde antiqui hãc ſpeciem phthiſis decrepitam uocauerunt. Corpus etiam calore extraneo corpori dominante, & ſubſtantialem humiditatem deſiccãte conſumitur, ſicut ſit cauſa acutarum ægritudinum eam præcedentium. Simiter de anguſtia & diuturna triſticia. Præterea corpus aliter cõſumitur cum ſanguis corporis nutritiuus, à ſui dulcedine et ſaporoſitate mutatur, quemadmodum propter diuturnam ægritudinẽ mutatur, quia in diuturna ægritudine ſanguis corrumpitur, & proprium perdit ſaporem unde à membrorum natura odio tenetur, neq; ex eo nutriuntur. Membra ergo nutrimento carentia infrigidantur, deſiccantur, & conſumuntur, quia non nutriuntur. Infrigidantur quia ſanguine qui eſt calidus & humidus ceſſante, neceſſe eſt membra infrigidẽtur, quæ ſolebant ex ſanguine calefieri. Quod ſi nos reprehendant dicentes: quare antiqui dicunt ſeniores ſicca habere corpora, cum ſenſus mõſtret contrarium.

contrarium. Inuenimus enim seniores maioris esse humiditatis quàm iuuenes. Respõdebimus: quod humiditas decrepitorum fit accidẽtaliter propter defectum caloris naturalis, eorũ cibaria prout oportet, digerere nequeuntis, & propter debilitatem membrorum tertiæ digestionis superfluitatẽ expellere non ualentium, quod testantur hydropici. Corpora enim eorum sunt plenæ carinæ aquæ, mẽbra tamen habent macilenta & consumpta. Non naturalis itaq; consumptio duobus modis est, aut cum febre, aut sine febre. Sine febre, aut est calida, aut frigida. Frigida uero cõsumit corpus, uel propter diuturna apostemata, uel propter alios diuturnos morbos. Hi enim morbi, quia sunt diuturni, nimium de substantiali corporis humiditate dissoluũt, unde infrigidato corpore, uirtus digestiua deficit. Ideoq; cibaria cruda ac indigesta permanent. Quod cum ita sit, membra corporis abhorrẽt ea, neque ex eis nutriuntur. Quam quidem molestiam patientes, pulsum habent debilem, tardum & strictum, urinã crudam, albam & subtilem. Pulsus est debilis, ex dissolutione uirtutis propter ægritudinis diuturnitatem. Tardus, propter caloris naturalis defectionem, suiq; congelationem. Cruditas urinæ, est propter frigiditatem complexioni corporis dominã-

tem, & propter naturalem calorem in loco coctionis deficientem. Subtilitas & claritas sunt propter corporis siccitatem, & propter naturalis humiditatis indigentiam. Consumptio quæ est calida & sine febre, fit propter calidos chimos cordi oppositos, quorum fumus ad cor ascendens mutat eius cõplexionem, eiq; accidentalem præstat calorem, unde sanguis corrumpitur, & propria eius saporositas mutatur, et mẽbra eum odientia, nec ab eo nutrita consumũtur. Vnde Galen. Vidi, inquit, hũc chimũ sensualiter, uolẽs enim corporis interiora perscrutari, sicut stomachũ, intestina, et similia, et præcepi in spacioso loco simiã poni, et sæpe perquiri, ut qualiter corpus eius cõsumeretur, cognoscerẽ. Tãdem per medium diuidens eam inueni ad cor eius humores corruptos, quorũ fumũ ad cor ascendisse, & suam cõplexionem corrupisse credidi. Quocirca antiqui hanc cõsumptionem phthisim decrepitã uocauerũt, & sic est de phthisi naturali et nõ naturali.

Ex traditione neotericorum seu nouitiorum autorum.



Liquando phthisis cum febre fit, & hoc duobus modis, teste Salomonis filio, aut ipsa per se est morbus, aut propter aliud. Quæ

ud. Quæ uero per se est morbus fit ex rebus calefacientibus & desiccãtibus, plurimum tamen eius causa est ephimera, maximè si propter exercitia animæ fiunt, sicut propter uigilias, cogitationes, tristitiam, angustiam, legere, & inuestigare, ex omnibus enim istis animalis spiritus fatigatur, & etiam spiritualis, et accidẽtalem accipiunt calorem. Qui calor cum morabitur, substantialem desiccat humiditatem, et cõsumit maximè si corpora fuerint præparata, sicut sunt calidã & siccam complexionem habentes, macilenti stricta habẽtes pectora, & capita spatularum foris exeuntia, sicut auium alæ, in ætate stantes iuuenili, uidelicet, quæ est à 18. annis usque ad 35 præcipue si æstas fuerit, uel calidus aër, aut regio calida. Nonnunquàm etiam fit propter corporea exercitia, sicut est propter æquitare, aliosúe labores facere, aut propter calida cibaria, potum & medicinã. Phthisis uero quæ est cum febre, fitq; propter alium morbum, est quatuor modis. Quia aut est de ephimera quæ moratur in corpore, et propriũ terminũ trãsit & sanguinẽ calefacit. Aut est propter acutã febrẽ cũ calefacit & extenuat sanguinẽ, et dominãs substantialẽ consumit humiditatẽ. Aut est ꝓpter febres putredinis cum commiscentur & suas mutãt interpolationes.

Aut eſt propter diuturnas ægritudines cōſumentes membrorum humiditates, ſicut cōtingit ex tußi, dolore pectoris, pulmonis, diaphragmatis, renum & ilij dolore, qui eſt de calore, & de omnibus apoſtematibus, quæ ſunt prolixa corpus calefacientia & conſumentia. Humores in corporibus noſtris ſunt quatuor: Vnus eſt in uaſis ſanguineus, uidelicet, humor in uenis exiſtens, ſicut humiditas arborum terræq́; naſcentinm permanens in ſummitatibus eorū & circa, & uelut humiditas in ramis uitis exiſtens. Secundus, eſt humiditas quæ eſt in membrorum cōcauitate, in quibus natura nōdum tertiam perfecit digeſtionem, nec eam membris aßimilauit, ſicut aquoſa humiditas quæ eſt in arboribus & terræ naſcentibus, & uelut humiditas quæ eſt in frumēto, et in uuis nōdum maturis. Tertius, eſt humiditas mēbrorum quàm natura incœpit operari, ſed tamen nondum coagulauit neq; perfecit eam, ſicut caro tenera quæ non eſt in membris aßimilata, & ſicut humiditas frumenti, quæ cœpit coagulari & ſaporifera fieri, mollis tamen adhuc permanet, & ſicut humiditas uuæ coagulari & dulcis fieri incipiētis, ſed tamen nondum eſt deſiccata, nec ad duriciem conuerſa. Quartus, eſt humiditas membra regens & cuſtodiēs, ſicut humiditas in mēbris coagulata,

& ad ea conuersa, & cum membris unum effecta, & uelut humiditas frumẽti coagulata, & substantiæ frumenti aßimilata, illud ne putrefiat custodiens, & sicut humiditas uuarum passarum substantiam earum ne putrefiat, obseruans. Igitur quia corporea humiditas quadruplex est, necessario species ethicæ tres sunt: Vna, est humiditas in membrorum concauitate permanens, in qua natura nõdum tertiam digestionem operata est, nec membris eam aßimilauit. Secunda, est membrorum humiditas quam operari natura incœpit, & tamẽ non coagulauit, neq; eam perfecit. Tertia, substantialis est humiditas, qua regũtur & custodiũtur membra. Causa prima est hæc: Humiditas enim sanguinis si augmẽtetur & naturam exuperet, odio tenebitur, nec ab ea regetur, nec mũdificabitur, quæ amplius morans maximè bulliens, calefit & putrefit ex corporis calore, & febris putrida secundum suam materiam intra uasa generabitur. Quod si non augmentetur, nec à natura dimittatur, sed solum propter id quod in ephimera diximus calefiat, et calor usq; ad mundificãdum sanguinem qui est in arteria deueniat coniungetur, & cum eo cõfortabitur, & uenarum & arteriarum substantiam calefaciens, calor etiam usq; ad humiditatem in raritate membro

rum permanentem accedet, & eius unctuositatem desiccabit. Quæ quia unctuositatē & saporem amisit, merito à membris nō suscipitur. Membra ergo nutrimento carentia consumentur, & hæc est prima species ethicæ. Proinde hæc species ad curandum facilis est, si patiens sapientis manū incidat. Medicus uero si incipiat uehementer corporis calorem extinguere cum frigidis & humidis, sicut cibo & potu, aëre, odore, & similibus, citißimè calorem extinguet, & infirmū sanabit. Cui nisi succurratur, & calor in corpore sic permanens & augmentatus, & usq; ad humiditatem mēbrorum, quæ coagulationi est uicina deueniat, eorumq; desiccet unctuositatem & saporositatem, membris non aßimilatur, ipsis eam odientibus, unde consumptio & siccitas eorum augmentata fiet, & hæc est secūda species ethicæ, quæ molesta est ad curandū. Quod si calor magis augmentetur, & substantiali membrorum humiditati dominetur, & eam desiccet, & ueniens ad humiditatem membrorum quæ fuerat cum eis ab initio compositionis, desiccet eam, fit tertia species ethicæ quæ est incurabilis. Calor enim extraneus humiditatem membra custodientem desiccabit, operans in ea, sicut calor solis in lapide & ligno operatur. Calor enim solis in longo

tempore

tempore lapidum & lignorum humiditatem desiccat & eorum iuncturas separat, & ea quasi cinerem facit. Causa est, quia lapis & lignum sunt de quatuor elementis composita, proinde calor in eis hæc operatur, quod testatur actio ignis in lapide, desiccat enim & ad calcem illum conuertit. Est ergo poßibile ut simili modo operetur calor solis lõgo tempore. Nulla enim est differentia inter calorem solis & ignis, nisi quia ignis uelociter, iste uero tarde operatur. Possumus ergo intelligere quod lapis substantialem habet humiditatem, cum arbores & herbæ in montibus & lapidibus oriantur, quæ si humores nõ haberet, nutriri & augmentari minimè poßēt. Quantũ ad curam ethicæ: Syrupi simplices in ethica cõuenientes sunt syrupus de pomis, de persicis, de succo acetosæ, de succo endiuiæ, cucurbitæ, de prunis, de granatis dulcibus & acetosis, de acetositate citri, & maximè si hi syrupi cum aqua lactucæ & cucurbitæ, uiolarum, endiuiæ fuerint admixti ad ipsorum contemperandam siccitatem. Ex compositis conuenientibus habemus syrupum de papauere factum cum sacchato solũ, & nõ cum penidijs, syrup. de portulaca factũ sine aceto, syrup. uiol. syrup. de iuiubis. Vel facias talẽ syrup. magistralẽ: Recip. Duas uel tres testudinis

nemo-

nemorales in ferueti aqua bene lotas suis abscißis extremitatibus, & eas debite coque, quo facto accipe pulpas, & eas in mortario bene contere, quas in uase uitreo bene reconde, deinde accipe succi liquiritiæ, gummi arabici, tragachanti, seminis papaueris albi, lactucæ, portulacæ, maluæ, & quatuor seminum frigidorum maiorum ana ℥. s. seminis citoniorum, seminis bombacis ana ʒ. 6. passularum enucleatarum mundatarum, sebesten, berberis ana ℥. s. spodij ʒ. 3. rosarum, uiolarum, hordei excorticati, capillorum ueneris, boraginis, buglossæ ana M. 1. contundantur & ponatur cum carnibus illis super quas proijce tres pintas aquæ fontis, deinde uas cum argilla uel pasta diligenter obturetur, ut nequeat expirare, & usq; ad tertiæ partis cõsumptionem in alio uase aqua pleno bulliat, demum totum extrahatur & fortiter exprimatur, & cum tali expreßione in libris quatuor sacchari fiat syrupus. Conueniens mixtura in hoc casu est talis: Recip. Conseruæ uiol. buglossæ ana ʒ. 2. conseruæ boraginis & florum nenupharis ana ℥. 1. s. sacchari albi ℥. 2. margaritarum ℈. 2. fragmẽtorum saphiri, smaragdi, hyacinthi, granati, rubini ana scrup. 1. foliorum auri numero 2. fiat mixtura & deauretur. Ex confectionibus in hoc casu conuenienti-

bus

bus solidis conueniunt manus Christi cum perlis factum cum aqua uiolarum, diapapauer, diarrhodon Abbatis, diatragachantum frigidum. Trochisci huic proposito pertinētes sunt, trochisci de camphora, & sunt Auicennæ: Recip. Spodij, boli armeni ana ℥.s. rosarum ʒ.6. carabæ, seminis portulacæ, cucurbitæ, uel cucumeris ana ℥.2. fiant trochisci cum muscilagine psylij uel tragachanti. Electuarium quo utuntur Reges, & est mirabile in hoc casu, quia alteratiuum & maximè resumptiuum: Accipe 2. uel 3. testudines nemorales, & abscißis pedibus & capite, amotisq; uisceribus ac testa debitè lauentur, deinde decoqui facias in aqua uiolarū uel rosarum, quo facto accipe de pulpis lib.s. quas cum cultello minutim incide, et postea in mortario ultimata contritione terantur, uel potius in mola in qua sinapis teritur, prius tamen bene lota addēdo de brodio, sic ut melius conteri poßint, uel de aqua rosarum uel uiolarum, deinde accipe 4. sem. cōmunium ana ℥.s. sem. lactucæ, sem. endiuiæ, sem. portulacæ, sem. papaueris albi ana ʒ.1. ista fortiter pistentur, supraq; proijciatur parum brodij, uel aquarum prædictarum, & colentur ex his ultimatam expreßionem faciendo, quo facto accipe amygdalarum dulcium mundatarum ʒ.6. granorū pini ℥.s.

fisticorum ℥.3. ista ultima contritione terantur, & cum expreßione suprascripta fiat lac, cum quo dissolue sacchari albi ℔.1.s. addendo de brodio testudinis si opus fuerit, deinde coquatur, cum coctum fuerit & incipit infrigidari, adde carnes illas contusas, & illas cum saccharo illo in caziola & mortario debitè misce, ultimo adde pulueres infrascriptos: Recip. *Gummi arabici, tragachanti ana ʒ.1.s. margaritarum, triasan. ana ʒ.s. corallorum rub. ℈.4. cinnamomi ℥.1. & fiat puluis, & si adderes ℥.s. succi liquiritiæ melius esset, sed electuariũ non esset ita delectabile.* Posses *hoc electuarium cum gallinarum, phasianorum, caponum, uel perdicum pulpis conficere, de quibus fac ut de testudinũ carnibus, sed testudinis caro præualeat in isto casu.* De *his quæ à dextra conueniunt sunt balnea, unctiones, epithemata, odoramenta, quæ ob breuitatem doctis relinquo.*

De febre sanguinea. Cap. IX.

Ex traditione Græcorum et Latinorum.



*Vnc uero (ait Galenus in libro febrium ad Glauconem) incipiamus dicere de acutis febribus, & periculosis synochis, quæ non habent ἄνεσιν, idest, declinationem inducia*rum

duciarum, ſed in uno eodemq; motu perſeuerant, aut in peius creſcendo, non deficiunt ante creticum diem, id eſt, ante 3. diem, uel 4. aut 5 aut 7. aut 9. aut 11. aut 13. aut 14. aut ut ſatis 17. quia difficile eſt ut ad decimum nonum, aut ad uigeſimum diem peruenientes, iſti criſim non faciant, aut uitæ, aut mortis, aut enim iſtis taliter febrientibus, aut uincit, aut uincitur pugnãdo φύσις, id eſt, corporis natura. Et hoc maximè in iſtis febribus ſynochis tam acutis & aſperis artifices medici probãtur, periti autem arte medicinæ, medicinalibuſque beneficijs armati ſuccurrant, & auxilientur antequàm laxetur, & uincatur continuis febribus repugnando natura. Synochum autem ſic cognoſcis, primum quidem ſi in uiginti quatuor horis diei & noctis non faciat ἄνεσιν, id eſt, declinationem nec deſinit, ſed in eodem motu permanet, aut magis inuenitur acrior. Et ſi inæquale, & turbulentum augmentum fecerit, ſcito longinquiorem febrem futuram & non ſine periculo. Synochi tres ſunt ſpecies, ſcilicet, omotenus, qui eſt maior, & augmaſticus, quẽ ſecũdo loco ponimus, tertio uero epamaſticus dicitur, quorum quidem ſigna & curationes eorum ſigillatim exponam. Inter ſynecim autẽ & ſynochũ hæc habetur diſtantia, & quanq̃ ſit eis

apertißima similitudo, tamen inter eos ita separatur atq; distinguitur intellectus, nam synochus non habet anesim sed magis augmentatur. Sinecis uero dum simili ægritudine retineat caput, unde tamen & si non plene mundarum habet horarum remißionem. Nam synochus ex sanguine et felle rufo commixtus nascitur Sinecis uero ex fellis rufi abundantia concreatur. Quæ quidem simili modo ut synochus causon curari debet maximè, phlebotomo, si tamen ætas aut tempus, aut fortitudo permiserit, aut si non,ècontrario aliud occurrat quod prohibeat, & quãuis tempore isto ratio in omnibus supra dictis phlebotomum adhiberi prohibeat, tamen & pro causa faciendum est ei cubiculum, & pro tempore præparatum, si ætas, aut fortitudo permittat, ita ut medietas sanguinis deducatur.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.



Ascitur febris continua de puro sanguine cum intra uasa, non tamen putrescẽs, calefiat. Et huic propriũ est inflare, quia de puro sanguine nascitur, cuius in corde & pulmone plurima est uirtus, unde calor inflatiuus ista febris ab antiquis uocatur, quia calor pectoris siue pulmonis est causa suæ inflationis. Differt autem

nascens de sanguinis putredine, & quæ nascitur de eiusdem ebullitione, quia prioris febris fœtet urina, pulsus est diuersus, quia constringi se uult magis & sæpius quàm dilatari, propter festinantiam naturæ in expellendam superfluitatem uel fumosam putredinem. Altera nulla habet huiusmodi accidentia, quia signa præueniunt eam futuram præ nũciatiua antequàm appareat, scilicet fatigatio, grauitas membrorum, plenitudo eorum, rubor caloris, calor superficiei corporis. Hæc autem signa sequuntur eam, dolor capitis, incensio, grauitas sui, tumor temporum, egreßio oculorum, paruitas sitis, & stupor aßiduus, imaginatio rufa ante oculos, pulsus uelox & fortis, urina rubicunda. Plurimum hanc sequuntur uariolæ, quæ cum sint, oportet ante statũ morbi de uirtute infirmi perquiri, & ætate, atque complexione, aëre, consuetudine, quæ si conueniãt, & uirtus maximè, phlebotomandus est infirmus, de sanguine quantum sufficit auferatur. Si autem morbi initium propter nimium fit cibum quem comederat infirmus, & adhuc in uentre sit coadunatus, oportet ut in die secunda uel altera suspendatur phlebotomia, quatenus in digerendo cibo confortetur natura & à uentre excludat, quod si non fiat naturaliter, faciamus artificialiter. Si autẽ nul-

la horum particulariũ conueniant signa, nisi uirtus sola, scarificemus & non phlebotomemus, omnib. uero alijs congruentibus, sola tamen uirtute dissonante, neq; phlebotomari, neq; scarificari est necesse, quia uirtus sola semper morbo repugnat, unde semper est inuestigãda & obseruanda, confortãda quoq; ac coadiuuanda pro posse nostro. Si uero obuietur phlebotomiæ quibusdam ex causis quas debemus dicere, caueatur maximè in statu, uel in augmẽtatione, & si uirtus uideatur cõgruere. In his enim duobus temporib. uirtuti non confidimus adeò laboranti in morbi repugnationibus, oportet ergo extinguere calorem et acumen sanguinis cum psylio, succo maligranati, syrupo uiolato, syrupo de prunis. Quod si egestio obuiet, erit humectãda cũ oxyphœnicia, casiafistula, uiol. manna & similib. Rasis: incipit calida sine tremore, & rubẽt cũ ea facies et oculi ualde, & cõstringitur anhelitus, et tactus eius sicut tactus balneati, & fuit regimen cum eis quæ præcesserũt, regimẽ multiplicatiuũ sanguinis et est ante cõmotionem eius grauitas in corpore, & additio in somno, & pulsus est cũ ea magnus et plenus, & urina est rubea & spissa. Et cura eius est ut succurras ei in principio rei, & antequã uirtus cadat ualde cum phlebotomia, & dimitte sanguinẽ curre

re donec ægro superueniat syncopis, & si fuerit debilis, ciba ipsum medulla panis cum aqua granati muzi & aqua agrestæ, deinde dimitte eum, & ad ultimum non dimittas quin præcedat egestio sanguinis usque ad syncopim, & post illud da ei in potu aquam granati muzi, & ciba ipsum aqua hordei, & rege ipsum regimine habentium causon febrem, sed sit cum extinctione minori. Et si tardatur phlebotomia in dispositione sua, stude ad dandum illi in potu aquam frigidam plurimam, & da ei in potu ex illa usq; quo satietur, aut infrigidetur & tremat. Si ergo declinat iam sufficit tibi, & si redit usque quo declinet, & fiat febris leuis adhærens, & tunc quidem rege ipsum regimine febris phlegmaticæ hoc enim regimen confert in hac febre, & ego iam expertus sum & probaui ipsum, & liberata per ipsum genus plurima quæ erat iuxta mortem à timore magno. Non sis ergo piger in dando in potu aquam frigidam cum uehemens est neceßitas, nec dimittas eam nisi quando hæc febris synocha est ex apostemate in stomacho, aut in epate, aut matrice, aut renibus, aut uesica, aut diaphragmate & pulmone, & proprie in diaphragmate & pulmone & pectore. Ra-

ſis.10.ad Almanſorem,cap.6:Synochus tres habet ſpecies:Vna,eſt in qua à ſui principio non ceſſat augmentari malitia uſq; quo ueniat criſis, aut æger moriatur. Alia uero eſt,quæ ſemper in una moratur diſpoſitione. Tertia quoque eſt,quæ quotidie à ſui principio minuitur. Illa autem quæ ſemper augetur plus indiget munitione quàm aliæ,poſt quã ea quæ unius eſt tenoris,ſecundo eget,licet etiam tertia ea non ſit priuanda. Illæ tamen duæ plus indigent,& præcipue ea quæ eſt cum augmento ſemper. Auicẽna: Intentio in curatione febris, ſanguinis eſt euacuatio plurimi uſq; ad ſyncopim. Et ingroſſatio ſubſtantiæ ſanguinis,ſi fuerit ſubtilis ualde aquoſus et cholericus. Et infrigidatio eius & mundificatio & ſubtiliatio ipſius ſi fuerit groſſus, & ſumpſerit æger prius generatiua ſanguinis großi, & generatiua humoris crudi. Et digeſtio materiei facientis febrem & eius reſolutio. Euacuatio autem non eſt aliqua ſicut phlebotomia ex manu in quacũq; hora accidat. Et non expectatur criſis, neq; digeſtio niſi ſit repletio nauſeatiua, tunc enim caue eã & remoue ipſam. Quod ſi febris perſeuerauerit,tũc phlebotoma. Et nõ ceſſes phlebotomare donec æger appropinquet ſyncopi aut cadat in ſyncopim ſi corpus fuerit forte. Syncopis enim infrigidat cõplexionem fortem.

fortem. Isaac: Quia hæc febris fit de putrido sanguine in uasis, decet phlebotomari priusquàm non putrefactus sanguis putrefiat, prius tamen consideratis uirtute, ætate, tempore, regione & cõsuetudine, an sint cõueniẽtia, deinde minuatur sanguis ante statum, quia phlebotomia omnib. curis synochæ & synochi est melior. Sinochæ autem cõuenientior est, qa sanguis eius purus est. Quod si omnia prædicta sint conuenientia, uirtus quoq; non sit imbecillis, scarpellis his succurrendum est. Item omnib. supradictis bonis & uirtute debili existente, ne temere sanguis minuatur cauendum est, sicut diximus in causa synochæ, in qua mõstrauimus sanguinem nõ debere minui in statu, nec in augmento, quia inde natura impeditur. Nam uirtus licet in his utrisq; febribus sit fortis in augmento & statu, tamen nõ oportet nos ei credere. In initio ergo nisi uirtus obstiterit, minuatur. Si autem in initio non ausi fuerimus, extinguamus acumẽ sanguinis cum succo granatorum, oxyphænitia & similibus.

Ex traditione Neotericorum seu autorum recentium.

De sanguine duæ generantur febres: Vna quæ synocha inflatiua appellatur, alia dicitur synochus putridus. Et si fuerimus

interrogati quæ ſit differentia inter febrem ſynocham, quæ fit ex putredine ſanguinis, & ſynocham quæ non fit ex putredine quæ inflatiua uocatur. Reſpondeo: quod in ſynocha quæ fit ex putredine ſanguinis patiens facit urinam putridam, & pulſum habet inordinatū quia conſtrictio eius uelocior eſt, quàm dilatatio propter naturam feſtinantem ſe ad expellendam ſanguinis putrefacti aquoſitatem. Inflatiua uero ſic cognoſcitur, quia urina patiētis nullam habet putredinem, quia materia eius eſt purus ſanguis non putrefactus. Quod ſi repræhenderint nos quidam dicentes: quomodo accidit ſanguini putredo, cum amicus ſit naturæ & per eum regatur & nutriatur corpus? Reſpondetur quod licet ſanguis amicus ſit naturæ, tamen aggrauat naturam cum augmentatur, unde odio habetur ab ea, ſicut pater odit filium cum ei non obedit. Sanguis ergo à temperamento egreſſus à natura eijcitur & per nares eijcitur, aut per alias partes egreditur, quem ſi nō poterit expellere, dimittit eum, unde putrefactus ſynochum generat. Rurſum ſi dixerint quæ ſit differentia inter febrem quæ fit de putredine ſanguinis, & febrem continuam, quæ fit de putredine cæterorum humorum. Reſpondeo: febris quæ fit de putredine humorum, licet uideatur continua eſſe,

bonus

bonus tamen medicus si bene eam inuestiget sentit eius interpolationem, quæ fit inter finem unius accessionis, & initium alterius. Sed synocha nullam habet decessionem, nec aliquid tranquillitatis, nisi in extremitatibus dierum cum aër fuerit frigidus, quæ mitigatio non fit propter febrem, sed quia infirmus gaudet de aëris frigiditate, febris acumē mitigante. Quæ trib. modis est, & in tres species diuiditur. In augmasticā, epaugmasticā, omotenam, siue in febrē addentē, siue diminuentē, siue unius tenoris. Epaugmastica est ualde salubris. Augmastica est ualde mortalis. Omotena medio modo se habet. Hæc aūt diuersitas prouenit propter diuersum modum putrefaciendi, & propter diuersitatem resolutionis putridi fumi. Vnum sumitur ex parte humoris, reliquum ex parte corporis. Si enim maior fiat resolutio uaporis horribilis & maior euentatio quàm putrefactio humoris, fit epaugmastica. Si e conuerso augmastica, si æqualiter omotena, quia si sanguis sit multus acutus & calidus, totum corpus putrescit, & postea paulatim declinat, sicut patet in palea combusta. Si ergo libera sit euentatio & resolutio propter largos poros, hac uia generatur epaugmastica in contraria dispositione febris contraria, scilicet augmastica, & in media

dispositione febris media, scilicet homotena. Deinceps ad curam synochi putridi ueniamus. In istius cura incipiendũ est à sanguinis extractione à phlebotomia basilicæ, si uirtus & omnia alia particularia cõueniant, uel à uentosatione super humeros, si sola uirtus cõueniat, & alia particularia nõ sint cõuenientia. Si autem sanguinis extractio prohibeatur, uel etiam sanguine iam extracto, insistendũ est cum refrigeratiuis & dissolutiuis. In principio ergo talium d spositio sanguinis est attendenda, utrũ sit acutißimus cholericus, aut grauis phlegmaticus, aut medio modo. Si ergo uehemẽter sit calidus acutus, detur succus malorũ granatorũ, psyliũ, oxyphœnitia, & hoc cum succo granatorum & aqua resoluantur & exhibeantur, uel syrupus uiol. uel nenupharis cum casiafistula & manna resolutis, demus aquam hordei ad bibendum. Si autẽ sanguis sit grauis phlegmaticus, resoluamus casiamfistulã & mannam cum aqua decoctionis absinthij, endiuiæ, marathri, prunis, uiol. Si medio modo se habeat, coquantur iuiubæ mundata, sem. endiuiæ, & resoluatur casiæfistulæ ℥. s. mannæ ℥. 1. exhibeantur. Si autẽ per hoc uenter non laxatur, fiat suppositorium de succo mercuriali, melle & sale, et ℈. s. scamonij. Si autem nec sic laxatur, fiat clystere cũ refrigerantib.

ut sunt

ut sunt uiolæ, maluæ, mercurialis, hordeum mundatum, lotura furfuris. In istorũ decoctione ponatur mel, & oleum uiolarum cum modico sale & eijciatur, & potest addi medullæ casiæfistulæ ℥.s. uel ℥. 1. remouendo mel. Si adsit dolor capitis, prædictæ fiant illinitiones, & fomentationes, & cataplasmata de santalis rubeis & oleo uiol si tamen stupor et catarrhus sint absentes. Si uero adsit uigilia, raso capite humectetur caput cum aqua decoctionis papaueris, lactucæ, uiolarum, absentib. catharro & stupore. Si adsit pũctio in stomacho, accipiat succũ cucumeris uel cucurbitæ cum succo malorũ granatorum. Si cardiacam tremorũ patiantur, super os stomachi ponantur cataplasma de santalis roß. malua, farina hordei, de cinerib. fornacis fabrorum & pauca camphora. Hæc distẽperentur cũ succo portulacæ, semperuiui, arnoglossæ & aceto. In superfluo fluxu sanguinis per nares, argillam cum aceto distemperatã super totam frontem & faciem ponamus. Cura autem synochæ inflatiuæ ferè est eadem cũ cura synochi putridi, nisi quod cura synochi est grauior. Si tamen in ea omnia particularia conueniant, ut est uirtus, regio, ætas, tẽpus, cõsuetudo, habitudo, festinetur phlebotomia de mediana. si pectus habeat sanum & forte, si uero non habet pectus sa

num & forte bene de basilica, & sanguis extrahatur quantũ uirtus poterit tolerare, quia multa phlebotomia quandoq; sufficit ad curam, ita ut per hanc uno die tota febris auferatur & curetur. Si autem uirtus sit fortis & alia particularia non conueniãt, sicut ætas & supradicta, tunc scarpellemus solum, id est uentosas super humeros ponamus cum forti scarificatione, hæc enim cor et pulmonẽ infrigidat, & sanguinẽ temperat bullientẽ. Si autem uirtus sit debilis, quocunq; modo se habeãt particularia, nec sic, nec aliter de sanguinis extractiõe nos intromittamus. Similiter si febris sit in augmento, uel in statu quocũq; modo se habeat uirtus, uel alia particularia, nunquàm sanguinem extrahamus, & cum solis infrigidatiuis est insistendum. Et sicut dictum est in synocho putrido, procedere in cura synochæ inflatiuæ debemus. Cauendũ tamen ne aqua frigida exhibeatur cum sanguis est grossus & indigestus, & cũ uiscera sunt debilia & apostemata nisi forte sit apostema uehementis caliditatis.

De pestilenti febre. Cap. X.

Ex traditione Græcorum & Latinorum.

Diximus de ijs febribus in putridæ materiæ genere, quas acutas simpliciter uocamus

camus, nunc transeundum est ad id febris genus acutissimum, quod pestilentiæ casu euenit, subitoq; plurimos rapit, uano affectum euentu. Huius mali uariæ sunt causæ, ut diligentiores physici tradidere. Aëris enim intemperies, ui quadam uenenata, regiones, & cœli tractus ingentes infestat syderum errantium tabifico influxu, qui nobis circumfusus per respirationem cordis uitalia lætaliter subit: alij etiam per cutis meatus, cui spiritus sanguisq; commoti protinus accurrunt, quibus infectis, febris exinde pestifera oboritur. Prælio quoque sanguinolento strageq; facta numerosissima, spiritus exitialis (ut Galenus scribit) regionibus propinquis, pestilentiam inducit. Constatq; Aphricam insigni quondam pestilentia debilitatam fuisse, quam locustæ innumerabiles immersæ mari, & ad littus reiectæ putrido uapore excitarunt. Post item magnos terrarum motus pestilentia sæpe orta est, diro in profundo latente uapore, qui pigritia, longo situ, & æterna nocte torpescebat, hunc postea purum aërem liquidumq; infecit, ac polluit, unde nouas febres attulit paucisq; notas. Paulus Aegineta inter medicos autor egregius, omnes qualitates in aëre noxias inueniri posse affirmat, quibus humana habitudo

tudo in hunc morbum prolabi potest. Inuenti enim sunt ætate nostra, qui extrema senectute rapti sunt qui prius iuuenes in maximis pestilentijs tuti fuere. Variæ enim causæ sunt ex quibus uarij effectus pro ueniunt. Mirumq; uestimenta lanea præsertim hãc pestem diu conseruare. In primis hominis proprie tatem, ac aëris circunfusi, uel aquæ, uel alterius rei naturã nosse oportet, quibus facilè occurrimus con trarijs qualitatibus, uel ijs quæ sine certa qualitate, sed speciali duntaxat forma subueniunt. Verũ pri- us, quod diuinus Hipocrates incessanter clamabat, per quã humida corpora siccanda, impuraq; purgã da, ac poros aperiendos corporis, quod Galenus se factitasse scribit, quo tempore frequentes carbũcu- los oriri uidebat, certißima pestilentiæ auguria ex abundanti putredine. In quo casu sanguis mitten- dus est, sed modus seruandus, magis tamen quib. in usu est, uel quib. sanguis melancholicus substiterit, ut menses in mulieribus, & marib. hæmorrhoides, aut in utroq; genere narium profluuiũ, tempus ido neum est plenilunio. Qui uenam secari non patiun tur, natibus cucurbitas imponant, aut sanguisugas, sanguineis ac morbidis corporib. id sæpius fieri de bet. Vomitus obest nisi sponte fiat. Malam enim ma teriam ad uitalia trahit. Aluus molliẽda est rore sy

riaco,

riaco,quod manna uocant Iudæi,officinis nunc fami liariſsimo. Siliqua Aegyptia,quam caſiamfiſtulã fal ſo appellauere,caſiæfiſtulæ odoratæ nomine erro re manifeſto Galeni, Plinijq́; graui teſtimonio,tha marindis quoq;,ac uiolacea potione. Alij ubi aluus aſtricta eſt,clyſterem infundunt communem. Pau lus Aegineta autor grauiſsimus ſpondet Galeni au toritate,rubricã armeniacã potam ʒ.1. ſummope re prodeſſe,& hyeme theriacã pari modo ex uipe ris compoſitam. Qua Romæ Galenus uſus eſt maxi ma in peſtilentia, quæ omnib. bibentibus ſalutaris fuit. Sed eo peruenit audacia ut nõ ſolum priora im mutarũt,ſed etiã aliquid addiderũt. Catapotia ſunt Rufo aſcripta, quæ ex ijs fiunt: aloës epatici lotæ ʒ.4. myrrhæ puriſsimæ quam ſtacten uocant, cro ci,omniũ ʒ.2. ex uino dantur ſummo mane ʒ.1. aut ſemidrachmã. Qui his catapotijs uſus eſt ut Rufus, neq; peſtilentia,neq; cõtagione unquàm correptus eſt. Paulus Aegineta aliter deſcribit hanc potionẽ propinãdã,quàm noſtri in catapotia digeſſere, quo deuoratu faciliora eſſent. Ille autem ex Rufo demõ ſtrat: Aloës epatici lotæ partibus duabus, armoni aci,thymiamatis tantundẽ,myrrhæ parte una. Hæc in uino diluta meratiori danda ſunt, priſci cyathi menſura. Vbi corpus refrigerandũ eſt,uiolacea po

tione

tione utimur, rosacea, uel citrei mali admixta portulacæ aqua, cichorij ue seris acetosæ, quam oxalidem quidam uocant, Cretes oxynidam uulgo dicũt. Sonchi buglossi illam scariolã uocant, omnium semi uncia. Alia potio est diligentioribus obseruata, miri effectus, in qua & stomachi & cordis ratio habetur. Seris, sonchi, acetosæ, buglossi, singulorum manipulus, seminis item acetosæ, portulacæ, seris, & mali citrei excussis tunicis omnium semiuncia, rosarum rubearum, uiolarum, nympheæ, lilia, buglossi utriusq; generis omnium drachmæ. ʒ rorismarini. ʒ. 2. aquæ rosaceæ triduo iusta infusione macerentur, postea per furnibulum leni flamma destillans aqua excipiatur, in qua & sacharum addimus, & citrei mali succum, & santalorum farinam, spodijq; momentum, eadem facito inferueant, ad liquidi mellis crassitudinem, ex qua bine unciæ per se mane assumuntur, & tribus horis ante cœnam. Vbi excalefacere opus esset pro cœli qualitate ac hominis habitudine, ea potio utilis est, in qua betonica, chamædrys, cichorium, calamintha, sampsuchus, omnium pares portiones, cortici medici mali, zedoariæ, iunci odorati, stœchadis, exiguo gariophyllo ac cinnamomo addito. Animaduertendum tamen est ubi hominis habitudo frigida est, ac cœli

quali-

qualitas contraria, naturam hominis ſequi oportere, in qua ſententia & Galenum fuiſſe uideo, nam aëris caliditati ſponte aduerſatur natura. Atque ex omni confeſſo id elaborandum eſt ut corporis omnino temperamentũ, uictu, exercitatione, potionibus, læto animo, cæteriſq; præſidijs conſeruetur. Hinc ad curationes peſtilẽtiæ trãſeamus. Si uero neglecta obſeruatione, aut per ignorantiã, aut ex improuiſo, uel alio caſu febris peſtilens ex familiarib. aliquem inuaſerit, confeſtim mutandus eſt cœli ſtatus, & in plures partes diſtributa familia, longinquæ regiones petendæ ſunt, uel ita ſegregandi omnes, ne, ſi quis contagione male affectus eſt, alium quoq; contaminet. Plurimũ ex ſanguine biliq; rufa, ex phlegmate uero raro, cum uitio aquæ uel peſtiferi cibi fuerit, fieri ſolet. Galenus horã prãdij, ac cœnæ pro conſuetudine laudauit, alij ueſpertinã matutinãq; præferũt interdiu, & ſæpe ſalutares mixturas, confectiones, uarioſq; potus et ſaluberrimos cõtinẽter præbẽt. Cõfectiões ſantalinæ plebi idoneæ ſunt cũ aqua roſacea. Alia minus iucunda, ſed miræ uirtutis, ac facilior, in qua roſaceæ unciæ tres, rubricæ armeniacæ & uini odorati nõ auſteri ſingulorũ uncia. Alij theriacam dedere, admixto ſmaragdi gemmæ pollinæ ex aqua roſacea. Alij alia impe-

rant,

rant, quæ palato, naribus, ac stomacho non conueniunt, de quibus obiter minus dicendum putamus. Maximā desiderat animaduersionē in pestifera febri sanguinis dimißio, quæ largior imperanda est, si sanguinis uitio cōtigerit, si ætas, ac uires sunt. Exilior, cum ubi alter humor admixtus est, qui si simplex fuerit, alui deiectio magis prodest. Dandaq; opera est ne importunè uena feriatur, nihilq; nocentius est sanguinis dimißione ubi necessaria non est, uires enim corporis maximè subducit. Cathartici ratio est, ut nihil uenenati, nihilq; molesti habeat. Si bilis rufa infestat, hoc medicamento tuto celeriterq; trahitur, in quo ponuntur roris syriaci unciæ duæ, radicis barbaræ per noctem infusæ ʒ. 2. in aqua cichorij, acetosæ, meri albi omniū semiuntia. Sūmo mane linteolo mūdo radicē exprimes, in eo succo rorem syriacū antedictū admiscebis, aqua buglossa prius maceratū. Hanc potionem statim saluberrimam dabis. Si ros antedictus pro ægri fortuna emi nō potest, succus siliquæ Alexandrinæ uicem implebit. At ubi pituita est, agaricum oxymelite præparatum utiliter datur, quod & cordi conuenit. At polypodio, epithymo, sena, atra bilis eximiè purgatur, adusta materia radice barbara, fumiterræ succo, ac caprino sero. Cōposita deniq; morbi materia cōpositis

ſitis remedijs curatur. Narrant qui experta prodūt, ſi quis initio peſtilentiæ febris calendulæ ſucci uncias duas aut tres ad ſummū biberit, deinde ueſtimentis operiatur, liberum reddi ab ea labe. Hæc uulgaris herba eſt ſponte naſcens in Gallia. Multi ſcabioſæ ſuccū ad hos uſus efficaciſsimū prædicant, quo ueneni uis duodecim horarum ſpacio propellatur. Alij non minorib. laudibus ſuccū uerbenæ eiuſdem effectus celebrauere. Miram uim habet aduerſus peſtes tormentilla radix rubra odorata, quam ſparganium Græci uocant. Nam & contra ſerpentes bibitur ʒ.2. pond. ex uino. Dictamnū præterea laudatur cretenſæ & in altiſsimis montib. inuentū, à Dioſcoride, Galeno, Plinioq́; cōmendatū ſcrupuli pond. ex roſacea. Aliqui ſpē maximā in rubrica lēnia habent, ſolamq́; prodeſſe ſpondent, cui maximā autoritatē dedit Galenus in libris ſuis. Alij betonicā ſummis laudib. prædicauere, uel ſiccæ farinā ex uino. Violentiam enim morbi ad extrema expellit. Nōnulli cichoriū præferūt æſtate. Alij uerò maiora audētes, hoc modo aquā colligūt ex furnibulo. Calendulæ, ſparganij, dictāni, betonicæ, citreaginis omniū manipulū, rubricæ armeniacæ unciā, machir ʒ.3. aceti librā, per noctem cōſperſo deſtillationib. cōſtituūt, ex quib. aquæ ſeſquiuncia ſatis eſt ſi mane propinatur. Sanū enim hominē à peſtilentia reddit

ualentißimo remedio. Inũctio quoq; cõtra pestilentiæ carbũculos, ac abscessus oẽs fieri solet mirabilis effectus, quæ hoc modo fit. In uase enim uitreo sambuci florum partes sex imponũt, ebuli partes duas, hyperici partem unam, olei perueteris quantum satis sit, ut iusta infusione supernatet, obturato deinde ore æstate uniuersa solibus continuis perficitur, atq; ita insolato, ubi opus est utuntur. Carbunculos enim & inflammationes omnes siue impetus ter quaterúe in die inungunt, alij totum corpus, unde uehementi sudoris profluuio uirus omne elicitur. Oleum aliud siue unguentum mirandi effectus: Olei uetustißimi selibram in phialam imponunt, in qua triginta scorpiones nouem horarũ spacio ociose lento igni deferuere faciunt. Alij cacabum aquæ plenum ad ignem cõponunt, in quo phialam antedictam imponunt, ut feruente aqua oleum pariter intus ebulliat, in qua demum theriacæ optimæ ligulã addũt. Iterumq; faciunt deferuere, demum eximũt, ex eo inungi debent arteriarũ pulsus in manibus, præcordia ipsa ac iuguli lacus, & cæteræ partes quæ arterijs respõdent, circaq; deniq; apostemata. Post horas sex iterum inungi debent, eædem corporis partes, & statim æger haud dubio conualescet. Potio quoq; salutaris sæpe experta, nec uana unquã inuenta, habet pulueris cordialis ʒ. 2, ramenti

cornu

cornu ceruini ʒ.sem. sancti(ita uulgus uocat) myrrhæ singulorũ sesquidrachmam, ex aceto q̃ acerrimo ad ignem protinus quum inguina tentantur, bibitur, in promptu enim esse debet remediũ, sudore enim prorumpente undiq; uirus elicitur, atq; ita iuxta ignem calefactis linteolis membra fœdo sudore detergenda, mutandaq́; sudariola sunt, donec sudoris graueolentia inter fricationes subsistat. Miro enim præsidio, ut Alexander Benedictus nostri amãtißimus ætate nostra doctißimus affirmauit, Georgij Vallæ autoritate motus à pestilentia tentantes liberat, neminemq; qui eam opportune potionem ieiunus biberit, ab hac uiolentia opprimi cõstat manifesto ac uulgato experimento.

Ex traditione Pœnorum & Arabum.

CAusa pestilentiarum plurimum est mutatio & corruptio aëris in quatuor temporibus anni. Mutatio autem anni fit quatuor modis, aut cum dominatur ei una ex qualitatibus, aut propter fumum & puluerem terræ eum perturbantem & obscurantem, aut propter fumũ maris et lacuũ atq; paludũ, aut propter magnũ fœtorem sicut cadauerũ corporũ animalium, quod est cæteris peius. Proinde plurimũ patiũtur peßimos morbos de pestilẽtiali genere, & febres non de genere humorũ, quia sicut peßimus morbus aut uene

nosus, similiter & aqua nocet & destruit substantiam eam accipientiũ, nec saluãtur nisi rarissimi, sicut & aër quando corrũpitur & putrefit, quiq; patiũtur non euadũt nisi paucissimi. Aër etiam nocibilior est cibis & potibus, & uelociter perforat ad cor, & pulmonẽ cũ flatus attractu sine ulla remotione, proinde omnes infirmi & sani plurimũ infirmantur de aëris corruptione. Antiqui cõcordes fuerũt et maximè Hippocrates, quia si in quatuor anni temporib. aër corrũpatur, generantur in illo anno pessimæ & mortales passiones. Dixerunt etiã si uẽti quatuor in duobus mensibus hyemis, id est Decẽbri & Ianuario perflent, & puluis in aëre augmentetur, & aëris complexio in siccitate mutetur nullam habẽs pluuiã, & dies in qualitate diuersantur, ut scilicet una dies sit calida, alia frigida fuerit, hæc pessima signa in hyeme. Vere autem accedente pluuiali & turbido, cuius perturbatio non dissoluitur nisi in quinto aut in septimo die, fiunt febres pessimæ, nõ secundũ humores, sed plurimũ nascũtur uariolæ & pustulæ. Multo etiã plurimũ tunc oriuntur mortales pestilentiæ. Dixerũt etiã si uer & hyems taliter fuerint, necesse est sit in æstate aër turbidus & humidus, nõ clarus, & arborib. & terræ nascentib. puluis dominetur, unde fit causa in corpore desudationes generãs. Corpora etiã non sudant, nec

hume-

humectatur sicut sunt solita in æstate humectari cũcta naturaliter. Rasis: Cum uideris nauseam frequẽtem cum febre tepida, tũc scias quod ipsa est febris pestilentialis, & propriè quando cõmunicat et multiplicatur, & sunt pestilentiæ manifestæ in aëre circũdante eos, stude ergo tota intẽtione in cõfortãdo cor istorũ, & tẽperando aërem continentẽ eos, & adhibe eis bene redolentia, & intromitte eos in domos odoriferas mũdas, & sterne eas plantis bene redolentib. et aspectu uiridibus, & suffumiga eas cũ santalis & cãphora, & asperge eas aqua rosarũ & aceto, & asperge ex eis super frustum luti antiqui, aut super lateres domorũ, si sunt antiqui ueteres, et pone super tẽpora aquam rosaceã & camphorã, et santal. cum panno mundo in eis infuso, & fac eos odorare res odoriferas semper, & da eis in potu aquã frigidam ueri frigoris ualde, & rob granati acetosi, & rob agrestæ et acetositatẽ citri, & lac acetosum, & aquã mixtã cum aceto quando nõ præsto est aliud, & ciba eos pullis assatis, et uitello ouorũ, & da eis in potu uinum album boni odoris odoriferũ, cui admixtum sit quantum est quintuplum eius aquæ dulcis. Rasis. 10. ad Almãsor. Febrib. quæ ex aëris corruptione generantur, non uidetur in principio multa inesse acuitas, neq; caliditas cũ tãgitur æger, sunt tamen in occultis corporis partibus et in

ipſius profundo magni nocumenti, & ſunt deceptoriæ, & uehementis operationis & ſunt febres lentæ & tepidæ, ſed concluſæ cum quibus anhelitus, & quicquid à corpore egreditur, ualde fœtida ſentiuntur. His uero febribus laborantes, tribulationē magnam, & ſitim uehementē patiuntur eorūq; anhelitus augmentatur, & fit ſpiſſus, ex quorum corporibus cum uomitu & egeſtione res fœda egreditur, & inſolita, deinde incipit eis ſuperuenire ſyncopis, & moriuntur.

Ex traditione autorum recentium.

PEſtilentialis febris poteſt ab omnibus humoribus indifferenter prouenire. Nam contingit interdum aërem eſſe infectum uenenoſitate, puta à conſtellatione, uel ab aliquo uapore ab aliquo corpore reſolutio, ſicut exēpli gratia, ſcilicet ab infectis cadaueribus, & à ſtagnis corruptis, à cimiterijs, ſterquilinijs, aut conſimilib. qui aër ſic infectus ad cor attractus, ſpiritus inficit uenenoſitate, qui infecti humorem magis aptum talē infectionem ſuſcipere inficiunt, & ſic febris cauſatur peſtilentialis. Interdum tamen in uiſceribus terræ uapores includuntur uenenoſi, qui plantas inficiūt, aut plantariū nutrimentū, propter q̧ illa terrænaſcētia comeſta nō ſolum humores, quos generant, inficiunt, uerum etiam in corpore exiſtentes. Ideo

dicebat

dicebat Auicenna ſecunda primi, doctrina ſecunda, capite de iudicijs cõplexionis anni, quod mortalitates corrumpunt arbores & uegetabilia, ideoq; corrumpuntur, ex ea animalia quæ ea comeduut, & ideo homines qui eis ueſcuntur, corrumpuntur. Et ſi aliquis diceret, ſi corruptio aëris fiat per actionem & motum ſtellarũ, quæ neceſſitas fuit ut hæc in libris ſcriberentur à medicis, cum ea defendere contra ſyderum repugnationes nequeunt? Reſpondeo ꝙ corruptio aëris non accidit niſi corporibus ad eam præparatis. Vnde cum Medicus præuideat ſignificationes aëris in unoquoq; tempore anni uenturi, poterit mundificare materiã de corporibus ad corruptionem præparatis prius, quàm corruptio accidat eis, & etiam temperamentum præſtare ſcierit, ut uenturæ corruptioni repugnare ualeat. Nam ſi præuiderit fore calorem nimium in aëre, & ſiccitatem & aduſtionem, feſtinet ad purgandum cholerã eorum, in quibus eſt cholerica cõplexio, ne illius feruoris calorẽ facilimè per ſimilitudinem recipiat. Dentur quoq; frigida & humida uenturo calori repugnãtia, quia rationalis anima dignior ſtellis eſt, ut uult Iſaac. 5. febrium. Nam actio earum ei minime accidit, niſi cũ ignorantia tenetur. Dum enim eam ſenſerit eam omnino cauebit, hoc teſtificatur ab eo quod uidemus ab optimis mathe-

maticis, quia cũ certißime nouerint dies particula-
ris mortis, inferentes eis qui in mare ingrediũtur,
satis potest eos tueri. Similiter & illos quæ in bello
morituri sunt. In quo igitur differat homo à cæte-
ris animalib. intelligenti clarißimè patet. Nã ratio
& discretio est ea semper inquirere & desiderare
bona, & mala respuere, eisq; repugnare, quia non
est subditus naturali actioni, ut uult Beatus Augusti
nus in libro septuagintatrium questionum, nec est
etiam subditus pestilentiali desiderio ut uult Isaac,
ubi supra, nisi cum ignorantia tentus est. Sed cũ scit
& discernit bonũ à malo, uerũ à falso, & iustũ ab
iniusto, quærit sibi bonã partem quæ est ei similis,
unde homo est, & spernit partem malã quæ nõ est
ei similis unde est animal. Quantũ ad curã istius fe
bris sic ꝓcedamus, ad medicinalia cõdescendendo,
primo doctrinã insequens Auicennæ. Si febris ab
alio humore deuenerit quàm à sanguine, sunt illi hu
mores euacuãdi, & si à sanguine prouenerit, statim
fieri facias phlebotomiã de uena media, si infirmus
æqualiter senserit se grauatũ, uel de basilica si ma-
gis ab inferiorib. uel de cephalica si magis à supe-
riorib. ætate, cõplexione, et alijs consentientibus ip
sam facere usq; ad lipothomiã nõ uituperant recen
tiores medici, uel saltem fieri facias secundationẽ.
Quod si ætas uel aliquid taliũ phlebotomiã prohi-
buerit

buerit uentosas super nates, uel spatulas cum scari ficatione secundū exigentiā apponi facias. Si autem ab alio humore quàm à sanguine prouenerit, quem sanguini iudicares permixtū, consimiliter fieri facias phlebotomiā uel uentosas, non tamen sanguis in tanta extrahatur quātitate ut in casu praecedenti. Et licet haec febris poßit à quocunq; humore proue uenire indifferenter, principaliter tamen humori non attendimus, sed extinctioni caloris, & ueneno sitati materiae, cor scilicet confortando. Nam materiae digestio est ipsius uenenositatis correctio, & ideo facias sic: Recipe aquae buglossae, uiolarum, pimpinellae ana. ℥.4. aquae rosarū lib.s. syrupi de acetositate citri, de limonibus ana ℥.3. syrupi de succo acetosae ℥.2. uini granatorū ℥.3. fiat iulep aromatizatum cum santalis muscatellinis de tali bibat saepe in omni hora qua uult. Item in isto casu multū ualet aqua herbae tunici facta cū suis radicib. & aqua tormētillae facta similiter, et aqua dictami, scabiosae et acetosae. Itē: Recip. syrupi de limonib. de acetositate citri ana. ℥.2. aquae acetosae, scabiosae ana. ℥.2. aqua pimpinellae et herbae tunici ana. ℥.1.s. clarificetur pro duab. uicib. & detur in aurora aromatizando cū santalis. Item cōueniunt odoramenta, epithemata et unguenta pro corde, epate et testiculis & renib. quae supra de causonide scripta sunt. Pro con

fectione da hãc mixturã: Recipe cõseruæ uiol. bora ginis, buglossæ ana. ℥. s. cõseruæ nenupharis ʒ. 3. manuschristi cũ plis lib. s. fragmẽtorũ omniũ lapidũ preciosorũ ʒ. 2. margarit. tritarũ ℈. 2. foliorũ auri numero. 12. fiat mixtura deaurata de qua sæpe comedat, et de ea bibat cũ aqua acetosæ si libuerit. Pil. salutis mirabiles præseruãtes à peste, siue fuerit pestilẽtia ab aëre corrupto, siue ab influẽtia sydérũ, siue à quacunq; causa citra Deũ, quas habui ab amico in finibus Germaniæ, quibus mediantibus omnes præseruabat à peste, siue sumantur per se, uel in forma opiatæ, & sub utraq; forma possunt fieri: Recipe aloës, succotrini ℥. 2. s. myrrhæ ℥. 1. croci orientalis ℥. s. cumini, coriãdri præparati ana. ʒ. 3. radicis tormentillæ ℥. 1. s. boli armeni ℥. 1. terræ sigillatæ siue terræ lemniæ ℥. s. seminis basilyconis, seminis citri. ana. ʒ. 2. seminis acetosæ ʒ. 2. s. radicis been albi & rubei ana. ʒ. 1. santali albi & rub. ana. ʒ. s. ligni aloës casiæligneæ ana. 2. ℈. oßis de corde cerui, coralli rubei, spodij ana. ʒ. s. puluerizanda puluerizẽtur & cum syrupo de acetositate citri formetur massa pro pilulis, de qua formentur. 6. pro ʒ. capiat aliquando tres dum uadit dormitum, & aliquando unam mane hyeme & uere, & tempore pestilẽtiæ omni mane unã. Et si uelit facere in forma opiatæ pone de syrupo de acetositate citri quod sufficit

pro

pro forma opiatæ, capiat mane dum surgit à lecto ʒ.s. aut ℈.2 uel ʒ.1. secundum quod uidebitur.

De uariolis & morbillis. Cap. XI.

Ex traditione Arabũ Pœnorũ & autorũ recentiũ.

CAusa uariolarum (ut uult Isaac. 5. febriũ) materia est in compositione fœtus in uulua existentis, quam in quibusdã locis natura claudit à principalib. membris remotis, cutiq; uicinãtib. propter debilitatẽ mẽbrorũ fœtus, qualitatẽ illius materiæ nõ sustinentiũ. Quæ cũ mouetur propter aliquod exteriorũ sicut propter peßimos chimos, aut corruptũ aërẽ à suo loco egreditur, cũ natura repugnãs expellit eã ad cutẽ, q͞a sibi uicina est, hac de causa fiũt uariolæ, nec aliq͞s remanet q͞n eas habeat, quia earũ materia fit in cõpositione fœtus. Sed plurimũ adolescentulis & pueris fiũt, raro iuuenibus, decrepitis nunq̃. Impoßibile enim est in corpore usq; in decrepitã ætatẽ ꝑmanere, propter mutationẽ ætatis, tẽporis & exercitiorũ & cibariorũ & cæterarũ diuersitatũ, q͞a natura eã sibi assuefecit, unde non mouet illam nisi cum ipsa per se mouetur. Ideoq; adolescentuli & pueri plurimũ patiũtur, quia sunt gulosi, & cibos inordinate sumũt nec cauent aërem, aliaq; accidentia, & illis quib. calida & humida cõplexio dominatur, quæ est putredini cõueniens & familiaris. Rasis: Signa generationis

uario-

uariolarũ sunt febres acutæ caliditatis conclusa, & uehementia doloris dorsi & pruritus nasi, et timor in somno. Si aũt febris est uehementioris caliditatis, & angustia est maior, tunc portenditur morbillus. Morbillus autem est maioris timoris quàm uariolæ nisi in oculo. Cura uariolarũ, cum incipiũt signa, est phlebotomia, sed postea non, sed attende, & si fuerit æger bonus in paruipendenda ægritudine, & nõ habuerit angustiam uehementem, & uariolæ iam inceperint exire, tũc rege cum eis quæ festinare faciunt exitum uariolarum, & non des ei in potu aliquid frigidũ cum frigiditate plurima, ut nõ stet exitus uariolarũ, & superueniat ei tarditas & difficultas. In cura morbili intende cũ eis quæ educunt cholerã cum facilitate absq; calefactione, sicut aqua prunorũ, & granati cõtriti cum suis interioribus cũ sacharo, & aqua hordei & aqua melonis indi & citrulli & cucurbitæ et muscilagine psylij. In uariolis si uideris eas pigri exitus, tũc da ei decoctionem ficuũ cum lacte aliquantulũ croci, ut festinare faciat exitus illarũ. Isaac: Variolæ de sanguinis putridi nascũtur corruptione, & sunt de accidentib. synochũ concomitãtib. Medicandus est ergo in initio cũ calidis & humidis, quæ intus naturam dissoluunt, & extrinsecus expellunt. Caueatur frigida medicina quæ humores claudit & congelat. Medicina uero

tia uero uariolas cito eijciens, & ſine moleſtatione, eſt ſuccus marathri, apij cũ oxyzaccara. Accipiant de hac cõfectione à nobis probata: Recipe ficus ſiccas quinq;, lentis mundatæ ʒ.10. laccæ ʒ.5. tragachanti totidem, marathri ℥.s. omnia coquãtur in una libra aquæ & s. uſq; ad ℥.4. deinde cola & mitte ʒ.1. ſacchari, & da bibere ante cibũ ieiuno, et hora dormitionis donec totæ appareãt, & deinde ceſſet. Aliud: Recip. roſæ, lentis mundatæ ana. ℥.s. laccæ ʒ.2. marathri, ſeminis citoniorũ, tragachanti ana ʒ.1.s. maſtiches ʒ.1. omnia coquãtur et colẽtur et bibere dentur ʒ.3. cũ oxyzaccara. Demus ptiſanũ, bliti, chryſolocannã, cucurbitã. Epithemata uitẽtur omnimode, ne forte uulnera reuertãtur intra, et cadentes in cardiacã moriãtur. Studendũ eſt in initio ne in oculis puſtulæ naſcãtur, et lauentur cum lotura oliuæ oculos mũdificante, his mũdificatis imponẽda eſt aqua roſarum cum ſucco maligranati, uel aqua roſarũ, et ſumach. Poſt ſeptẽ dies oportet cuſtodiri de medicina, uel diæta diſſolutiua, quia hæc paßio propria eſt ſolutioni uentris ſuperuenienti, q̃ ſi adueniat oportet eã cõſtringi cum medicina in diaria dicta, uel in alijs locis libri noſtri. Puſtulis effluẽtib. & deſiccari incipientib. impleatur culcitra ubi infirmus iacet de rizi farina, ſuperponatur uulnerib. farina rizi uel milij cum croco. In cura uariolarum

larum nullo modo oportet fieri repercußionẽ, nec in illis quæ fiunt in pueris ex ſanguine menſtruali matricis, nec in illis qui ſynochum concomitantur, niſi circa oculos cum materia fuerit furioſa. Cum enim materia ſit uenenoſa & furioſa, ſi repercutiatur faciet dyſenteriam, uel aliquod peßimũ ſynthoma. Circa oculos fiat repcußio, quia eorũ ſubſtãtia eſt ualde tenera, & propter furioſitatem materiæ cito corrumpuntur. In alijs autem mẽbris eſt generale ut fiat extractio materiæ ad exteriora. Ad extrahendum autem materiam accipe ſuccum fœniculi, apij, & in ipſo tepefacto intinge pannum lineũ, & inuolue corpus, totum illud trahit materiam ad exteriora, & in parte conſumit. Vel aliter fieri poteſt in uariolis puerorum, decoquantur in aqua lenticulæ, & eis poſtea proiectis illiniatur illa aqua. Lenticula quamuis ſit frigida, cortex tamen eius eſt calidus, & aqua decoctionis eius attractiua & conſumptiua. Circa oculos autem leuis fiat repercußio cum bombace uel panno lineo in aqua roſarum intincto. Ab interiori autem alteratiua adminiſtrentur ad infrigidandum ſicut oxyzaccara. Hæc enim alterat ebullitionem ſanguinis, & ipſum ad exteriora expellit. Neceſſarium autem eſt in pueris curare ipſam paßionem, ne leprã incurrãt in maiori ætate, & in febre acuta laudabile eſt

le eſt

le eſt cũ digeſtione, q̃a ſignificat perfectã corporis mundificationẽ. Si aũt fiat excoriatio et putrefactio cutis, fiat puluis de roſis & de fabis ſiccis, & ſuper aſpergatur Cauendũ eſt autẽ ne fiat inũctio aliqua, ne materia nocens interius retineatur. Item puluis lithargyri & plumbi uſti cum carie lignorum, multum ualet ad uariolarum exiccationem, & ad materiæ uenenoſæ cõſumptionem. Puluis autem thuris, maſtiches, ſarcocollæ carnem regenerat, & cicatrizat, id eſt conſolidat, & loca mundificat. Veſtigia autem uariolarum longo tempore poſt ſolent remanere, aliquod multum ualet corporis impinguatio et balneum, ſicut dicit Raſis, unguentum citrinũ & ea quæ faciunt ad mũdificationem faciei. Item præcipit Iſaac ſacharum roſarum, & crocum cum ſucco apij, id eſt decoctionem apij uel marathri gargarizare, hoc enim ualde mundificat faciem. Medicinæ autem quæ delent ueſtigia uariolarũ & ulcerũ ſecundum Raſim in libro diuiſionũ, ſunt lithargyrum cõditum, radices cannæ ſiccæ, farina ciceris, oſſa uetuſta, farina rizi maturi, grana alben, coſtus, aggregentur & terantur & liniantur cũ eis in nocte, & abluatur cum eis indie in balneo.

FINIS.

BASILEAE PER HENRIchum Petrum Menſe Martio, Anno M. D. XLVII.



